ΑΡΡΙΑΝΟΣ. ΑΝΟΝΥΜΟΙ ΤΡΕΙΣ. ΑΓΑΘΗΜΕΡΟΣ. ΤΕΜΑΧΙΑ ΔΥΟ.

ARRIANI PERIPLUS PONTI EUXINI. ANONYMI PERIPLUS PONTI EUXINI, QUI ARRIANO FALSO ADSCRIBITUR. ANONYMI PERIPLUS PONTI EUXINI ET MAEOTIDIS PALUDIS. ANONYMI MENSURA PONTI EUXINI. AGATHEMERI HYPOTYPOSES GEOGRAPHIAE. FRAGMENTA DUO GEOGRAPHICA.

GRAECE ET LATINE

ADDITIS

H. DODWELLI, F. OSANNI ALIORUMQUE DISSERTATIONIBUS, ATQUE STUCKII, TENNULII, VOSSII, GRONOVII, HUDSONI, BASTII, KOEHLERI, GAILII FILII, LETRONNII, TUM INTEGRIS TUM SELECTIS SUISQUE NOTIS

EDIDIT

S. F. GUIL. HOFFMANN

DR. PHILOS.

LIPSIAE,

SUMPTIBUS C. L. FRITZSCHII.

MDCCCXLII.

Digitized

VA
173131

Digitized by Google

F. OSANNO

PROFESSORI GIESSENSI

QUI CUM DE HUMANITATIS STUDIIS, TUM DE GEOGRAPHIA ANTIQUA OPTIME PROMERITUS EST

ET

AMICO

A. G. R. NAUMANNO

PRAECEPTORI IN SCHOLA NICOLAITANA LIPSIENSI ET PRAEFECTO BIBLIOTHECAE CIVITATIS PRIMO

D. D. D.

LIBRUM

S. F. G. HOFFMANN.



Digitized by Google

LECTORI BENEVOLO S.

Arriani periplum Ponti Euxini aliorumque eiusdem argumenti libellos tres anonymos una cum iis libris, quos adhuc nomine Agathemeri omnes fere appellant, nunc edimus. De illorum periplorum interpretatione atque emendatione ante nos Ioannes Franciscus Gail filius bene meritus est, quamquam plura intacta reliquit. Nos quidem ea explicare atque emendare studuimus, sed non facile est sibi ipsi satisfacere, nedum aliis qui rem melius sciant. Gailius multum etiam eo praestitit, ut diligentissime indagaret, ubi et quomodo illi libelli de Ponto Euxino, re verbisque inter se aut congruunt aut differunt. Haec fecit et in notis et in praefatione, quas libellis adiecit atque praemisit. Quare et eiusdem notas omnes fere integras, et praefationem, in qua rem accuratissime pertractavit, repetendas esse duximus, ne aliquis quid desideraret, quod ad rem pertinet magnique momenti est, et haec omnia adiicere necesse esse persuasissimum nobis habuimus, quod volumen tertium editionis Gailii in Germania ignota fere est. Plura autem, quae huc spectant, nos in notis exposuimus, v. pag. 64. 66. 70. 73. 100 sq. 103. 104. 105 sq. 110. 111 sq. 114. 116.

Quod iam Gailius vidit, nos hodie Arriani periplum Ponti Euxini non integrum habere, docent luculentissime Leo Diaconus atque nonnulli loci illius libri, qui Stephani Byzantini nomine superest. Haec quidem omnia Gailius inter testimonia de Arriano iam libello ipso praemisit, sed ea non ita perpendit, ut necesse fuisset. Leo Diaconus haec refert hist. IX. 6: *Ἀρριανὸς γάρ φησιν ἐν τῷ Περίπλῳ, Σκύθην Ἀχιλλέα τὸν*

Πηλέως πεφηνέναι, ἐκ τῆς Μυρμηκιῶνος καλουμένης πολίχνης, παρὰ τὴν Μαιῶτιν λίμνην κειμένης· ἀπελαθέντα δὲ πρὸς τῶν Σκυθῶν διὰ τὸ ἀπηνὲς, ὠμὸν, καὶ αὔθαδες τοῦ φρονήματος, αὖθις Θετταλίαν οἰκῆσαι. Nescio an plura ex Arriani libro receperit Leo Diaconus. In nostro autem periplo Arriani nomine neque oppidulum Myrmecio commemoratur, neque historia de Achille narratur, quae in eo libro Leo Diaconus legit. Tum tempore igitur, cum Leo Diaconus scriberet, Arriani periplum integrum atque alium ac nostrum superfuisse ex illo loco satis apparet. Myrmecio autem in anonymo libello altero p. 171 commemoratur, ubi periplus paludis Maeotidis describitur, sed praeterea ibi nihil de Achille legimus.

Quod autem ad Stephanum adtinet, aliam viam ingredimur, ac Gailius ivit, qui in hac re nihil fecit, nisi Stephani verba ex Arriano desumpta simpliciter inter testimonia retulit. Nos enim accuratius perpendemus, habuerit Stephanus, cum suum opus conderet, Arriani periplum integrum, an eiusdem epitomen? Stephanus periplum Arriani tantummodo v. *Ἀφίλαι* diserte citat, sed ex hoc loco non liquet, Stephanus Arriani periplo integro usus sit, nec ne. Stephani verba sunt: *Ἀφίλαι, ἔθνος σκυθικὸν, γειτνιάζον Λαζοῖς, ὡς Ἀρριανὸς ἐν περίπλῳ τοῦ Εὐξείνου Πόντου.* Idem fere legimus in nostro periplo Arriani nomine; itaque, cum hic locus unicus sit, ubi Stephanus, qualem enim nunc habemus, Arriani periplum diserte atque ita commemorat, ut ibi eadem res narretur, quae in periplo nostro Arriani legimus, difficile dictu est, an in ceteris locis Stephanus, ubi res narrantur, quarum nusquam in nostro Arriani periplo commemoratio fit, periplum primitivum habuerit, an alium fortasse ab alio iam mutatum, qui a nostro diversus fuerit.

Deinde apud Stephanum legimus s. v. *Ἀθῆναι . . . ἔστι δὲ ἐν τῷ Εὐξείνῳ πόντῳ χωρίον Ἀθῆναι, ὡς Ἀρριανός. ἔστι δὲ ἱερὸν αὐτόθι Ἑλληνικόν.* Si verba posteriora cum peripli nostri verbis p. 40: *καί τι καὶ Ἀθηνᾶς ἱερὸν ἔστιν αὐτόθι ἑλληνικόν* conferimus, dubitare de eo non possumus, haec verba aut Arriani ipsius esse, quae peripli nostri auctor servavit, aut iam Stephanum periplum nostrum habuisse. Hoc tamen verisimile non est, cum Stephanus alio loco referat ex Arriano: *Ἁλμήνη, πόλις πρὸς τῷ Εὐξείνῳ Πόντῳ, ὡς Ἀρριανός,*

Digitized by Google

cuius urbis in nostro periplo Arriani nomine non fit mentio. Sed ad alia respicere necesse est. Armene, qui sine dubio idem locus fuit, appellat Menippus apud Stephanum s. v. *Ἀρμίνη, κώμη Παφλαγονίας. Μένιππος ἐν περίπλῳ.* Etiam in periplo anonymo, quem secundo loco edidimus, p. 125 *Ἀρμένη τόπος* commemoratur. Quomodo autem haec inter se conveniant, facile cuique patebit, qui rem accurate intuetur. Dubitari nequit, Almenem et Armenem eosdem locos fuisse; porro id certum videtur, quod, cum Arrianus periplum suum componeret, idem locus urbs erat atque Almene appellata; cum autem Menippus suum periplum scriberet (v. nostrum libellum: Menippos der Geograph. Lips. 1841, p. 21), Armene nondum urbs erat, quae postea facta est. Hic locus est unus quidem eorum, ex quo nihil patet, utrum auctor anonymi peripli prioris Menippo an Arriano usus fuerit, sed ex eo hoc satis constat, Arriani periplum, qualem nunc habemus, anonymo periplo mox laudato esse iuniorem. Illo enim tempore, quo periplus, quem Arriani nomine nunc habemus, ad usum quempiam compositus est, urbs Almene, cuius mentionem Arrianus ipse fecit, quod Stephano comperimus, iam interiit; in nostro enim Arriani periplo, Prytani vicinus Pyxites fluvius, omissa urbe Almeni, indicatur.

Ex reliquis locis, ubi Stephanus Arrianum breviter laudat, nihil liquet de nostro periplo, qui Arriani nomen praefert. Omnes enim loci, in quibus Stephanus Arrianum laudat, nihil aliud praebent, nisi quod etiam in nostro periplo reperimus. Itaque ex his non colligi potest, utrum habeat Stephanus integrum Arriani librum, an iam mutatum ac usui temporis accomodatum, fortasse qualem nunc habemus. Sunt autem Stephani loci hi: *Κοτύωρα, κώμη πρὸς τῷ Πόντῳ, ὡς Ἀρριανός.* Huius loci commemorationem in nostro periplo Arrianeo p. 75 reperimus. Berkelius ad hunc Stephani locum annotavit, quae ad nostrum Arrianum spectant, haec: „Hodie profecto in Arriani Periplo *Κοτύωρα* non occurrit, sed quidem *Κύτωρος*, ita enim ille: *Ἔνθεν δὲ εἰς Κύτωρον ἐνενήκοντα. ὁρμὸς νεσίν ἐν Κυτώρῳ εἰς Αἰγιαλοὺς ἑξήκοντα.* Cl. Vossius in notis, ad Scylacem, eundem locum esse censet, ut et alii geographiae periti. Contra Stephanus *Κύτωρον* in Paphlagonia collocat,

sed *Κοτύωρα* ad Pontum, duo diversa et nomine et situ oppida statuens. Id etiam imitatur Eustathius in comm. ad Iliad. B.^m Locus autem Arriani, quem Berkelius ex Vossii sententia refert, non is est, qui laudandus esset. Ille legitur p. 68, hic p. 75; duo diversa sunt loca et nomine et situ, quod iam Gailius recte vidit. Eundem locum de Cotyoro, iisdem fere verbis redditum, habemus apud anonymum primum p. 120.

Locum de Lazica vetere, quae commemoratur in nostro periplo Arrianeo p. 79, apud Stephanum reperimus s. v. *Λαζοί*. Nomen *Τόανα*, quo olim locus *Τύανα* appellabatur, laudat Stephanus ex Arriano s. v. *Τύανα*.

Haec sunt omnia, quae alii scriptores ex Arriani periplo Ponti Euxini conservarunt. Nihil praebet Eustathius in commentariis ad Dionysium Periegetem, quamquam multa ex aliis Arriani libris refert. Unus fortasse locus de Heraclea Pontica ad periplum pertinere posset, quem ad versum 791 legimus. Is autem est: *Ἀρριανὸς δὲ οὕτω γράφει . . . . ἐπέκεινα Σαγγαρίου ὅμοροι Παφλαγόνων Μαριανδυνοί, ἔνθα πόλις Ἡράκλεια πεπόλισται, ὅπου Κιμμέριοι πόαν φαγόντες ἀπόνητον ἐδυστύχησαν.* Sed hodie nihil simile quid in Arriani periplo habemus.

Fragmentum, quod F. Osannus, V. Cl. et geographiae antiquae peritissimus, ex apographo Blochii, Viri doctissimi adiecta dissertatione, edidit, Gailius eodem volumine tertio Geographorum graecorum repeti iussit. Nos etiam hoc fragmentum una cum omnibus, quibus F. Osannus illud olim et nuperrime ornavit, recepimus. Unum addo ad pag. 211 sq. De Iove Imperatore edidit Levezovius librum: Iupiter Imperator, Berolini a. 1826; deinde eandem rem tractavit Guil. Abeken in actis inscr.: Annali dell' Instituto di corrispondenza archeologica Vol. XI. p. 62 sqq., atque nuperrime Ottonius Iahn in ephem. inscr.: Zeitschrift für die Alterthumswissenschaft a. 1841, m. Octob. No. 118., qui tamen in re enodata prorsus differunt.

Libros, qui nomine Agathemeri circumferuntur, nemo hucusque post Dodwellum, accuratius tractavit, neque etiam, si editionem neograecam Viennae editam a. 1806, quae nihil novi continet, exceperis, exinde illo tempore post Hudsonum edidit.

Digitized by Google

Si autem omnium capitum argumenta, rationemque, qua res toto libello, qualis editus extat, tractantur, diligenter perpendimus, nemo facile negabit, non omnia Agathemeri esse posse, cui adscribuntur. Iam quidem Groddeckius, Initiorum ed. IIa, T. II. pag. 91 de his libris Agathemero adscriptis locutus est: „Ptolemaei et antiquiorum geographorum epitomatoribus accensendus est Agathemer, aetatis incertae scriptor, sed quem Saec. III. initio, circa Septimii Severi imp. tempora vixisse, de St. Croix cum aliis verisimiliter coniiciunt. Eius libri duo Ὑποτυπώσεων etc. leguntur, quorum prior multa ad Geographiae Graecorum historiam cognitu utilia, nec aliunde nota, continet; posterior eadem fere recoquit, sed tam perturbate et imperite, ut prioris auctori satis probo et intelligenti merito abiudicetur, ac pro spurio partu habeatur necesse sit v. Mannert T. I. p. 186.“ sed hac disputatione ille vir alias bene meritus de litteris nihil fere, quo rei profecerit, assecutus est. Sine dubio etiam Letronnius, Vir his rebus prae ceteris peritissimus, non satis accurate iudicavit, dicens in dissertatione iam laudata: Beurtheilung der Ansicht des Hipparchos, quam una cum Lelewelii Pythea a. 1838 germanice reddidi, p. 141, Agathemeri librum secundum nihil nisi epitomen geographiae Ptolemaei esse, atque iterum p. 142 et 147, Agathemerum sicuti Pappum et Ioannem Philoponum Ptolemaei discipulum fuisse, sive eum secutum esse atque geographiam omnino ad eius rationes tractavisse.

Ex his omnibus videmus, neminem adhuc subodoratum esse, quod postremum caput libri secundi ex Strabone, atque ita ut huius libri auctor verba singula retineret, hausta sunt. Itaque in hoc capite Strabone auctore lacunas quasdam explere potui. Fortasse dicet aliquis, qui rem non novit, librum nomine Agathemeri nihil esse nisi collectanea ex variis scriptoribus, quibus insertus fortasse est Agathemeri liber integer, sive etiam eiusdem epitome, vel partes quaedam ex libro integro desumtae, quas quispiam suo more retractavit. At hoc verum esse demonstrari nullo modo potest. Videtur potius res sic se habere. Priora quinque capita libri primi non eiusdem scriptoris sunt, qui reliqua libri primi omniaque libri secundi conscripsit. Illa quinque capita posterioribus usque ad finem libelli aliena esse, non solum res ipsa in illis capitibus tractata

coarguit, sed etiam rationes exteriores, e codicum conditione desumtae, eaeque non minus graves, quas quisque agnoscet, confirmant. Conferas enim lib. I. cap. 2 cum lib. II. cap. 12; lib. I. cap. 3 cum lib. II. cap. 14, quae quamquam idem argumentum tractant, adeo inter se differunt, ut non facile idem scriptor tam diversa de iisdem fere rebus conscripserit, nisi balbus fuerit; conferas deinde lib. I. cap. 4 cum lib. II. cap. 4. Quod autem adtinet ad codices, scimus, in omnibus librum, quem nunc Agathemeri nomine habemus, acephalum esse, in tribus autem codicibus, Altempsiano enim et Viennensi et Vaticano, tantum partem quandam et priora quidem capita libri primi contineri. Conf. enim Holstenii notitiam libro praemissam, atque ea quae ex Nesselii Catalogo codicum Vindob. P. V. p. 172 sq., atque ex Kollarii Commentariorum de Augusta Bibl. Caes. Vindob. supplementi libro primo posthumo p. 538 et 543 huc transcripsimus. Nesselius l. l. de codice Vindob. narrat haec: „A fol. I. sqq. Dionysii Alex. Periegesis. Exstat autem ibi primo loco nempe fol. 1, pag. 2 Vita Dionysii graece, ab anonymo quodam Autore conscripta, et ab aliis eiusdem Vitae narrationibus aliquantum discrepans." — „Secundo, et quidem fol. 32, pag 2 Anonymi cuiusdam Autoris Observatio de duodecim Ventis, cuius principium *Ἰστέον ὅτι ἀνεμοί εἰσι δώδεκα* etc." — „Tertio et quidem fol. 32, pag 2 Anonymi cuiusdam Autoris Fragmentum sive Excerptum Hydrographicum Navigationis per Pontum Euxinum a Bosphoro [?] Thracio usque ad Bosphorum Cimmerium; cuius principium: *Ἕως τοῦ ἱεροῦ Διὸς Οὐρίου ἤτοι στόματος ἀπὸ τοῦ ἱεροῦ λεγομένου πενταστομίου τοῦ Ἴστρου, ποταμοῦ τοῦ πόντου, στάδια* etc. Illustrandi huius fragmenti causa consulendus praecipue est Arriani Periplus Ponti Euxini ad Imperatorem Adrianum." — „Quarto a fol. 33 pag. 1 — fol. 103 pag. 1 Iulii Alexandri Introductio synoptica in Astrologiam Apotelesmaticam." — „Quinto a fol. 104 pag. 1 — fol. 143 pag. 2, fol. 144 pag. 1 — fol. 177 p. 2 Aeschyli Prometheus vinctus." — „Sexto a fol. 178 p. 1 — fol. 183 pag. 2: *Ἀγαθημέρου τοῦ Ὀρθωνος Γεωγραφίας ὑποτύπωσις. Ἀναξίμανδρος ὁ Μιλήσιος, ἀκουστὴς Θάλεως, πρῶτος ἐτόλμησε τὴν οἰκουμένην ἐν πινάκι γράψαι· μεθ' ὃν*

Ἑκαταῖος ὁ Μιλήσιος etc. Est autem Opusculum hoc ibi mutilum."

Ad „Tertio" Kollarii narrationem l. l. p. 538 conferas. Dicit enim: „Est vero hoc fragmentum de Ponto nihil aliud, nisi *ἀκεφαλαίωτον* acephali illius anonymique Peripli Ponti Euxini, qui editus habetur inter Geographiae vet. Scriptores Graecos min. Oxon. 1698 Vol. I. post Marciani Heracl. Periplum p. 16. Intercedit tamen inter utrumque exemplar non minimum discrimen; cuius cognoscendi gratia, censeo, utiliter olim collatum iri. Consule praeterea Analectorum Vindob. Tom. I. p. 1102. Ceterum non dubito, quin illud quoque de ventis fragmentum sit huius persimile excerptum, in cuius tamen auctorem, quod operae pretium non permittit, studiosius indagare non vacat: praesertim cum de eodem argumento multo plura ac meliora legi possint apud Agathemerum laudatae supra editionis Lib. I. cap. 2 et Lib. II. cap. 12." Ad „Sexto" Kollarius haec adnotavit l. l. p. 543: „Est praeterea dimidia paene sui parte mutilum, quod scilicet solum ad capitis VI. libri primi illa verba pertingat: *σταδίων δὲ μυριάδων δ'. ὡρῶν δὲ δ'. μὴ κατὰ πλαγῆς* (sic)."

Qui legit caput sextum libri primi dubitare nequit, hic incipere novum opus, cuius auctor Ptolemaeum secutus est. Deinde luce clarius est, omnia quae exinde sequuntur mathematica ratione demonstrata esse, atque ea etiam, quae ex Strabone sunt desumpta. Itaque, si non omnia nos fefellunt, quinque priora capita alieni operis pars habenda sunt, atque auctorem vel potius auctores utriusque operis adhuc non compertos habemus, quamquam omnes Agathemerum eum esse hucusque putaverunt, deque eius aetate, ut si haec sola res esset dubia, inquisiverunt. Prius autem quaerendum erat, num hic liber, qualis nunc nomine Agathemeri circumfertur, ei omnino tribui potest. Hoc autem constat, eum librum quem nunc nomine Agathemeri habemus, e duobus iisque diversis libris conflatum esse. Ad priorem, quod iam diximus, referenda sunt quinque priora capita libri primi, ad alterum vero reliqua capita libri utriusque. Ad hanc nostram sententiam firmandam etiam id non exiguum argumentum est, quod in illa priore nostri libelli parte componenda plures auctores sunt adhibiti, quam in posteriore parte, antea nobis designata. Re-

inde etiam nequaquam negligere debemus, quod in illa priore parte omnes mensurae simpliciter stadiis, in posteriore autem et stadiis et milibus Romanorum designantur. Haec differentia utriusque partis in nostra re de auctore libelli diiudicanda maximi momenti est, quamquam nemo hucusque eam vidit. At aliquis fortasse dicet, in posteriore parte milia ab alio, qui genuinum Agathemeri librum retractavit atque in epitomen redegit, adiecta esse, quod ex eo appareat, multis in locis milium numeros omissos esse. Imo etiam hoc, quod non negamus, nequaquam contra nostram opinionem de diverso utriusque partis nostri libelli auctore repugnat, sed potius eam vel maxime confirmat; posteriorem enim illam partem aliquis suo more retractavit, qui priorem partem non habuit, quia illo tempore utraque pars nondum coniuncta erat.

Si lacunas quascunque, quae praecipue inde a capite sexto libri primi occurrunt, attento animo respicimus, non facile persuadebimur, hanc operis partem esse Agathemeri librum. Sed de eo, quaenam pars nostri libri nomine Agathemeri fortasse ei adscribi posset, nihil audeo dicere; alii fortasse me melius feliciusque hanc rem implicatam expediunt, qui codices mstos, qui innotuerunt, atque eum quidem, ex quo ceteri sunt descripti, inspicere possunt. Veteres scriptores de Agathemero eiusque libro prorsus tacent, atque ex libro ipso sive eius partibus de auctore sive auctoribus nihil apparet. Omnes quidem mecum consentient, necesse esse quaeri, quomodo illae lacunae ortae sint, eaeque scriptori genuino adtribui possint nec ne. Si vero lacunas illas accurate intuemur, ut par est, id respicientes, quem ad finem auctor librum suum composuit, quod ipse initio libri i. e. capite sexto distincte indicavit dicens, se id ad usum Philonis, discipuli sui, fecisse, hoc saltem dicere possumus, lacunas illas nequaquam ab ipso libri auctore relicta esse posse. Si hoc ipse fecerit, quomodo ad finem sibi propositum pervenire potuisset, Ptolemaeum emendare, quod voluisse l. l. diserte dicit verbis his: *Τῶν δὲ τὰ τῇ αἰσθήσει ὡς ψεύδη ἀπολελεγμένα, ἐπιστημονικῶς διορθούμενοι, δεῖν προσεπενοησαμεν καὶ αὐτοὶ τὴν τοῦ παντὸς ὡς ἐγχειριδίῳ συνελεῖν πραγματείαν, ὡς ἂν ἐπὶ μνήμης ἔχῃς, ὦ Φίλων ἄριστε, ὅσα καὶ διὰ ζώσης φωνῆς παρ' ἡμῶν ἀκήκοας.* Etiamsi Berke-

lius ad Stephanum v. Ἀμισός recte opinatus fuisset, hunc Philonem eundem esse, qui librum περὶ πόλεων composuit, tamen nihil de nostri libri auctore sciremus, Agathemerum eum esse necne.

De priore illa parte nostri libelli eiusque auctore fortasse aliquid certius sciremus, si Ioannes Damascenus indicasset, ex quo libro loces de ventis et maribus sumserit. In omnibus enim et quidem singulis fere verbis noster et Ioannes Damascenus consentiunt. Consulto abstinemus, plura verba de hac re facere, cum etiam coniectura nihil assequi possit, quod probabile habendum sit.

Ex Ptolemaeo excerpta vel descripta esse capita VI. VII. VIII. libri primi, inprimis videmus ex capite octavo, quod in singulis rebus cum Ptolemaei geographiae capite XXIIImo libri primi congruit, si vulgatam Ptolemaei lectionem sequimur. Wilbergius quidem, V. doct., qui nuperrime Ptolemaei geographiam bene edere coepit, lectionem vulgatam in nonnullis locis mutavit, sed in eo adsentiri nequeo; Agathemer enim, quem auctorem libri nostri dicimus, quem autem Wilbergius prorsus neglexit, quamquam antiquior omnibus codicibus Ptolemaei testis est, ita in omnibus obloquitur, ut eum audire debeamus. Ne quis quid desideret, transscribimus quae Wilbergius iam p. 339 l. l. de ea re disputavit. Dicit autem: „Exactos autem quum in hoc opere numeros negligens Ptolemaeus in minutis indicandis quinariis tantum numeris utatur, illos quos recepimus eum posuisse verisimillimum est. Tribus tantum locis a vulgata lectione recedere ausi sumus, in parallelo septimo, sexto decimo et duodevicesimo. Quorum in sexto decimo emendatio nostra ($\overline{\varsigma\alpha}$ *L'*) nulla commendatione eget, quippe quae optimorum codd. MSS. auctoritate confirmatur. Atque in septimo quoque ex eo, quod duo codices praebent, $\overline{\kappa\xi}$ ς' pro vulgato $\overline{\kappa\xi}$ ς' ς' facili correctione vera lectio $\overline{\kappa\xi}$ ς' erui potest, quam ipse probat Ptolemaeus l. IV. c. 5. p. 125 B., ubi Ptolemaidem Herminae, per quam in Almagesti l. II. c. 6. vol. I. p. 82 hic parallelus scriptus esse dicitur, latitudinem habere $\overline{\kappa\xi}$ ς' docet. Orta enim est vulgata lectio ex male iterato ς', quod quum absurdum esset, librarii in ς' ς' mutaverunt. Contrarium fere accidit duodevicesimo parallelo,

ubi quum duplici ϛ′ scribendum erat $\overline{\nu\varsigma}$ ϛ′, alterum ϛ′ negligentia librariorum omissum est, id quod iusta computatione infra planum facturi sumus. Verum in Compositione mathematica (Almagesto) l. I. c. 12. vol. I. p. 59 Ptolemaeus quum et ecliptices lineae obliquitatem statuat 23° 51′ 20″, neque quinariis numeris utatur, alios plerumque numeros ponit, qui ubi cum numeris a nobis receptis non congruunt, uncinis eos inclusos nostris apposui, quales in nova Halmae editione inveniuntur. In plerisque parallelis non est quod differentias istas moremur; tam prope enim Almagesti numeri ad quinarios qui in Geographia ponuntur numeros accedunt, ut pro diverso utriusque libri consilio vix alios ponere potuerit. Sed in tribus tantum parallelis sexto decimo, septimo decimo, et duodevicesimo differentia numerorum tanta est, ut in Almagesti libris vel editis vel etiam manuscriptis menda inesse appareat. Et in illo quidem, qui est in Almagesto undevicesimus, numerus $\overline{\nu\alpha}$ ϛ′ ϛ′ ortus est ex iterato ϛ′, quam eandem fere mendi originem supra vidimus in septimo Geographiae parallelo; scribendum ergo erit $\overline{\nu\alpha}$ ϛ′, quod in Geographia codicibus MSS. confirmari diximus. Quod Almagesti interpretatio latina (Basil. 1551) praebet 51° 35′, propius iam ad verum numerum accedit. In septimo decimo parallelo, qui est in Almagesto unus et vicesimus, pro $\overline{\kappa\delta}$ ϛ′, vel ut Halma scripsit $\overline{\kappa\delta}$ λ′, scribendum est $\overline{\kappa\delta}$ ξ′ ex codd. Flor. 2390 et Ven. 813, et ex Interpretatione latina. Postremo de duodevicesimo parallelo, qui est in Almagesto vicesimus tertius, infra locutores nos esse diximus.“ Paullo post dicit Wilbergius haec: „In illo parallelo, in quo longissimo dici sunt 17 h. 30′, codices et manuscripti et editi omnes in latitudine 56° consentiunt, quod verum non esse facile intelligitur ex eo calculo, quo supra p. 26 b iam usi sumus. Est enim tangens latitudinis = cos. ang. hor. × cot. obliquit. eclipt. Ecliptices autem lineae obliquitas si statuetur esse aut 23° 50′ aut 23° 51′ 20″, erit

log. cot. obliq.	= 0,3648267 vel	0,3643702
„ cos. ang. hor.	= 9,8191133	9,8191133
ergo log. tang. lat.	= 10,1739390	10,1734836 quibus respondent
arcus	56° 10′ 45″ vel	56° 9′ 3″

unde patet numerum vulgo editum omnino falsum, atque in Comput. Mathemat. etiam scribendum esse $\overline{\nu_{\varsigma}}$ ς'. Quod si recte computatum est, numeros etiam, quibus Ptolemaeus gnomonis in hac parallelo ad umbras suas rationes expressit, falsos esse patet."

Si Wilbergii emendationes verae sint, de qua autem re valde dubito, in illis parallelis etiam apud Agathemerum, quem dicere solemus, numeri mutandi essent. Apud Agathemerum enim, quod iam diximus, vulgatam lectionem habemus, quam Wilbergius apud Ptolemaeum mutavit. Itaque si essent illi numeri revera mendosi, is error est perantiquus atque nostris Ptolemaei codicibus antiquior. In eo etiam Wilbergius non recte egisse videtur, quod unam locum Ptolemaei geographiae ad eiusdem Almagestum constituere conatus est. Si omnia diligenter accurateque perpendo, vulgatam lectionem et apud Agathemerum et apud Ptolemaeum conservare necesse videtur. Unum praeterea Ptolemaei parallelum addo, cuius numerus graduum apud Agathemerum differt. Est autem parallelus sextus, quem Ptolemaeus designat sic: *τὸν δὲ ς′ καὶ ὑπὸ τὸν θερινὸν τροπικὸν ὥρᾳ μιᾷ καὶ ἡμίσει διαφέρειν ἀπέχοντα μοίρας* $\overline{\kappa\gamma}$ *L′ γ′ καὶ γραφόμενον διὰ Συήνης.* Consulto in nostro libello nihil mutavi. Conf. etiam Dodwelli dissertationem de Marciano §. 9, qui iam de hac discrepantia atque de Agathemeri aetate secundum caput IV^tum^ libri II. egit.

Unus locus libri secundi cap. I. initio, p. 344 sp. dignus est, quem accuratius intueamur. A verbis enim: *Μέγεθος δὲ τῆς οἰκουμένης* al., si numerum ipsum *μ. ς′. γρμ′* exceperis, de quo iam diximus, usque ad verba: *ἡ πλανυτάτη συγχύσεως οὖσα* rem eandem atque iisdem verbis narrat Marcianus p. 39 sq. ed. nostr., ita ut auctor noster, quem Agathemerum dicere solemus, ex Marciano hausisse videri possit, si non fortasse Marcianus nostrum auctorem exscripserit. Etiamsi Marcianum, ubi ille p. 35 sq. dicit, Eratosthenem totius terrae cognitae circuitum stadiorum 252000 designasse, cum auctore nostro, qui initio capitis eundem mensurae numerum refert, conferamus, non facile erit, de hac re aliquid certi statuere; ex usu autem verbi *παραδίδοται*, quod apud Agathemerum l. mus l. legimus, nihil aliud colligi potest, nisi quod scriptor

noster, si ex fonte ipso hausisset, quem Marcianus indicat, sine dubio distinctius locutus esset. Itaque verisimile videtur, Agathemerum illam notitiam ex Marciani libro hausisse, quocum in aliis etiam rebus consentit. Fortasse plurem lucem nobis adfert caput quartum nostramque opinionem probabiliorem reddit. Marcianus quidem atque auctor noster nomen *Ἰσπανία* usurpant, sed ille ita ut videamus, eo tempore quo scripsit, alterum nomen *Ἰβηρία* usitatius fuisse; contra autem noster diserte dicit p. 348: *Ἰσπανίαι τρεῖς, ἃς Ἰβηρίας πρότερον ἐκάλουν*, ex quo certissime liquet, eo tempore alterum nomen iam obsoletum fuisse. Praeterea tempore Marciani nomen *Κελτογαλατία* in usu fuit, qui scriptoris nostri tempore iam prorsus obsoletum fuisse videtur; hic enim dicit p. 349: *Γαλλιῶν, ἃς πρότερον Γαλατίας ἔλεγον.* In his Marcianus magis cum Ptolemaeo, quam noster consentit; in definiendis autem provinciis Marcianus et noster plane consentiunt. Cum haec ita sint, vere videor posse contendere, Marcianum et nostrum scriptorem, quod ad utriusque tempus adtinet, non adeo differe, ut hic post Aurelianum vixerit. Si porro alium locum libro I. cap. 2, consideramus, ubi legitur: *Ἰβηρίαν τὴν νῦν Ἰσπανίαν*, non facile quis negabit, hunc non alius scriptoris quam supra laudatum esse. Nostram de auctore nostri libelli sententiam etiam diversae totius terrae singularumque locorum mensurae, quas in variis nostri libelli locis legimus, satis confirmant. Auctor prioris partis nostri libelli vixit post Artemidorum et Menippum, quibus praeter Timosthenem in describendis insulis usus est: dubito quin aliquid certioris de eius aetate dicere possimus. At de Agathemero utor Ciceronis verbis: „Et refellere sine pertinacia et refelli sine iracundia parati sumus."

Ptolemaeus posteriore tempore pluribus scriptoribus fuit fons, ex quo doctrinam geographicam hauserunt, v. Scholia ad Dionysium Periegetem v. I. 43 al. Conferri etiam Marcianus Heracleota, quem edidimus, atque Nicephori Blemmydae libellus aliique debent.

Quid ipse in libello, nomine Agathemeri insignito, tractando praestiti, paucis indicabo. Quanquam libellum, qualem nunc habemus, neque Agathemeri neque etiam unius auctoris esse posse satis constat, tamen ubique brevitatis causa Aga-

themeri nomine usus sum, nihilque praeterea mutavi, quod huc spectat. In investigandis fontibus, ut par erat, operam multam laboremque impendi; numeros etiam, quibus mensurae distantiarum locorum designantur, vel emendare, vel qui falsi sunt, simpliciter indicare studui. Signa interpunctionis, quae nos dicimus, et praeterea hic inde verba ipsa versionemque latinam, quae est Gronovii, emendavi. Omnes editiones habui.

Supra sententiam meam eamque diversam ab ea, quae omnibus communis est, pluribus exposui; at si Holstenium, quem iam Bastius virum spectatae fidei nominat, sequi ausus essem, totum librum, quem nunc nomine Agathemeri habemus et Samuel Tennulius a. MDCLXXI primus edidit, cuiusque vestigia Gronovius, Hudsonus et Dodwellus presserunt, tribus partibus disiunxissem, ut necesse esset. Quae enim Holstenius a. MDCXXVIII. ad Peirescium de suo Syntagmate Geographorum et quidem de Agathemero et duobus aliis libellis anonymis scripsit, in nostra causa de Agathemero maximi momenti minimeque negligenda sunt. Id tantum Agathemeri fragmentum esse, quod inde ab initio nostri libelli usque ad finem capitis sexti libri primi legimus, Holstenii notitia certum reddit, ut iam p. 226 sq. vidimus; reliqua autem, quae sequuntur, duo opuscula sunt anonyma habenda et disiungenda, si ea respicimus, ut necesse est, quae Holstenius in epistola laudata statim post notitiam de Agathemero dicit. Illa notitia de Agathemero secundum locum obtinet; quae porro huc pertinent, tertium et quartum locum habent, et quidem hae sunt: „III. *Ἀνωνύμου ὑποτύπωσις γεωγραφίας ἐν ἐπιτόμῳ.* eiusdem notae opusculum cum praecedenti, repertum in iisdem regiis MSS. sequitur in omnibus fere Ptolemaeum. emendavi ex optimo codice Altempsiano. Incipit: *ἡ τῆς ὅλης γῆς περίμετρος.* finit: *ἡ μὲν καθ' ἡμᾶς θάλασσα τοιαύτη.* distinctum est in XIV capita: et continet folia XXIV graecolat. in 4to. Hoc opusculum ita placuit P. Bertio, ut conatu mihi extorquere studuerit, ut Breviario suo geographico subiungeret *ἐπιτομὴν* hanc admodum concinnam, et publice praelegeret auditoribus suis.“ Omnis quisque mecum videt, hoc esse sine dubio idem opusculum, quod nostri libelli nomine Agathemeri est secundus liber.

Deinde scripsit Holstenius l. l. haec: „IV. Anonymus de

describenda terra in globo, ex mente Ptolemaei. Habui ex regia bibliotheca, sed corruptissimum: et absque schematibus mathematicis, in quorum demonstratione totum opusculum consistit, nec intelligi potest absque illorum ope. id quoque ex Altempsiana emendavi, ubi et figuras illas descriptas reperi. Incipit: *τοῦ τερμικοῦ Πτολεμαίου*. est XII foliorum cum latina versione in 4to. Haec opuscula hactenus lucem non aspexere." Sine dubio hoc est illud opusculum, quod in nostro libello edito Agathemeri nomine inde a capite VIto usque ad finem libri primi habemus. Itaque noster libellus Agathemeri nomine tribus partibus disiungendus est, quorum pars prima sola Agathemeri est. Nihil video, quid meae opinioni obstare posset. Nescio, quomodo beatus Klugius, Hannonis editor, a. MDCCCXXIX. p. 48 inter Geographos graecos non editos, auctore Manzio, referre potuit haec opuscula: „Agathemeri Orthonis hypotyposis Geographiae. Ex tribus MSS. Regiis. Anonymus de terra describenda in globo. Ex iisdem tribus MSS. et alio."

Attamen omnes, qui de Agathemero post Dodwellum, quem presso pede secuti sunt, scripserunt, erravisse de illo libello certissimum est. Solos libellorum titulos, quos Lucas Holstenius edere constituerat, iam Lambecius in Commentariis de Bibliotheca Vindobonensi prodidit, unde eos Harlesius in nova editione Fabricii Bibliothecae graecae T. IV. recepit. Cum autem Harlesius dissertatione viri Cl. Galli de Sainte-Croix, inserta Diario: Journal des Sçavans a. 1789 m. Aprili, qui iam Holstenii epistolam adhibuit, ubique usus sit, miror, quomodo ad unum omnes, atque etiam exinde illo tempore quo a MDCCCXII. Bredovius Holstenii epistolam edidit integram, errorem de nostro libro Agathemeri nomine retinere potuerint. Iam autem Godefridus Vendelinus, quod ex Tennulii prolegomenis scimus, Agathemeri librum, duabus partibus sive libris constantem, habuit atque edere constituerat, nisi morte praereptus fuisset. Eiusdem consilium perfecit deinde Tennulius, qui in epistola ad Io. Henr. Heideggerum data atque editioni praefixa dicit de Agathemero: „Infelix enim librariorum manibus est deformatus, montes et maria mensuravit, cum ignarae essent hominibus regiones, nimiumque terra sua placeret." Quem

autem codicem habuerint Vendelinus et Teanulius nescimus. Codex Altempsianus omnium codicum optimus esse videtur.

Ex his videmus, dubitari non posse, omnia quae inde a Vendelino de Agathemero eoque libro, qui nunc nomine eius editus exstat, disputata sunt, partim alio modo disponenda, partim etiam perversa esse. Nulla opinione captus, rem de novo perpendi.

De editionibus pauca sunt dicenda, eaque sufficiant. Omnes periplos, Arriani triumque anonymorum scriptorum, comprehendit Gailii editio, quae a. MDCCCXXXI. Parisiis prodiit, estque Volumen tertium collectionis Geographorum Graecorum minorum, quos omnes uno corpore collectos edere instituit, sed consilio suo abstinuit. Arriani utrumque periplum Ponti Euxini et Maris Erythraei, cum Hannonis periplo, Plutarchi libro de fluminibus et montibus, atque Strabonis epitoma graece primum edidit Sigismundus Gelenius, Bohemus, ex Italia reversus, Basileae a. MDXXXIII, 4to Frobenii sumtibus. De codice autem, quem habuit Gelenius, nihil dicit in praefatione ad Anselmum Ephorinum medicum, quam libro ipsi praefixit. Codicem olim in bibliotheca Palatina exstitisse docet Sylburgius in Catalogo codd. graecor. MSS. olim in bibl. Palatina, nunc Vaticana asservatorum, Francof. ad M. 1701, p. 124, no. 389. Hic postea, quod ex Sylburgii notitia videmus, in Vaticanam bibliothecam migravit, nunc vero, teste Bastio (Lettre critique de F. J. Bast a J. F. Boissonade, Paris. 1805, 8, quam latine deinde reddidit Wiedeburgius. Lips. 8,) in bibliotheca Parisiensi asservatur, ubi eum Bastius ea diligentia, qua solebat codices legere, relegit, illaque epistola varios lectiones edidit.

Arriani libellum sive epistolam ad Hadrianum, continentem periplum Ponti Euxini, atque periplum Maris Erythraei post Gelenium cum prolixo commentario et latina versione edidit Io. Guil. Stuckius Tigurinus, Lugduni apud Barthol. Vincentium a. M. D. LXXVII. fol. sive alio titulo: Genevae apud Eustathium Vignon. M. D. LXXVII. Deinde repetiit textum graecum, ut dicimus, cum Stuckii versione latina Nicolaus Blancardus, Amstelod. apud Iansson. Waesberg a. MDCLXXXIII. 8vo. Cuius editionis novus titulus est: Amstel. Apud Petrum

de Coux, MDCCL. Iterum prodiit ille libellus in collectionis Geographorum graecor. minor. Vol. I., quam Hudsonus a. MDCXCVIII. 8vo paravit.

Descriptio Ponti Euxini, quam primo loco post Arrianum cum Gaillo edidi, primum volumine tertio collectionis Io. Hudsoni a. MDCCXII. ex Cl. Io. Alb. Fabricii voluntate prodiit, ut Hudsonus ipse in praefatione monuit. Iam quidem Holstenius eam edere instituerat, qui in epistola sua ad Peirescium de ea dicit haec: „Alia descriptio Ponti Euxini, confecta ex tribus antiquis auctoribus, Arriano scilicet, Anonymo Periegete Iambico, et Marciano seu potius Menippo, quem Marcianus transcripsit. ex horum fragmentis invicem coniunctis quasi emblematis tessellatum hoc opus concinnatum, forte a Constantino Porphyrogeneta; cuius coniecturae rationes nuper ibi exposui. Posteriorem partem primo in Palatino codice reperi a Bosporo Cimmerio Byzantium usque, dein primam ab eodem Bosporo usque ad Phasin in alio MSto Vaticano. eo nomine gratissimum mihi fuit inventum, quod CCXL versus Anonymi illius poetae nobis conservati fuerint: eoque vehementius desidero integrum exemplar alicunde protrahi, quo damnum illud resarciatur. Posteriorem illam partem Cl. Salmasius passim citat nomine *περίπλου* paludis Maeotidis Arriani, cum nihil nisi ostium in transitu tangat, et recentior sit non Arriano solum, sed Marciano quoque Heracleota.“

De altero Anonymo sufficiunt, quae Bastius p. 150 docet; de Anonymo, quem tertio loco edidi, iam dixi. Agathemerum autem primus edidit Samuel Tennulius titulo: *ΑΓΑΘΗΜΕΡΟΥΣ Τοῦ Ὀρθωνος Ὑποτυπώσεων Γεωγραφίας ἐν ἐπιτομῇ ΒΙΒΛΙΑ ΔΥΟ.* AGATHEMERIS *Orthonis filii* Compendiariae Geographiae expositionum Libri duo *Cura & interpretatione* Samuelis Tennulii. *AMSTELODAMI*, Apud IOANNEM RAVESTEINIUM. clɔlɔclxxi. 8 min. Deinde prodiit Agathemer a Iac. Gronovio editus, inter eiusdem Geographica antiqua etc. Lugd. Bat. a. 1697, 4 et novo titulo a. 1700; iterum inter Io. Hudsoni Geographos graecos minores Tom. II.

Haec omnia, exceptis F. Osanni anonymo duobusque fragmentis, quae adieci, extant etiam in neograeca editione Geographorum graec. min., quae a. 1806 et 1807. Viennae prodiit.

Adieci duo fragmenta geographica, quae sumsi ex Milleri editione Marciani p. 320 sqq., qui ea e codice Paris. graeco no. 39, fol. 167 recto et fol. 168 recto, descripsit atque cum nonnullis notis edidit. Ipse ea latine reddidi. Haec fragmenta ex eodem fonte manasse videntur, ex quo pars prior libelli nomine Agathemeri prodiit; fortasse ex hoc ipso libello sunt desumpta. Maxime gavisus sum, quod Letronnii V. Cl. liber novissimus bonaeque frugis plenus atque inscriptus: Fragmens des poemes géographiques de Scymnus de Chio et du faux Dicéarque, Paris. 1841, 8. etiamtum ad me pervenit, ut illo in his fragmentis tractandis uti possim.

Omnes, qui me in Geographicis scriptoribus graecis et latinis tractandis vel edendis adiuvare et favere velint, oro atque rogo ut, quae in hac re difficili aliquid prodesse possint, mecum benigne communicent. Admodum hi scriptores neglecti iacent, vel etiam plures in bibliothecis latent, qui si ederentur rei doctrinaeque geographicae prodessent, quam diutius negligere nefas est, cum ceterae antiquitatis studiorum doctrinae omni cura diligentiaque foveantur.

Pag. 304 initio adnotationis 3ae adiice: Vulgo μυρ. ς′ καὶ γραθ′. Deinde legas ibidem quaeso: passuum. — „Est iniqua in omni re accusanda, praetermissis bonis, malorum enumeratio, vitiorumque selectio.“ Cicero.

IOANNIS FRANCISCI GAILII PRAEFATIO.

Arriani Periplum Ponti Euxini, qualem nunc tenemus, fere iterat ad dimidiam auctor Anonymus Peripli Ponti Eux. (mox insignitus Anon. A, quem Hudsoni tomus tertius init. continet): id est, ab ore Bospori Thracii et fano Iovis Urii usque ad Archabim fluvium, Phasi proximum: Arriani circumnavigationem illam refert et Marcianus Heracleota (Peripl. p. 69—74, Huds.), cuius descriptio abrupte desinit ad Chadisium fluvium (Amiso proximum), orientem versus. Arrianei Peripli dimidiam alteram quasi repraesentat Anonymus alter (nobis dictus Anon. B, quem Hudsonus ad calcem volum. primi includit), incipiens a Maeotide palude, peracto itinere occidentem versus, usque ad Thra-

cium Bosporum. Verba saepius eadem, quae leguntur in Arriani libello, adumbrata reperiuntur apud Anonymum utrumque [1]: at

1) Quod adtinet ad similitudinem Arrianum inter et priorem Anonymum, cf. Arrian. p. 58, Anon. A, p. 100; Arr. p. 59, Anon. A. p. 102 (mox uterque [Arr. p. 60 sq. Anon. A. p. 103]: *ὁ δὲ Κάλπης λιμὴν ὁποῖον τι χωρίον*, κ. τ. λ. ; Arrian. p. 61, Anon. A, p. 103, Arr. p. 63 sq., Anon. A, p. 106, Arr. p. 65 sq., Anon. p. 106; Arrian. q. 69, Anon. p. 111 [sed hoc non est recte adnotatum, v. nostram tabulam ibi propositam]; Arr. p. 71 sq., Anon. p. 116: *οὗτος ὁ Ἅλυς . . .*; Arr. p. 72 sq., Anon. p. 117 de Amiso urbe; Arr. p. 74, Anon. p. 118 sq.: *οὗτος ὁ Θερμώδων* κ. τ. λ.; de Cotyoro, Arrian. p. 75, Anon. p. 128: *ταύτης, ὡς πόλεως Ξενοφῶν . . .*; Arr. p. 75, Anon. p. 121: *αὕτη ἡ Φαρνακία. . .*; de Trapezunte Arrian. p. 35, Anon. p. 122 sq.; de Ophi vel Ophiunte fluv., Colchicae et Thiannicae termino, Arrian. p. 44 sq., Anon. p. 123; de Athenis Arrian. p. 39 sq., Anon. p. 124 (hic verba, neque pauca, quasi exscribuntur); de Prytani fluvio Arr. p. 46, Anon. p. 125; de Apsaro oppido Arrian. p. 43, Anon. p. 125 (perlonga utriusque; neque fortuita similitudo).

Ad Marcianum [sive potius Menippum Marcianeum] nunc transeamus. Quem cf. pag. 69 [ed. Huds., p. 166 ed. nostr.]: *Κατὰ τὸν Θρᾴκιον Βόσπ.* usque ad *ἔχει*, cum Arriano p. 57 sq., et cum Anon. A, p. 100 sq. de Calpes portu Marc. p. 69 [ed. Huds., p. 167 ed. nostr.] (nam lacuna subest, et de Calpes portu ibi agitur [v. nostrum singularem librum: Menippos, der Geograph, Lips. 1841 editum p. 39, in quo Menippum retractavimus]), et Anon. A, p. 103: *τοῦτο* [*δὲ*] *τὸ ἐμπόριόν ἐστιν Ἡρακλεωτῶν.* In sequentibus haud multum absimilis Marcianus ab Anonymo A; de Billaeo, Bithyniae et Paphlagoniae termino, Marc. pag. 71 init. [ed. Huds. p. 169 sq. ed. nost. p. 41 sing. nostr. lib.], et Anon. A, p. 106 sq. eadem verba exhibent. De insula circa Sinopen Scopela Marc. p. 72. 73 [ed. Huds., pag. 174 ed. nostr, pag. 44 sing. nostr. lib.], Anon. A, p. 114. De Evarcho fl., Paphlagoniae termino orientali, Marcian. p. 73 [ed. Huds., p. 174 sq. ed. nost. pag. 44 sing. nostr. lib.] Anon. p. 114 sq. Sic Anonymo A propior est Marcianus, quam Arriano; sed liquet in libello triplici vestigia affinitatis superesse. [V. nos p. 101 al. et nostrum libellum: Menippos der Geograph pag. 21].

Non ita multa agnoscuntur congruentiae specimina Arrianum inter et Anonymum posteriorem, qui multa et uberiora ex diversis fontibus, neque silentia praetermissis, hausit, Demetrio Calantiano (p. 161. 189), Ephoro (p. 161. 165. 170). Hecataeo Eretriensi (p. 170), Artemidoro (p. 188): sed communis est utriusque locus egregius de Achillis insula. Arrian. p. 89 sq., Anon. B, pag.

plura colligere solent Anonymi, quam Arrianus; prior, nullum auctorem, nisi semel aut bis Xenophontem, posterior Xenophontem, Hecataeum, Ephorum, Demetrium Calantianum, Artemidorum, nuncupando (v. infra). Sed alius fons est, unde permulta ambo mutuati sunt, et de quo silent, poeta nempe geographus, Scymnus Chius procul dubio, ut plures et in primis Vossius Bastiusque coniecerunt [1]. Quidquid in utroque Anonymo iambici carminis formam facile induit, in Arrianeo Periplo deest [2]; quidquid de iisdem locis legitur apud Arrianum, desideratur in utroque Anonymo.

189: *Κατὰ τοῦτο μάλιστα τὸ [Ψιλὸν] στόμα. . .* usque ad *ἐπαινοι τοῦ Ἀχιλλέως* (verba desinentia Arrian. p. 91, Anon B. p. 190). De Carum portu Arrian. p. 95, Anon. p. 194: *καὶ ἡ γῆ ἐν κύκλῳ τοῦ λιμένος, Καρία καλεῖται.* Moxt *τοῦ Αἵμου τὰς ὑπωρείας* verbis iisdem laudant Arrian. p. 95, Anon. p. 196. Et iterum a Salmydesso, Xenophontem et Seutham excitantes, Arrian. p. 97, Anon. p. 200, simillimo et uberiori contextu: et tandem concinunt ambo de Cyaneis et Iasone laudandis, Arrian. p. 97, Anon. p. 200.

[1) Iudicavit Miller, Marciani editor maxime laudandus, de Ratio, eum Hoeschelium atque Holstenium falsificatores appellasse; sed eus opinionem Letronnius V. Cl. libro nuperrimo: Fragments etc. p. 41 sqq. refellit.]

2) De Sangario fl. Anon. pag. 104, Scymni fragm. vs. 235; de Heraclea Anon. A. p. 105, fragm. vs. 230; de Artemidis Balneis ad Parthenium, Anon. p. 108, fragm. vs. 228; de Amastride urbe condita, Anon. p. 108, fragm. vs. 216 sqq.; de veteribus coloniis circa Sinopen, Anon. p. 113 sq., fragm. vss. 204—215; de Tibarenorum risu, Anon. p. 120, fragm. vs. 177: de Cerasunte et de Mosynoecis, Anon. p. 121, fragm. vss. 174 et 162—172.

Devenianus nunc ad Anonymum B. [alterum]. De Tanaide, Asiae et Europae termino, et gentibus proximis, Anon. B, p. 159 sq., fragm. vs. 135—147; de locis circa Phanagoriam, Anon. pag. 161 sq., fragm. vss. 153—161: de Cimmeri urbe et Cepo, Anon. p. 161, fragm. vss. 148—151; de gentibus quibusdam scythicis uberius Anon. p. 165 sqq., fragm. vss. 96—134; de Athenaeone et Cimmerico urbe, Anon. p. 173, fragm. vs. 89—95; de Taurica et incolarum moribus, Anon. p 177 sq., fragm. vss. 79—88; de Chersoneso urbe, Anon. p. 179, fragm. 73—78; de Borysthene, Anon. p. 184 sq., fragm. 66—73, de Tyra fl., Anon. p. 186, fragm. pag. 51—56, de Olbia, Anon. p. 185, fragm. 57—64; de Achillis insula Anon. p. 189, fragm. vss. 45—49; de Istro, Anon. p. 190, fragm. 27—44; de Istro urbe, Anon. p. 192 sq., fragm. 21—26; de Tomis et Calati, Anon. p. 193 sq., fragm. 15—20; de Crobyzis, de Bizone, Odesso et Dionysopoli, Anon. p. 196 sqq., fragm. init.

At, quum permulta communia habeant Arrianus noster et Anonymi, estne ut concludamus illa ex Arrianeo textu, qualem habemus, in libellos Anon. fluxisse? Minime. Mox monstrabimus Periplum, cui inscriptum est Arriani nomen, non genuinum esse, sed detruncatum et mutilum. In describendis litoribus a Bosporo Thracio ad Trapezuntem usque, concinunt non tantum Anonymus A cum Arriano, sed etiam Marcianus usque ad Halym fluvium (nam cetera inde desiderantur): videntur autem quae communia habet Marcianus cum Anonymo A, haud ab illo manare, sed ab Artemidoro, vel potius a Menippo Pergameno [1].

Menippum non laudat Anonymus A, sed nonulla exhibet quae inscius forsan a Menippo conscripta et ab aliis repetita, in suam epitomen inseruit. Lectori nunc patefaciamus oportet, Menippo tribuenda esse nonnulla, quae Anonymus A, et Marcianus in suis exhibent; quum autem in prima Peripli sui parte Arrianus noster Marciano et praesertim Anonymo similis sit, et a fonte communi omnes hausisse videantur, inde coniiciendum est Arrianeum textum nostrum nonnulla Menippo debere.

Arrianus p. 72 ad orientem Amisi Lycastum et Chadisium fluvios omittit, at non sic Anon. A, p. 118, et Marcianus p. 74 ed. Huds. [p. 178 ed. nostr., p. 46 sing. nostri lib.] [2]. Posterior habet: *Ἀπὸ τοῦ Λυκάστου εἰς κώμην καὶ ποταμὸν Χαδίσιον, στάδια ρν'.* Quod Anon. adimplet: *Ἀπὸ δὲ Χαδισίου εἰς Ἀγκῶνος λιμένα, ἐν ᾧ καὶ Ἶρις ἐμβάλλει, στάδια ἑκατόν.* Haec eadem Stephanus Byz. voc. *Χαδισία* Menippo tribuit: *Μένιππος δὲ Χαδίσιον κώμην καὶ ποταμὸν ἐν Περίπλῳ τῶν δύο Πόντων φησίν . . . .*

De terminis Paphlagoniae et Cappadociae ad verbum se invicem exscribunt Marcianus, p. 73 Huds. [p. 175 ed. nostr.], et Anonymus A, p. 115. En Stephanus fontem communem aperit: *Καππαδοκία . . . . ., ὥς φησι Μένιππος, ἀπὸ Σινώπης εἰς Εὔαρχον ποταμόν, ὃς ὁρίζει Παφλαγονίαν καὶ Καππαδοκίαν.* Vix dubito quin Marciano (p. 69 ed. Huds.) Menippus hunc ti-

1) Artemidorus floruit circiter 100 annis ante Chr., et Menippus paullo ante Chr. natum, quum Marciano (p. 66 Huds.) et Agathemero (I, 5), Menippus laudetur ut Artemidoro recentior, et tamen Strabo illius meminerit.

(2) V. nos p. 73, et nostros libellos: Artemidoros d. Geograph, et: Menippos der Geograph. Lips. a. 1838 et 1841 editos.

tulam praebuerit: *Πόντου Εὐξείνου περίπλους ἑκατέρων τῶν ἠπείρων κ. τ. λ.*; sed magis etiam procul recedit dubitandi locus, quin titulum alium huncce suppeditaverit Menippus, *Πόντων τῶν β΄ περίπλους* (Marcian. p. 73 Huds.), cuius sensum supra Marc. explanat dicendo ad orientem Evarchi fluvii regionem esse Pontum, et adiiciendo: *διήρηται δὲ εἰς ἐπαρχίας δύο.* Quam divisionem statuit iam ante Menippus apud Stephanum, in loco supra laudato: imo hic titulus erat operis cuiusdam, quod Menippo auctori non tribuere haud licet. Haec autem verba eadem Anonymus A in titulo reposuit . . . . *Πόντων τῶν δύο περίπλους.* Neque obiici potest, quod divisionem illam de suo scribere potuerit Anonymus; Pontum enim non duplicem describunt recentiores auctores. Nihili puto, quod Arrianus eam omiserit; multa alia omisit. Sed quomodo non iudicaveris hanc divisionem parum mansisse, et mox obsoletam fuisse, quum hanc retulerint quidem libri ad geographiam veterem pertinentes, neque Mannertus ipse? Videtur illa *ἐπαρχία* duplex spectare ad ultimum saec. ante Chr., et ad aetatem qua magis ac magis, regnante Mithridate, recesserunt Ponti limites usque ad Chersonesum Cimbricam, sed ita, ut post eius obitum litora tantum ad Dioscuriadem successoribus superessent: inde forsan regio Pontica proprie dicta, et Pontica pars nuper domita, quae duplex *ἐπαρχία* parum stetit, et ab auctoribus tunc usurpata fuit, quum iam coaevus geographiae status eam negligeret, imo respueret.

Consideranti autem mihi inter se in permultis consentire Marcianum et Anonymum A, in permultis Arrianum nostrum cum Marciano et Anonymo, atque Menippum plura dedisse Marciano et Anonymo, facile concludi posse videtur, plura Arriani alia ex Menippo manare debuisse (quamvis sat multa huius rei vestigia desint), et eius descriptiunculas et voces in primam periegli partem irrepere potuisse.

In secunda parte ex aliis fontibus hausit Arrianus, forsan ex Demetrio Calatiano. Nam uberius ille tractat de Achillis insula, neque descriptionis auctorem ullum laudat: sed Anonymus B, p. 189 ipsissima verba Arriani, p. 90 refert, et insuper, *ὡς δὴ συγγράφει Δημήτριος.* Circa descriptionis initium adiicit Anon.: *ἔχει δὲ πλῆθος χειρόηθες ὀρνέων*, et nonnulla, quibus caret Arrianus; sed post . . . . *ἔπαινοι τοῦ Ἀχίλλεως* (Arrian.

p. 91; Anon. p. 190), habet ille plura quam Anonymus, et fortasse ex eodem Demetrio sumta [1].

Quum autem Arrianum saepe reperiamus nonnullis indigere, quae in aliorum textu, alioquin simillimo, leguntur, tum arctiori illo scribendi genere non erit ut offendamur, si libellum Arriani non integrum et genuinum in manibus nos tenere cogitaverimus. Vossius iam ante illud subodoratus fuerat in sua in Scylacem et hunc Anonymum praefatione (v. p. 128): „ . . . . Compendium voco, quia revera sit . . . . . " Sed debili argumento nititur vir doctus: „. . . . Citat ex eo (periplo) loco quaedam Eustathius in Comm. ad Dionysium, quae hodie tamen apud eum non reperiuntur." His commentariis diligenter evolutis, in sententiam Dodwelli (v. p. 132), incidimus, iudicantis laudatos ab Eustathio Arriani locos, non potius ad Periplum Ponti Euxini, quam ad alia historica vel geographica illius scripta, pertinere posse. Dodwellus ipse, quum argumenta Vossii infirma deprehenderet, inde in sententiam contrariam abiit: „Periplus Euxini maris ab Arriano scriptus non est, ut Cl. Vossio videbatur, mutilus (p. 132)." At caret ullo argumento Dodwelli ipsius sententia, et Vossium saltem veri intuitus bene suaserat.

Vir rei geographicae peritissimus Bernhardy, in commentariis ad Eustathium p. 941 de Periplo ista scribit: . . . . qui copiosior olim ac luculentior exstabat. Sed in transcursu tantum illud ait; neque enim tunc locus erat huius rei tractandae.

Nihili procul dubio duxeris, quod Hudsonus in ms. Vindobonensi, excerpta Arriani continente, locum repererit, quo lacuna impletur, et quem inseruimus p. 57 sq.: illud est ὁμοτέλευτον, neque ab auctore Peripli manat. Maior iam movetur dubitatio de libelli integritate, fragmentum perlegendo quoddam a Leone Diacono suppeditatum, lib. IX. c. 6. p. 92, 93 ed. Hasio, et iterum inscripto inter veterum testimonia [2]. Imo res erit aperta, nisi de Leonis Diaconi ipsius diligentia suspicio quaedam oriatur, atque timueris ne scribendo cum festinatione nimia et forsan iuvante tantum memoria, Arriano ille tribuerit, quae apud auctorem alium legerat.

Scatent argumenta, quibus oratio apud Arrianum detruncata et imminuta cognoscitur, si illam cum Anonymo et Marciano comparaveris. Nunc digitum libet ponere in locis permul-

[1] In eo, quod Gallius hic de fonte Arriani, quem nunc habemus, dicit, ei adsentior.] [2] V. nostrum praefat. p. V sq.]

tis parvi momenti, et quibus regionum termini non mutantur, seriem servando geographicam.

1) Arrianus p. 63 ab Hyppio fluv. stadia 100 ad Lillium habet; Anonymus A, p. 104 ab Hyppio stadia 60 ad Diam, inde 40 ad Lileum corrupte pro Lillium; (Marcianum relinquo, de Lillio ob lacunam, silentem). Arrianus omittit Diam, sed stadiasmum bene reponit.

2) Idem p. 66 a Billaeo fluvio ad Parthenium fl. stadia 100 numerat, dum Anon. A p. 107, et Marcian. p. 71 [ed. Huds., p. 171 ed. nostr.], Psilidem interponunt, a Billaeo 60 stad. ad Psilidem, inde 70 ad Parthenium ponentes, 130 a Billaeo ad Parthenium. Epitomator nempe, quem Arrianum vocamus, videtur Psilidem delendo, summam stadiorum collegisse; et nunc pro *τριάκοντα καὶ ἑκατόν*, ultimus tantum numerus superest, fortasse ex incogitantia librarii cuiusdam.

3) Arrian. p. 68 ab Aegialis ad Thymenem 90 stad. habet, Anon. A, p. 110 ab Aegialo ad Climacem st. 50 (cum Marciano p. 71 [ed. Huds., p. 172 ed. nostr.]), inde ad Timolaeum 40[1], a Timolaeo ad Thymenem 20, summatim stadia 110 ab Aegial. ad Thymenem. Summam Arriani damnat, computationem Anonymi confirmat Marcianus, numerando stad. 50 ab Aegial. ad Climacem, et confuse 60 ad Timolaeum, dum dicere debuisset ad Thymenem. Vid. not. infra. Sic mendose Arrianus, intervalla locorum quae omittit, resumendo, nullam rationem habuit stadiasmi a Timolaeo ad Thymenem, quo impletus fuisset numerus 110 ab Aegialis ad Thymenem. Illud erit, ni fallor, indicium festinationis in contrahenda oratione iudicandum. — En iterum Arrianus, vel nescio quis, loca nonnulla nimio properandi studio dum omitteret, erravit de stadiorum computatione. De praetermisso Gurzubantho v. p. 71. 73.

4) Arrianus interdum contra loca nonnulla tollit, sed intervallorum rationem restituit. Sic p. 68 sq. a Carambi ad Zephyrium stadia 60 ponit; Anonymus A, p. 110 sq. a Carambi stadia 20 ad Callistratim, inde 40 ad Zephyrium; et sic praeter-

1) Marcianus a Climace ad Timolaeum stadia 60 numerat, et Thymenem omittit, unde liquet confuse Marcianum stadia dedisse sua, resumendo intervallum a Climace ad Thymenem. Ergo scribere debuisset, aut: *ἀπὸ τῆς Κλίμακος εἰς Τιμολαῖον χωρίον στάδια μ'. ἀπὸ Τιμολαίου χ. εἰς Θύμηνα, στάδια κ'*, aut: *ἀπὸ τῆς Κλίμακος εἰς Θύμηνα, στάδια ξ'. ἀπὸ Θυμήνων ἐπὶ Κάραμβιν . . . .* Timolaeum praetereundo. Haec notare debuissem mox, pag. 68.

mittit Arrianus Callistratim, sed recte intervallum computat. — Et iterum mox: Arrian. a Zephyrio ad Aboni Moenia stad. 150. Anon. A a Zephyrio stad. 20 ad Garium, inde 120 ad Aboni Moenia; concinit apud utrumque stadiasmus.

Ab Amiso Arrian. p. 73 stadia 160 ad Anconem portum numerat; Anon. A, p. 118 ab Amiso ad Lycastum fl. stad. 20 (cum Marciano p. 74 [ed. Huds., p. 178 ed. nostr.], inde ad Chadisium fl. 40 (mendose Marcianus 150), inde ad Anconis portum 100: stadia 160 apud utrumque.

A Phigamunte fluvio ad Phadisanem castellum, Arrianus p. 74 stadia 150; Anon. A, p. 119 a Phigamunte ad Ameletum locum stad. 20, inde ad Phadisanem 130; uterque 150 stad. a Phigamunte ad Phadisanem.

A Cilicum insula ad Genepum fluv. Anon. A, p. 119 stadia 55; inde ad Boona 20: habet recto itinere Arrianus p. 75 a Cilicum insula ad Boona 75 stadia.

A Corallis Anon. A, p. 122 stadia 60 numerat ad Cerasuntem alteram, inde 90 ad Sacrum montem; Arrian. p. 76, omittit hanc civitatem, sed stadia 150 ponit a Corallis ad Sacrum montem.

Ab Adineo Anonymus p. 124 ad Cordyla castellum stad. 100, inde ad Athenas 80; Arrianus p. 45 summatim ab Adieno suo ad Athenas stad. 180.

5) Laudant Anon. A, p. 113 et Marcian. p. 72 [ed. Huds., p. 174 ed. nostr., p. 44 sing. nostr. lib.], fluvium Ochthomanem iuxta Harmenen, quo caret Arrianus. Interdum voces tantum, quibus brevitas impeditur, repellit noster. Ex gr. *Αἰγινῆτιν* nude laudat p. 69; Anon A, p. 112, et Marcian. p. 72 [ed. Huds., p. 173 ed. nostr.] adiiciunt *πολίχνιον καὶ ποταμόν*. Sic Elaeum tantummodo laudat noster; Anon A, p. 104: *Ἐλαιοῦν ἐμπόριον καὶ ποταμόν*, cum Marciano p. 70 ed. Huds. [p. 168 ed. nostr.]. De Cinoli p. 69 concinunt Arriani verba cum verbis Anonymi p. 112, et Marciani p. 72 [ed. Huds., p. 173 ed. nostr., p. 43 sq. nostr. sing. lib. Menipp.]; sed insuper Anon. et Marcianus habent: *ἔχει δὲ καὶ ὕφορμον εἰς τὴν καλουμένην Ἀντικίνωλιν*. Quomodo siluit Arrianus de Anticinoli et portu illo abdito? Quomodo siluit de insula quadam, quae *σκεπάζει τὸν λιμένα*, ut aiunt Anon. A, p. 102, et Marc. p. 69 extr. [ed. Huds., p. 167 ed. nostr.], ad ostia Artanes fluvii, et laudavit contra p. 60 fanum Veneris, Marciano omissum, sed Anonymo

Digitized by Google

nuncupatum? (Haec et similia patefaciunt quam facile in rescribendo opere eodem, nonnulla ab uno servata maneant, ab alio nonnulla reiiciantur). Cur arctius meminit Arrianus Heraclei portus, p. 73 sq., et reperit tantum ibi ὅρμον, dum Anon. A, p. 118 diligentius scribit: *ἐνταῦθα λιμὴν μέγας, ὁ καλούμενος Λαμυρὸν, ὅρμος ναυσὶ καὶ ὑδροστόλος?* Cur Thermodontem vix nuncupat, nec illum *ναυσίπορον* cum Anonymo p. 118 sq. vocat, neque Themiscyrae meminit, Chalybumque ibi incolentium, et pariter Tibarenorum iuxta Cotyorum (Anon. A, p. 120)? Quomodo circa Sinopen (Arrian. p. 70) insulam Scopelum ne laudat quidem, dum Anon. A, p. 114, et Marcian. p. 72, 73 ed. Huds. [p. 174 ed. nostr.], habeant insuper: *κεῖται δὲ ἐπὶ τῶν ἄκρων νησίον, ὃ καλεῖται Σκόπελος. ἔχει δὲ διέπλουν τοῖς ἐλάττοσι πλοίοις· τὰ δὲ μείζονα περιπλεῖν δεῖ, καὶ οὕτω καταίρειν εἰς τὴν πόλιν?* Quomodo *λιμένα* iuxta Phadisanen (Anon. p. 119); *λιμένα πάντων ἀνέμων* iuxta Boona (ibid. p. 120), et Aretiadis insulae *ὕφορμον τοῖς ἀφ' ἑσπέρας ἀνέμοις* (ibid. pag. 122); *κώμην καὶ λιμένα*, Stephanen (ibid. p. 120), sinum unum iuxta Harmenen (ibid.), alium Cotyoro vicinum (ibid. p. 120), *ὕφορμον* sub Sacro monte latentem (ibid. p. 122), *σάλον σύμμετρον* ad Ophiuntem fluv. (p. 123), et ad Adienum fluvium (p. 124) praetermittit Arrianus noster, quem rerum rei nauticae pertinentium studiosum valde fuisse haud immerito iudicamus?

En erit, ni graviter fallor, argumentum haud mediocre imminutionis factae, quod in proxima phrasi oratio eadem ad verbum reperiatur apud Arrianum p. 71, et Anon. A, p. 116: *Οὗτος ὁ ποταμὸς* (Anon. *ὁ Ἅλυς*) *μὲν ὅρος ἦν τῆς Κρ. . . . καθότι δὲ εἰσβάλλει εἰς τὸν Πόντον, ὁρίζει τὰ Σινώπης καὶ Ἀμισηνῶν ἔργα.* Ibi stat Arrianeus periplus, nec sensum abruptum relinquit; sed Anonymus, sensu supra suspenso, adiicit; *τριακόσια δὲ στάδια ἀπέχων τῆς Ἀμισοῦ, μεταξὺ Σύρων τε καὶ Παφλαγόνων φερόμενος εἰς τὸν Πόντον ἔξεισιν.* Aperte phrasis eadem est, apud Anon. expleta, apud Arrianum resecata.

Arrianum et Anonymum B, inter se similiter conferre non licet, quum hic non iis careat, quibus affinitas cum Arriano perspicitur, sed longe plura et ex aliis fontibus diversis hausta habeat, sicut iam supra p. XXII sq. vidimus. Sed ex data comparatione locorum sat multorum, in praesto sunt argumenta, quae Arrianeum periplum, qualem habemus, epitomen esse arguunt,

sive Arrianus ipse auctorum sibi exscriptorum verba minuerit, sive nescio quis Arriani compendium pro integro libello tradiderit.

Non semel nobis orta fuit dubitatio, quaerentibus utrum Arrianus, an alius nescio quis, breviorem reddiderit orationem auctorum, qui pro fontibus delecti fuerant. Nunc saltem videbitur forsan Arrianus de suo nonnulla sustulisse, nonnulla adiecisse: aliquid nempe, utpote ad laudandum Xenophontem propensus, solus refert in loco quodam, ubi desunt simul alia ab Anonymo A, p. 106 sq., et Marciano p. 71 ed. Huds. [p. 170 sq.] expressa. Qui quidem scilicet aiunt Billaeum fluvium a quibusdam orientalem Bithyniae terminum haberi, sed a quibusdam (imo coacvis adiicit Anonym. A.) Parthenium. Paucioribus verbis et nude scribit Arrianus p. 66, Parthenium Bithyniae terminum esse, breviori contentus exscriptoris cura; sed mox gaudet in superaddendis hisce: ὧν (Βιθυνῶν) Ξενοφῶν ἐν τῇ συγγραφῇ μνήμην ἐποιήσατο, ὅτι μαχιμώτατοι. . . ., καὶ τὰ πολλὰ κακὰ ἡ στρατιὰ τῶν Ἑλλήνων ὅτι ἐν τῇδε τῇ χώρᾳ ἔπαθεν, κ. τ. λ. Si partem illam peripli manus aliena abscidit, mirum prorsus videtur, quod, verba plura ab Anonymo et Marciano servata delendo, locum fusius manus illa adiecerit e Xenophonte sumtum, et quo carent Anonymus et Marcianus. Non absonum erit Arriano ipsi tribuere et loci imminutionem et additamentum; nam semper gaudent scriptores arctius ex aliis, prolixius de suo verba adferre. Huiusmodi esse iudicaveris levem reprehensionem, qua non abstinuit noster in Xenophontem p. 54 sq.: καὶ οὓς λέγει (Ξενοφῶν) τοὺς μαχιμωτάτους καὶ ἐχθροτάτους εἶναι τοῖς Τραπεζουντίοις, ἐκεῖνος μὲν Δρίλλας ὀνομάζει, ἐμοὶ δὲ δοκοῦσιν οἱ Σάννοι οὗτοι εἶναι. At considerandum est similem Xenophontis [imo potius Herodoti] reprehensionem apud Arrianum simul (p. 71) et Anonymum A (p. 116) esse de Haly fluvio, οὐκ ἀπὸ μεσημβρίας, ὡς λέγει Ἡρόδοτος, ἀλλὰ ἀπὸ ἀνίσχοντος ἡλίου.

Sed, quid necessarium lectori videtur, singula loca Arriani cum locis Anonymi A et Marciani respondentibus comparare, dum aspectus ipse Peripli arguit hoc non esse genuinum et integrum Arriani opus? Non possumus non offendi ieiunam legendo narrationem, haud qualem exspectare licet ex Imperatoris praefecto, iussu summo iter et itineris descriptionem suscipienti. Quam abruptum exordium, ut ait Stuckius, sibi fecit

noster: *Εἰς Τραπεζοῦντα ἤχομεν!* Rationem rei qualemcunque reddit Dodwellus, quam perpendet et comprobabit, si lubet, lector. Hannonis Periplus, quamvis excisus et truncatus, initium saltem praebet haud ita absonum et decurtatum: *Ἔδοξεν Καρχηδονίοις κ. τ. λ.*

Consideranti autem hunc libellum haud genuinum esse, sed recisionibus multis imminutum, inde mihi etiam fit verisimile, nonnulla, si totum periplum non ipse depinxit Arrianus, ex aliena manu fuisse adimpleta. Quaerendum est enim, an propositum Arriano aperte fuerit, ut totam Euxini Ponti circumnavigationem describeret, quod fere negaverim ob sequentia (p. 77): *Ἐπεὶ δὲ ἐπυθόμην Κότυν τετελευτηκέναι, τὸν βασιλέα τοῦ Βοσπόρου τοῦ Κιμμ. καλ., ἐπιμελὲς ἐποιησάμην καὶ τὸν μέχρι τοῦ Βοσπόρου πλοῦν δηλῶσαί σοι· ὡς, εἴ τι βουλεύοιο περὶ τοῦ Βοσπόρου, ὑπάρχοι σοι, κ. τ. λ.* Nempe si praefecto Cappadociae Traianus expresse totum Ponti circuitum describere praecepisset, non sibi sic gloriaretur noster, quod illud excogitaverit et fecerit. Descriptionem litoris a Bosporo Thracio ad Trapezuntem (p. 57 sqq.) fere coniicerem aliena manu insertam fuisse, quum a Trapezunte primum profectus fuerit noster, et nescio cur redeat ad praeteritum litus, nisi p. 59 legerem, *ταῦτα μὲν εἰδότι σοι λέγω*, et mox p. 77 *ἐνταῦθα* (Trapezunte) *σὺ ποιεῖς λιμένα*, quo magis etiam agnoscitur Arrianus Traianum adlocutus. Verum enimvero possunt haec, *σὺ ποιεῖς λιμένα*, aliunde transposita, fortasse ex initio libelli p. 35 sqq., ubi uberius de Trapezunte tractat, ulterius inserta fuisse. Sic non semel libellus idem alius libelli cuiusdam epitome fuit, et semel amplificatio; quod se egisse profitetur ipse Marcianus p. 66 init. Huds. [p. 163 ed. nostr.]: *καταμαθὼν δὲ καὶ Μένιππον μετρίαν μέν τινα τοῖς ἐντυγχάνουσιν ἐκ τῶν οἰκείων βιβλίων παρεχόμενον εἴδησιν, μὴ πᾶσι δὲ ἀκριβῶς ἐπεξελθόντα, τὰ ἐλλείποντα πλεῖστα ὄντα προσθείς, κ. τ. λ.* Haud aliter potuit manus aliena quaedam in Anonymi Stadiasmo Maris Magni vol. II. p. 433 sq. [ed. Gail.], plura addere, quae prologus non fuerat pollicitus (cf. Stadiasm. p. 434, et ib. supra p. 414): saepe apud veteres libelli iterum atque iterum retractati erant, aucti et imminuti, neque auctoris genuini nomen et titulum priscum amittebant: sic forsan de Arrianeo hoc textu cogitandum.

Ut ut est, alterutrum erit concludendum, vel Arrianum suam narrationem rebus nonnullis auxisse peculiaribus, quales vide-

mus p. 35—44, et quibus animus Imperatoris intentus foret, sed illas post initium ab exscriptoribus semotas fuisse, ut nuda locorum mentio superesset: vel Arrianum, id sibi tantummodo proposuisse, ut ieiunam saepius descriptionem locorum traderet, et ideirco satis habuisse, si auctoris cuiuslibet verba ipse minuendo mutuaretur. Sed ad priorem coniecturam potius redeo.

Anonymus uterque, cum uberiores descriptiunculas praebet, tum recentiorem calamum prodit: intervallis stadiorum addit milliaria respondentia, quibus stadia septem et dimidia continentur (cf. mox p. 133 sqq.): nomina locorum recentiora tradita (cf. p. 111 sqq., 128), unde fit ut vir cl. Koehlerus, in Mém. de l'Ac. de St. Petersb., T. X. p. 615 scripserit: „Cet auteur donne des détails qui nous font connaitre l'etat de ces lieux dans le IVe. siècle de notre ère, temps où ce Périple fut, à ce qu'il parait, composé, au moins enrichi de nouvelles observations.“

In numeris datis saepius concinunt Anonymi ambo cum Arriano; Anonymus A imprimis, cuius et Arriani auctoritate errores Marciani permulti aperiuntur. Ex. gratia cf. p. 60. 62. 63. 66. 68. 69. 70. 71. 72. 73. Sed semel Marcianus ansam praebet emendandis Arriano et Anonymo A, p. 72 sq. — Interdum mendosi sunt apud Arrianum numeri. Cf. p. 65. 68 al. Et tandem non desunt sui Anonymo errores. Cf. p. 72. 73. 74.

Vix erit monendum, in fractis numeris Anonymos A et B ubique tertia parte gaudere $L'\ \gamma'\ \frac{1}{3}$, vel $L'\ \varsigma'\ \frac{2}{3}$; sed auctorem fragmenti C, quod viro clarissimo et amicissimo Osanno debemus, dimidium, ἥμισυ, adhibere; at carere omnes exquisita cura in fractis numeris exprimendis.

Ad calcem voluminis huius tabulam in aere incisam subiecimus, quam delineandam curavimus ad similitudinem tabulae apud nos egregiae, cui titulus: Carte reduite de la mer noire, par M. Gautier, capitaine de vaisseau, etc.

Digitized by Google

ΑΡΡΙΑΝΟΥ

ΠΕΡΙΠΛΟΥΣ ΠΟΝΤΟΥ ΕΥΞΕΙΝΟΥ.

HENRICI DODWELLI

DISSERTATIO

de aetate Epicteti atque Arriani, conscriptique ab Arriano peripli maris Euxini, etc.

§. 1. Sub exitum Hadriani de Mari Euxino scripsit Arrianus.

Scripseram quidem de hoc Maris Euxini Periplo nonnulla, cum de Periplo Maris agerem Erythraei: sed pro modo quem concessit nata in alieno Opere occasio. Iam paulo agam accuratius. Sub Hadriano scriptum fuisse docent ipse titulus.[1] Sed propius initio Hadriani scriptum tum arbitrabar, quod quidem Reges harum partium finitimi a Traiano dati etiamnum essent in vivis. Unicus autem is erat, quem memoravit Arrianus. Rex Apsilarum Iulianus a Traiano designatus[2]; plures autem idem refert, quos fecerit Hadrianus.[3] Et Traiani Imperio exeunte factos fuisse verisimillimum est, quos ille Reges dedit, cum iam victoriae illius in Oriente fecissent ut vicini, et tam Parthis quam Romanis finitimi, a Romanis diademata libentius quam a Parthis acciperent. Antea certe causam Traiano belli in Parthos dedit, quod Armenia a Parthis Regem accepisset. Tum ergo vel inde vincitur, nondum Romanorum tantum in his partibus fuisse terrorem: proinde multos ab Hadriani initio annos elapsos esse necesse est, cum iam plures essent ab eo, quam a Traiano, Reges.

1) Vid. infra notam ad libelli titulum additam. 2) Peripl. pag. 12, Huds. 3) P. 12. 19.

§. 2. Arrianus, cum haec scriberet, Provinciam habebat Cappadociam.

Erat autem certe Arrianus ipse, cum haec scriberet, in Imperio, et gladii iure ornatus. Hoc indicant militum sub eo exercitia [1], et ab eodem soluta stipendia [2]: hoc etiam navium ab eodem assignatae stationes [3]; hoc munitionum illa, quam profitetur, cura [4]: hoc etiam rei annonariae [5]: hoc quod Sannos tributa recusantes a se exterminandos minatur [6], ni pactis starent, fidemque a se obligatam liberarent: hoc denique quod aras a se in Provincia positas fuisse docent [7], et quod statuas in honorem Principis dedicandas ad se mittendas esse moneat [8]. Nec sane oram Ponti Euxini universam a se lustratam obtendit, sed a Trapezunte tantummodo ad Dioscuriada, quae etiam Sebastopolis fuerit appellata. Aliam omnem oram inde ad Bosporum Cimmerium; rursusque inde ad Byzantium, Bosporumque Thracium, non sua fide narrat, sed aliena. Et ne quidem a Bosporo Thracio ad Trapezuntem oram innuit a se fuisse navigatam: cur ita, quaeso, si Pontum Euxinum universum auspiciis Hadriani lustrandum suscepisset? Cur ita, inquam, si classis potestatem alibi habuisset quam in suae Provinciae ora tantummodo maritima? Cur denique a Trapezunte Periplum huius maris inciperet, quem alii plerique a Bosporo potius incipiunt Thracio, nisi quia ab illo demum portu usque ad Dioscuriada terrae pariter ac maris potestatem habuisset? Obnoxios sibi in hac omni ora fuisse milites ipse indicat. Abruptum hoc, quod a Trapezunte petebatur, exordium credebat Stuckius (p. 67): quod scilicet non occurrerit, hos Provinciae, cui praeerat Arrianus, fuisse limites. Facilis autem erat universi Peripli occasio, cum ius rei Nauticae eousque ipse pro Provinciae iure teneret, si reliquas Euxini Maris oras sigillatim, aliorumque fide narratas, adiunxerit. Certe Flavium Arrianum sub Hadriano Cappadociae praefuisse testatur Dio, [9] quem alium a nostro non

1) Pag. 3. 11. 2) P. 6. 11. 3) P. 5. 4) P. 6. 9. 10. 5) P. 6. 6) P. 11. 7) P. 2. 8) P. 2. 9) Dio, lib. LXIX. 15.

fuisse verisimillimum est: nam Trapezuntem, nunc Ponto Cappadocio,[1] nunc Cappadociae[2] ipsi accensuit Ptolemaeus, qui proximus nostri temporibus vixit Arriani. Itaque hoc Seculo ad Pontum usque Euxinum pertigit, Pontique regionem complexa est Cappadocia, et Tibareniam et Colchida usque ad urbem, quam dixi, Dioscuriada. Pontum saepe Provinciam suam ipse appellat Arrianus, p. 4. 5 (Huds.), in eo Ptolemaeo consentaneus, qui Pontum appellat Cappadocium. Sic autem scribit de Athenis: *Ἔστιν γάρ τοι καὶ ἐν Πόντῳ Εὐξείνῳ χωρίον οὕτω καλούμενον* (p. 4 Huds.). De regione loquitur, quae Ponti nomine veniebat, non de Mari. Idem paulo postea dicit ventum, qui in Ponto Thrascias appellabatur, in Graecia Scironem esse appellatum. Ait denique lignorum *ναυπηγησίμων ἀφθονίαν* fuisse *κατὰ τὸν Πόντον* (p. 5 fin. Huds.), propter navis quam passus fuerat iacturam. De sua utique rursus intelligendus Provincia. Nam eousque iam pertigisse vidimus Provinciam Arriani. Hos autem huius Provinciae limites Traiani victoriis debebant, ut existimo, Romani. Colchos certe ab eo subactos referunt Rufus Festus et Eutropius (VIII. 3). Seculi ergo saltem, quo haec gesserit Arrianus, notam in his ipsis Provinciae huius finibus tenebimus.

§. 3. Cappadociae anno Hadriani XX° praeerat Arrianus.

Tempus autem quo hanc Provinciam his limitibus circumscriptam tenuit Arrianus, ex eiusdem Tacticis, ni fallor, colligemus. Scripsit illa anno Hadriani XX°:[3] *ἐς τήνδε*, inquit, *τὴν παροῦσαν βασιλείαν, ἣν Ἁδριανὸς εἰκοστὸν τοῦτ' ἔτος βασιλεύει.* Verba eius Imperium Hadriani designare videntur post obitum Traiani. Nam inde artem, de qua ibi loquitur Arrianus, militarem excoluit Hadrianus. Coepit annus ille Hadriani XXmus anno aerae nostrae christianiae 136, Aug. XI°. Desiit autem anno eiusdem aerae christ. 137, Aug. XI°. Medio autem tempore

1) Ptolem. geogr. lib. VI. c. 6. 2) Ptolem. lib. VIII. Asiae Tab. I. 3) Tactic. fin. [p. 97, ed. Amstel. 1683.]

se ad scribendum de re militari accinxit Arrianus, cum ius gladii esset a Principe consecutus. Convenit cum nobis Arriani Dioniani haec etiam nota accuratissime. Confecto bello Iudaïco (nempe cum Barcocheba), bellum Alanorum a Pharasmane motum tradit Dio.[1] Qui idem addit, terrore Flavii Arriani fuisse repressos, qui tum Cappadociae praeerat. Coepit bellum illud in Barcochebam anno Hadriani XVII° si Chronico Eusebiano fides: ἤρξασεν anno eiusdem Principis XVIII°, teste meliore, illisque temporibus propinquiore, Aristone Pellaeo.[2] Si tum fuerit illud in ἀκμῇ bellum; sequenti certe, qui annus erat Hadriani XIX^us^, debellatum fuisse consentaneum est. Ita videmus quam apte motus illi Alanorum, et proinde Praefectura etiam Arriani, ad annum referantur Hadriani XX^m^. Scripsit Arrianus Alanica, teste Photio.[3] Huius nimirum belli, ut videtur, occasione. Et fragmentum illius operis habemus hodieque de acie illa qua Alanos ad pacem terruit Arrianus. Arrianum enim ipsum illius aciei fuisse ducem mox ostendemus.[4] Nec ultra terrorem processisse docuit, ut vidimus, ipse Dio. Porro eundem illum, qui Alanos ad bellum concitavit, Pharasmanem in vicinia sua Zydritis imperasse, cum de Mari haec Euxino commentaretur, idem testatur Arrianus.[5] Nihil ergo est cur dubitemus quin idem fuerit Arrianus, qui et Cappadociam moderatus fuerit, et bellum gesserit in Alanos, et qui Tactica scripserit, et de Mari etiam Euxino. Addit Dio Massagetas fuisse hos, cum quibus res Arriano fuerit, Alanos. Fieri potest ut hoc quoque fuerit utcunque verum. At in illius Seculi geographia novum fuisse suspicor, quod aut iidem haberentur cum Massagetis Alani, aut sedes tenuerint huic Arriani Cappadociae propinquas. Albanos appellat, ut videtur, e Dione Zonaras.[6] Estque sane in his partibus Albanorum nomen, quam Alanorum, longe notius. Antiquitus omnes invicem diversissimos fuisse constat e

1) Dio Cass. LXIX. 15. 2) Ap. Euseb. H. E. IV. 6. 3) Phot. Cod. LVIII. 4) §. VI. 5) P. 11. 6) [Annal. lib. XI, p. 590, ed. Paris.].

veteribus, tam Alanos, quam Albanos, quam etiam Massagetas: imo ne sedium aliqua propinquitate coniunctos. Quod ergo tandem coaluerint, inde factum arbitror, quod Massagetarum ultimi in has sedes translati ab Albanis victi in nomen pariter ditionemque victorum transierint. Constat enim certe iamdiu intercidisse nomen Massagetarum. Et cum in Albanorum nomen deinde concessissent, facilis inde error erat, ut iidem Alanorum nomine intelligerentur: eorum scilicet qui Albanos Asiaticos non satis accurate ab Europaeis distinxerunt Alanis. Haec tamen obiter.

§ 4. Initio Praefecturae ante Bellum cum Alanis, ann. Chr. 137, hunc Periplum scripsit Arrianus.

Caeterum initio gestae a se Provinciae haec scripsit Arrianus. Cum nempe primas redderet Provinciae a se administratae (pro recepto officii munere) rationes. Ad illud certe munus spectare videntur *γράμματα*, quorum toties meminit, *Ῥωμαϊκά*.[1] Hoc enim exigebat ipsa Imperii Romani Maiestas, ut ne alia lingua, quam Romana, conciperentur formae omnes rationum solennes et legitimae, seu Principi essent, seu Senatui, reddendae, Archivisque publicis recondendae: his nempe Hadriani temporibus, cum nondum in Romanam civitatem recepti essent vel Romani Imperii cives Graeci, quod postea factum a Caracalla; nec novi iam Imperii caput esset Urbs Byzantina, ipsa quoque olim stirpe graeca. Litteris ergo romanis, quae scriniis Principis recondendae erant, multo liberius de arcanis Hadriani mandatis se egisse ipse indicat Arrianus. Plane, ut decuit in arcanis Imperii. Nec in literis romanis quicquam a Provinciae rationibus alienum fuisse verisimile est. In illis itaque soli Provinciae paraplo locum fuisse consentaneum est, a Trapezunte scilicet usque ad Dioscuriada. Alibi certe nuspiam literarum occurrit vel mentio Romanarum. Si quid praeterea ad illas literas accesserit, illud fortasse fuerit, ut Provinciae suae paraplum a Dio-

1) P. 6. 10.

scuriade ad Bosporum continuarit Cimmerium. Est enim sane ratio politica cur eousque iter maritimum descripserit, siquam forte novam expeditionem eo meditaretur Hadrianus, propter mortem, quae nuper contigerat,[1] Cotyos regis Bosporani: de qua propterea monendum duxit, pro officii ratione, Hadrianum. Suspicor ergo inter Regna Imperii Romani adsignata hoc tempore accensitum fuisse Regnum Bosporanum. Erat certe aetate etiam Strabonis. Illius verba sunt: *Καὶ νῦν ὑπὸ τοῖς τῶν Βοσπορανῶν βασιλεῦσιν, οὓς ἂν Ῥωμαῖοι καταστήσωσιν, ἅπαντά ἐστιν* lib. (VII, p. 312). Inde similia monita de Rege Bosporano sub Traiano legimus, Bithyniam tenente Plinio iuniore lib. X. ep. 13, 14, 15). A Byzantio ad Trapezuntem paraplum addiderit fortasse, quem obierit ipse cum in Provinciam veniret. Id si verum, a Roma venerit, fueritque adeo Hadrianus ipse in Italia, cum mitteret Arrianum. Quod sane anno Imperii XX° verisimillimum est, cum de successore Aelio Vero ageret Hadrianus. Obstabat enim causa illa ne pedem ipse ex Italia moveret. Reliquum paraplum a Bosporo Cimmerio ad Thraciam non video cur addiderit Arrianus, nisi ut Maris illius Euxini universi periplum absolveret. Nuperum autem illius in Provinciam appulsum indicat itinerum illa tam accurata descriptio, quae adeo opportuna non fuisset, si iam itineribus illis aliquamdiu assuevisset. Sic enim sua etiam in provinciam itinera nuper peracta descripsit Cicero. Sunt et alia quae nuperum Arriani, cum haec scriberet, appulsum fuisse doceant. Sannas ait *πάλαι* fuisse tributarios, tunc autem latrociniis intentos solutionem neglexisse; se autem operam daturum, ut vel solutionem praestarent, vel e sedibus pellerentur.[2] Haec ad suam ipse contumeliam, si, se gubernacula tenente, officio defuissent. Meminit etiam Pharasmanis:[3] sed nulla adhuc de eo suspicio. Alanorum autem ne meminit quidem. Inde facile colligimus, nullos adhuc eorum fuisse motus. Cavet enim noster ne quid Hadrianum celaret, quod Reipublicae, si nesciretur, perniciem afferre posset. Inde tempestiva

1) P. 18. 2) P. 11. 3) P. 11.

illa monitio de morte Cotyos. Recte ergo, ni fallor, Arriani adventum ad annum aerae nostrae christianae 136m exeuntem retulerimus, quo praedictum de re militari commentarium ipse scripserit, cum primum gladii ius acciperet, nullo adhuc hostis manifesti metu. Aliter fuisset, hostium mentio facienda erat, et disciplinae eorum militaris, cum quibus rem gesturus erat. Medio enim anno Roma discedebant plerumque Provinciarum praesides, ut e legibus Claudii [1] de eorum discessu satis apparet. Ita necesse erat, ut anno Iuliano exeunte in Provincias remotas, quales erant hae, de quibus agimus, Asiaticae, venirent. Sub Traiano Plinius [2] XV kal. octobris venit in Bithyniam, quae tamen propius aberat a Roma quam nostri Arriani Provincia Cappadocia. Itaque si anno 137° Augusti diem XIm superasset Arrianus antea quam in Provinciam appelleret, sic annus fuisset Hadriani non iam XXus, sed XXIus. Quare anno aerae nostrae venerit oportet 136. Illum enim certe diem elapsum esse cum veniret, ipse innuit. Narrat enim, cum Provinciam praeternavigaret, procellas [3] magnas. Et tamen nondum ὥραν ἔτους fuisse indicat, qua naves essent in portus subducendae. Caeterum non longe illam abfuisse ipso facto docuit, quod primo quoque tempore illas in portus subduxerit, πρὶν παντάπασιν ἀγριωθῆναι τὴν θάλασσαν. [4] Facile inde intelligimus paulo illum ante maris claudendi tempus eo appulisse. Quod sane cum XX° Hadriani anno concurrere non potuit alio aerae nostrae christianae anno quam 136°. Proximo ergo anno 137° eruperit seditio Alanorum, concitante Pharasmane: ita scilicet, ut Romae hoc nomine sub Hadriano accusatus fuerit ipse Pharasmanes [5]: ita ut ab Hadriano Romam invitatus ipse tamen sibi conscius venire contemserit: [6] ita ut vicissim munera ab ipso missa contemserit Hadrianus: [7] ita denique ut Regulos alios qui venerint ita acceperit Hadrianus, ut Pharasmanis [8] recusantis invidiam

1) Dio lib. LX. 2) Plin. lib. X, ep. 28. 3) P. 4. 4) P. 5. 5) Dio Excerpt. Theodos. 6) Spart. Adrian. cap. 13. 7) Ib. cap. 17, fin. 8) Ib. cap. 13.

excitarit. Non sunt haec omnia in limites nimis angustos contrahenda. Itaque intervallum aliquod agnoscendum est inter primos Alanorum motus mortemque Hadriani. Nec tamen magnum illud fuisse e numis colligo. Nec enim alio, quam ad hos Alanorum motus, Cappadociae mentionem retulerim, quae in numis occurrit Hadriani atque Pii. Numi Hadriani, qui Cappadociae meminerint, consulatu illius signatur III°, qui ab anno aerae christianae 119, ad finem Hadriani pertigit, annumque Christi 138. Numi Pii consulatu eius II°, qui non ultra annum aerae nostrae 139, quo consulatum illum gessit, extendendi sunt. Proximo enim anno Christ. 140 consulatum suscepit gessitque III^m. Hinc intelligimus ad finem Hadriani illud referendum esse bellum, de quo numi gratulatorii adhuc Pii initio excudebantur.

§. 5. Horum certe temporum et huius etiam Principis indolem referunt quae hoc in Periplo tradit Arrianus.

Certe horum temporum indolem refert examussim hic, in quo versamur, Periplus. Cum urbibus memorat celeberrimas quasque mythicorum temporum historias, et historiarum, siqua credebantur exstare, etiam monumenta. His enim sane, siquis Princeps alius, maxime delectabatur Hadrianus. Sed et disciplinae militaris curam profitetur Arrianus, quam multis novis inventis locupletaverat hic atque excoluerat imperator. Et sane Tactica ad illam ipsam normam, quam stabiliverat Hadrianus, exegit Arrianus, quae etiam ad Dionis[1] tempora inviolata permansit. Idem urbium nova memorat tam munimenta, quam ornamenta,[2] quorum studiosissimum hunc eundem fuisse constat Hadrianum. Nescio[3] quisquamne Principum cum eo fuerit, hac in causa, conferendus. Et peregrinationum nomine idem Princeps celeberrimus erat, teste Spartiano.[4] Talem quoque supponit Arrianus. Ait se summa cum vo-

1) Dio lib. LXIX. 9 et pass. 2) Arrian. Peripl. Mar. Eux. p. 2. 3) Dio et Spartian. 4) Spart. Adrian. cap. 13.

luptate mare Euxinum lustrasse ex eodem loco,[1] ὅθενπερ (inquit) καὶ Ξενοφῶν καὶ σύ. Et quo loco de fano Iovis Urii loquitur:[2] Ταῦτα μὲν εἰδότι σοὶ λέγω. Itaque iam illas quoque Ponti Euxini oras peragraverat Hadrianus. Quod tamen sero tandem factum opinor, cum nulla huius itineris nota habeatur apud Spartianum. Nisi forte haec ad iter illius per Asiam[3] retulerimus, quo et servitia castris profutura a Cappadocibus Arriani nostri susceperit. Affectum ergo Hadriani imperium, vel praeceps potius, et ad exitum vergens, supponunt hae notae. Cum nempe iam et disciplinam militarem ad exitum perduxisset, et Provincias plurimas itineribus lustravisset idem Hadrianus.

§. 6. Arrianus hic Peripli Auctor, et Praeses Cappadociae, idem cum philosopho Epicteti discipulo.

Conveniunt eadem praeterea cum temporibus Arriani. Erat enim profecto hic Arrianus non alius a philosopho, quem Epicteteum appellant veteres, quod fuerit Epicteti discipulus. Is enim Arrianus, qui aciem instruxit in Alanos, et qui proinde Cappadociam Provinciam habuit, in illo ipso fragmento quod habemus hodieque scriptae ab eo historiae Alanicae, Xenophon appellatur: Ὁ δὲ ἡγεμὼν τῆς πάσης (inquit) στρατιᾶς Ξενοφῶν. Et postea: Οἱ δὲ ἐπίλεκτοι ἱππεῖς ἀμφ' αὐτὸν Ξενοφῶντα ἔστωσαν etc. Sed quis ille fuerit Xenophon, non videntur observasse fragmenti editores:[4] nedum, ipsum fuisse Arrianum. Et tamen nomine νέου Ξενοφῶντος, seu Xenophontis iunioris, appellatum fuisse omnes sciunt: non item illud, hoc nomine ipsum delectatum fuisse Arrianum, nec alio libentius appellari voluisse. Ut proinde quoties in illius scriptis Xenophontis nomen simpliciter occurrit, non alius ab ipso intelligendus sit Arriano. Hoc tamen verissimum esse ex aliis eiusdem scriptis manifestum est. In libro de Venatione, de Xenophonte Grylli filio facta mentione, ipse mox de se ita subiungit: Ταῦτα λέξω, ὁμώνυμός τε ὢν

1) Peripl. Eux. p. 1. 2) P. 12. 3) Spartian. Adrian. cap. 13. 4) [Cf. H. Steph. Schediasm. 17um in lib. de Venat. p. 230, ed. Amstel. 1683. Gail.]

αὐτῷ, καὶ πόλεως τῆς αὐτῆς, καὶ ἀμφὶ ταῦτα ἀπὸ νέου ἐσπουδακὼς, κυνηγέσια, καὶ στρατηγίαν, καὶ σοφίαν [1]. Hinc intelligimus ab ipso nomen hoc esse affectatum [2]; et cur affectarit, etiam rationem. Quod etiam ipse pariter ac maior ille Xenophon, in vita ὁραστικῇ et πραγματικῇ praefecerit, et sub professione philosophiae peritissimus fuerit Imperator. Sic enim de Xenophonte seniore Laërtius [3]: Καὶ δὴ καὶ φίλιππος καὶ φιλοκύνηγος καὶ τακτικός. Sic et alibi, cum de Xenophonte antiquo sermo esset [4], οὐ ξύμφημι, ait, τῷ ἐμαυτοῦ ὁμωνύμῳ. Idem canis suae nomen designandum censuit, ὡς καὶ ἐς ὕστερον ἀπολελεῖφθαι αὐτῆς, ὅτι ἦν ἄρα Ξενοφῶντι τῷ Ἀθηναίῳ κύων, Ὁρμὴ ὄνομα, ὠκυτάτη καὶ σοφωτάτη, καὶ ἱερωτάτη [5]. Hic etiam Xenophontem [6] seniorem imitatus est, cui canis erat, cujus et nomen traditur Hippocentaurus. Sed stoico magis placuit nomen Ὁρμῆς, qui Epicteti tam multa servavit de ὁρμαῖς et ἀφορμαῖς, vocibus in disciplina Stoicorum decantatissimis. Favebat praeterea, quod in receptis canum nominibus, ipso quoque teste Arriano [7], locum habuerit Ὁρμή. Inde factum ut argumenta pleraque delegerit cum illo quoque seniore Xenophonte communia, cuius nomen affectabat. Scripsit Cyri iunioris Ἀνάβασιν Xenophon Socraticus. Et Alexandri similiter Ἀνάβασιν scripsit Xenophon Epicteteus. Congessit Socratis Memorabilia Grylli filius. Et Praeceptoris Epicteti similiter Colloquia scriptis mandavit Arrianus. Scripsit uterque de Venatione. Sic tamen, ut quae deerant in Socratico suppleverit Arrianus [8]. Erat praeterea Τακτικός superior ille Xenophon, ut modo vidimus e Laërtio. Proinde Τακτικὴν personae, quam susceperat, iunioris Xenophontis congruam iudicavit Arrianus. Primum praeterea philosophorum fuisse, qui historiam scripserit, Xenophontem observavit Laërtius [9]. De Ἑλληνικοῖς praecipue, ut videtur, intelligendus. Inde cognati

1) Arrian. de Venat. cap I. 2) Cf. H. Steph. Schediasm. 10um ibid. p. 231. Gail. 3) Diogen. Laërt. lib. II, n. 56. 4) De Venat. cap. 17. 5) Ibid. cap. 5. 6) Pollux Onomast. V. 5, n. 2. 7) Arrian. de Venat. cap. 19. 8) Ib. cap. 1. 9) Diog. Laërt. lib. II, n. 48.

argumenti tot nostri quoque Arriani libri, *Ἀλανικῶν*, *Βιθυνιακῶν*, *Παρθικῶν*, *Ἰνδικῶν*. Hinc loca, quorum meminerat antiquior ille Xenophon, observavit in Periplo Arrianus, captatque omnes illius memorandi occasiones. Sic tamen ut, quoties illum nominandum censuit, fere aliquid adiunxerit, quo a se alius fuisse nosceretur. Nempe illum *τὸν Γρύλλου*, *τὸν πάλαι*, *τὸν πρεσβύτερον* appellat. Non ita, ut videtur, appellaturus, nisi ut a iuniori Xenophonte alio Atheniensi alius fuisse intelligeretur, nempe a seipso. Sic loquitur in *Tacticis*; sic in libro *de Venatione*; sic in *Periplo*. Est ergo horum omnium auctor idem cum praefecto Cappadociae, et cum Arriano Epicteteo. Alius autem ab Arriano Maturio Plinii[1] iunioris, amico Altinati. Erat enim tunc temporis extra Italiam, Nicopoli, in disciplina Epicteti Arrianus noster Epicteteus, cum in ipsa fuerit Italia Arrianus ille, cum quo literarium habuit commercium iunior ille Plinius, ipse quoque tum similiter in Italia.

§. 7. Prima Arriani scripta de Epicteto, paulo post mortem Epicteti.

Itaque, cum Arrianum huius scripti auctorem teneamus, age, iam aetatem illius constituamus paulo magis, quam sit hactenus factum, accurate. Prima autem illius scripta omnia erant de praeceptore Epicteto. Primae omnium videntur fuisse *Dissertationes*, quae eo invito pariter ac nescio in vulgus emanaverant, tandem ab ipso emissae et L. Gellio inscriptae. Ex his deinceps ipse collegit Enchiridion. Denique et illa edidit de praeceptoris vita, quae docet illum edidisse Simplicius[2]. *Dissertationes* collegit in memoriae suae subsidium. Ipse *ὑπομνήματα* appellat, quae Xenophon Socraticus *ἀπομνημονεύματα*: proinde sermone non elaborato, sed familiari, quali usus fuerat, cum dissereret, ipse Epictetus. Sic enim magis ipsum repraesentarent Epictetum, sic magis vim illam nativam retinerent, quam habebant, dum ex ore eius prodirent, quam tantam fuisse dicit, ut *necesse esset sic affici auditorem ut*

1) Plin. lib. III. ep. 2. 2) Simplic. in Epict. Enchirid. init.

eum ipse affici volebat [1]. Supponunt, ni fallor, haec omnia, non iam amplius fuisse in vivis Epictetum, cum illius *ὑπομνήματα* in animum revocanda essent: alioqui Epicteti ipsius testimonium advocasset, qui tantam rerum ab eo auditarum tamque religiosam fidem prae se fert, ut verba quoque ipsa pro virili sua numerarit. Neque tamen a memoria admodum longinqua repeti potuit repraesentatio tam accurata verborum. Non me tamen fugit Senecam patrem verba etiam ipsa oratorum a se adolescente auditorum in senectute scripsisse. Sed prodigiosa erat tanta illa memoriae felicitas. Suntque praeterea alia quae suadeant, nuperiori Epicteti memoria haec mandavisse Arrianum. Stylum excusat, quod sane necessarium non fuisset, si iam alia edidisset styli specimina, e quibus iudicari potuisset, quam peritus esset styli artifex. Ait praeterea Epicteto nullam, sibi non admodum magnam, fuisse de stylo solicitudinem. Quam haec aliena sunt a iactantia illa, qua se postea pro primario Graeciae scriptore venditavit, ut nullum habuerit Graecorum Alexander M. sibi in armis parem! Verba eius haec sunt: *οὐκ ἀπαξιῶ ἐμαυτὸν τῶν πρώτων ἐν τῇ φωνῇ τῇ Ἑλλάδι, εἴπερ οὖν καὶ Ἀλέξανδρος τῶν ἐν τοῖς ὅπλοις* [2]. Produnt priora illa animum ab Epicteti nupera institutione modestum, et verae philosophiae professione dignum: postrema nimio gloriae studio corruptum tandem atque degenerem. Edidit ergo has primitias suas Arrianus, paulo post mortem praeceptoris Epicteti, cum primo philosophiae studio calesceret.

§. 8. Scriptis Arriani recentiores erant eiusdem honores.

Sed vero hanc ipsam epocham incertam fecit chronologiae his temporibus obscuritas. Si enim Suidam [3] audiamus, aut antiquiorem Suida Themistium [4], ad Marci tempora ipse pervenit Epictetus. Quomodo ergo Praefecturam Cappadociae sub Hadriano gerere potuit Arrianus! Honores enim quos gessit omnes philosophiae studio debebat;

1) Praef. Arrian. ad L. Gall. 2) Arrian. exped. Alex. 17. cap. 12. 3) Suid. Ἐπίκτητ. 4) Themist. Or. XII.

scriptisque, quae post philosophiae professionem, imo post Epicteti mortem, ut vidimus, edidit, pulcherrimis. *Διὰ τὴν τῆς παιδείας δεξιότητα*, inquit Suidas [1], teste Heliconio, qui ad Theodosii Majoris tempora seriem temporum deduxit [2], ipse proinde ad ea tempora referendus. *Διὰ τὸ τῆς παιδείας ἐπίσημον*, Photius [3]. Imo de hoc meliorem hisce testem habemus, ipsum scilicet Arrianum. Sic enim de scriptis suis ipse [4]: *Ἐμοὶ πατρίς τε καὶ γένος καὶ ἀρχαὶ οἵδε οἱ λόγοι εἰσί τε καὶ ἀπὸ νέου ἔτι ἐγένοντο.* [Rectius quam Dodwell. haec verba intelligit Raphelius ad Arrian. *Exp. Alex.* p. 51, Amstel. 1757. G.] Patriam scilicet scriptis debuit, quod ipse Bithynus, civitatisque Nicomediensis, in civitates Nicomedia longe celebriores propterea fuisset adscriptus, quod erat sane in viris celebribus illo Seculo frequentissimum. Atheniensem se fuisse profitetur, ut vidimus in libro de Venatione, ut propterea et nomen Atticum etiam assumserit Xenophontis. Et Romanum fuisse docent nomen Romanum Flavii Arriani, et honores Romani ab eo gesti, praesertim consulatus, qui non aliorum erant quam civium Romanorum. Hanc ergo civitatem si scriptis debuerit, vel inde obiter illum alium fuisse colligemus ab Arriano Pliniano. Sic enim probabile erit, cum scriberet iunior ille Plinius, nostrum ne quidem nomen habuisse Arriani. Ita et *γένος* et *ἀρχάς* similiter scriptis suis debuerit, gentem scilicet honoresque Senatorios Romanos. Habuit quidem et in patria sua, ut ipse docet, honores [5]. Nempe sacerdotium Cereris et Proserpinae, ut nos docet ex illius Bithynicis Photius, cod. XCIII. Sed quos minori loco habuit prae honoribus civitatum adscititiarum. Illos tamen potuit eruditioni debere. Commendabant enim civibus suis externi quoque honores, ad munera quibus alioqui impares fuissent pro origine domestica. In Graecis civitatibus omnibus constat quanto fuerit in pretio nomen Olympionicis. Et, cum omnes Romanis parerent, summo in loco fuisse certum est honores apud Romanos ipsos summos, nempe

1) Suid. *Ἀρριανός*. 2) Suid. *Ἑλικώνιος*. 3) Phot. Cod. LVIII. 4) Arrian. Exped. Alexand. lib. I. cap. 12. 5) Exped. Alex. I. 12.

senatorios. Ornavit ergo patriam suam Arrianus potius quam ab ea ornabatur, si post Romanos honores novos alios a patria accepisset. Hoc idem fecisse censetur, cum et ipse honores patrios capesseret, qui Arrianum ornavit, Hadrianus [1]. Utcunque tamen, cum honores scriptis debuerit, sequitur sane, cum nondum scripta elaborata lucubrasset, nondum illum honores consequutum. Post mortem autem Epicteti scripta illius accurata fuisse, ni fallor, evicimus. Itaque eiusdem Epicteti morte honores Arriani omnes recentiores fuisse nec esse est. Proinde ante annum Hadriani XX^m^, quo Cappadociae praeerat Arrianus, iam decesserat Epictetus. Honorem enim illum Arriani sub Hadriano fuisse, melioribus, quam sit Suidae aut Themistii, testimoniis evicimus.

§. 9. Epictetus sub Hadriano mortuus.

Etiam aliunde Epictetum sub Hadriano obiisse probamus: et quidem e propinquioribus Epicteto testimoniis, quam sint ea quae proferuntur in contrarium. Epictetum Hadriano in summa familiaritate fuisse testatur Spartianus [2]. Loquiturque sane de tempore imperantis Hadriani. Tum enim familiarem habuit, quem cum Epicteto junxit Spartianus, Heliodorum, licet famosissimis postea literis Heliodorum lacessiverit Hadrianus, eodem referente Spartiano [3]. Itaque Hadriani tempora saltem Epictetus attigerit. Quousque autem attigerit, ita, ni fallor, colligemus. Alieno animo erat Epictetus a redeundo Romam, postquam inde pulsus fuisset edicto Domitiani. Exinde nuspiam illius praeterquam Nicopoli meminerunt Arrianus [4] atque Gellius [5]. Itaque in Graecia Hadrianum fuisse necesse est, cum in summa familiaritate Epictetum haberet. Anno autem imperii VI° Atheniensibus leges concessisse e Draconte et Solone petitas refert Eusebius in Chronico; VII° etiam dicit eum Athenis hyemasse: nempe annis aerae nostrae

1) Spartian. Adrian. cap. 19. 2) Spartian. Adrian. cap. 16. 3) Ibid. cap. 13. 4) Arrian. Epictet. I. 19. 25. II. 6. IV. 1. 5) Gell. XV. 11.

christianae 123 et 124. Hoc ergo tempore Epictetum familiarem habuerit Hadrianus, seu philosophorum causa Athenas venerit Epictetus, seu Epicteti conveniendi causa ipse potius Nicopolin accesserit Hadrianus. Vix potuit certe superesse multo serius. Erat enim Epictetus ipse senex [1], cum redirent exsules, ut videtur, Domitiani: anno nimirum aerae nostrae 97. Tunc enim reditum exsulum gratulantur numi. Loquitur autem de ea saltem senectute, qua iam officiis Reipublicae immunes per leges [2] liberum erat deinceps, si liberet, ut in otio viverent et secessu. Ait enim maiorem se natu exsulem aetatis obtentu muneribus reipublicae renunciasse, quibus tamen se a Principe invitatus implicuerit. Aetas illa sexagenaria erat, citimus senectutis limes, eorum scilicet quos ὡμογέροντας veteres appellabant. Hanc ergo aetatem egerit saltem illo etiam anno Epictetus. Natus proinde anno aerae nostrae 37°. Ita annum egerit aetatis 87m, praedicto Domini anno 124°; aetatis autem 124m, si vel 1m attigerit Marci annum, qui Domini erat 161us. Nec sane longe hunc aberrare calculum exinde colligo: quod cum multa in his ab Arriano scriptis dissertationibus suae aetatis in memoriam revocet Epictetus, nihil tamen habeat antiquius Nerone, sub eo autem multa [3]. Admodum sane commode, cum pro his nostris rationibus annum egerit Epictetus, cum Nero succederet, XVIIm. Ne autem hoc Epicteto temere excidisse suspicemur, rursus [4] se paulo postea γέροντα χωλόν appellat.

§. 10 Mortuus antea quam nasceretur Gellius, qui tamen sub Hadriano natus, floruit etiam sub Pio, temporibus Hadriano proximis.

Sic etiam de Epicteto, qui proxima Epicteti memoria vixit, Gellius [5]: *De Epicteto &c. recentior est memoria, quam ut scribi quasi obliteratum debuerit.* Certe, cum

1) Arrian. Epict. I. 10. 2) Senec. de Brev. vit. cap. 4. Plin. lib. IV. ep. 23; e Varrone Nonius voce Sexagenarios. Censorin. de Die nat. cap. 14. 3) Arrian. Epict. I. 2. 25. II. 16. III. 22. IV. 5. 4) Arrian. Epict. I. 16. 5) Gell. II. 18.

de memoria loquitur Epicteti, jam plane mortuum supponit: imo aliquamdiu mortuum, cum memoriam eius ait nondum fuisse obliteratam. Prope autem fuisse innuit, ut e viventium animis obliteraretur. Recentem autem propterea agnoscit, quod etiamnum in vivis essent, qui illius meminissent. Quod erat sane verissimum. Favorinum enim testem advocat Gellius [1] verborum Epicteti a se auditorum: atque haec ipsa, uti alia multa, a Favorino didicit audivitque ipse Gellius. Caeterum ante Hadrianum nulla adhuc occurrit, quod quidem sciam, vel mentio Favorini. Sub Hadriano adeo inclaruit, ut illum aemulatus fuerit ipse Imperator [2]. Itaque sub Hadriano Favorinum Epicteto innotuisse verisimillimum est. Certe Gellii ipsius memoria antiquiorem fuisse Epictetum haec Gellii verba satis evincunt. Aetas enim Gellii ea est, ut natalem fortassis habuerit sub finem Hadriani, vitae autem partem longe maximam egerit sub Pio Hadriani successore. Semper apud illum Divus Hadrianus appellatur [3], quoties ipse loquitur, aut quoties quis loquitur quem ipse saltem audierit: nec rei gestae sub Hadriano ullius memoriam propria persona refricat. Idem tamen a temporibus Hadriani non admodum remotus. Audivit enim in Rhetoricis *T. Eustacium a D.* (inquit [4]) *Hadriano in mores atque literas spectatum:* audivit et Favorinum, quem sub alterius se Seculi fuisse innuat, quam fuerit ipse Favorinus. Valerium Probum *nostrum Probum*, quasi parem, appellat Favorinus. [5] Auditor Favorini, coaevus proinde Gellio, de hoc eodem Probo ita loquitur: Valerium, inquit, *Probum audivi hoc dicere* [6]. Ipse Gellius Valerii Probi discipulos audivit [7], et familiarem [8]. Qui ergo aliorum praeceptorum discipulos, alios ipsos audivit, qui floruerant ipsi sub Hadriano, ejus certe adolescentiam (quae aetas erat audiendorum magistrorum) non longe ab Hadriano abfuisse necesse est. Musonii porro dicta ab aliis [9] narrata audiit adolescentulus: paulo nimis

1) Gell. Noct. Att. lib. XVII. cap. 19. 2) Spartian. Adrian. cap. 15. 3) Gell. III. 16. XI. 15. XIII. 21. XVI. 13. 4) Ib. XIII. 21. 5) Ib. III. 1. 6) Apud. Gell. ib. 7) Gell. IX. 9. 8) Ib. XIII. 20. 9) Gell. V. 1. XVI. 1.

rum postea quam annum aetatis XIV^m absolvisset, et togam adeo praetextam, virili sumta, posuisset. Idemne hic erat Musonius, qui sub Nerone floruit et Domitiano? Sic autem de eo loquitur Herodes Atticus[1], quasi ipsum audivisset, quem tamen Herodem ipse convenit Gellius. Sic item de eo loquitur S. Iustinus Martyr[2], quasi admodum nupera vixisse memoria, cum Antonino Pio ipse Apologeticum inscriberet. Ita necesse erit ut Hadriani temporibus floruerit ille Musonius. A Tauro praeterea philosopho multa didicit Gellius. Idem Taurus, cum Plutarchum[3] *nostrum* appellat, ita de Plutarcho loquitur, quasi ipsum audierit. Vix potuit autem Plutarchus, qui sub Nerone vixit, diu superfuisse post tempora Hadriani. Itaque nec diu post Hadrianum necesse est vixisse Gellium, qui Tauri adeo multis colloquiis interfuit. Idem autem Gellius, cum Taurum[4] memoria sua celebratum fuisse tradit, iam non amplius illum in vivis fuisse innuit, cum illa commentaretur. Ipsum tamen illum Taurum Gellius Athenis audiverat. Itaque inter reditum ex Athenis et librum VI^m elaboratum decesserat, et de decessu eius nuncium Gellius acceperat. Erat porro Cornelius Fronto in arte oratoria tutor tam Marci, quam etiam Veri. Hunc etiam audiit Gellius adolescentulus. Ita tamen audiit, non quasi scholae rhetorem, sed ut emeritos iam rhetores, iam potius oratores[5], nec scholis praefectos, nec mercenarios, audiebant romani adolescentes, cum oratoriae studiis imbuerentur: proinde, ut videtur, postquam rhetor esse desierat, iam Marci saltem studiis praefectum. Is enim mos erat, ut postquam principum studia moderanda suscepissent, scholae deinceps renunciarent[6]. Et sane tum quoque principem alterum instituisse Frontonem, innuit ipse Gellius[7], cum in vestibulo Palatii eum fuisse tradit, cum illius colloquio ipse interesset. Simile enim colloquium narrat Favorini philosophi[8] in area Palatina, dum *salutationem Caesaris opperirent*.

1) Gell. IX. 2. 2) Iustin. Mart. Apol. I. p. 46. [Cf. Moserum in Daubii et Creuzeri Studien Vol. VI. p. 78.] 3) Gell. I. 26. 4) Ib. VI. 10. 5) Annal. Quint. §. 1. 6) Ann. Quint. §. 35. 7) Gell. XIX. 13. 8) Ib. IV. 1. XX. 1.

Tum quoque consularem Frontonem [1] fuisse dicit, qui honor conferri solebat in Principum Tutores emeritos. Aetatem illam adolescentuli suam censet Gellius, dum Romae oratoriam sub rhetoribus magistris excoleret: nempe eousque dum Athenas [2] proficisceretur, *ad capiendum* [3], ut inquit ipse, *ingenii cultum*. Coeptum enim Romae studium rhetorices Athenis prosecutus est. Eo enim spectant verba Tauri philosophi, cum Gellium *recens in diatribam acceptum rhetoricum* appellaret [4]: *existimans*, inquit, *eloquentiae unius extundendae gratia* illum *Athenas venisse*. Eo, quod ipse se testetur Athenis apud magistros fuisse [5], et se, cum ibi esset, accenset nunc iuvenibus [6], nunc adolescentibus [7]. Hinc facile colligimus, cum Athenis esset, iam adhuc aetatem illam, qua se rhetoribus in disciplinam tradere, et scholas eorum frequentare solebant Romani, nondum supernasse Gellium. Colligimus item aetatem [8] illam communem fuisse iuventuti atque adolescentiae. Eam scilicet partem iuventutis censeri, quae a toga coeperit virili, nec tamen fines excesserit adolescentiae. Imo adolescentiam illam, qua sub rhetoribus merere incipiebant, ab anno aetatis XVIII° inire iam alibi [9] probavimus. Hoc ergo anno maior, et extremo adolescentiae termino (quo curatoribus liberabantur, iusque rerum suarum plenum assequebantur, anno scilicet XXV°) minor fuerit oportet Gellius cum Athenas proficisceretur. Maiorem certe annis XVIII fuisse arguit, quod in iudicem fuerit lectus a Praetore [10]. Hoc enim officium huius fuisse aetatis alibi [11] ostendimus. Hoc tempus fuisse ait, quo primum iudicia exercuerit: dedita nimirum id opera. Erat enim tempus aliud, quo non, ut antea, lectus a Praetore, sed a Consule datus [12], et quidem extra ordinem, iudicarit. Itaque alterius anni hoc iudicium fuisse verisimillimum est. Ut proinde duobus an-

1) Gell. II. 26. 2) Ib. XIX. 8. 3) Ib. I. 2. 4) Ib. XVII. 20. 5) Ib. I. 2. 6) Ib. XV. 2. 7) Ib. I. 2. 8) Annal. Quintil. §. 3. 9) Ib. §. 3. 10) Gell. XIV. 2. 11) Praelect. V. ad Spart. Adrian. §. 12. [in praelect. Camdenian. Oxon. 1692. Gail.] 12) Gell. XII. 13.

nis indicia exercuerit, ad annum vitae adeo XX m, et quidem absolutum. Ita Athenas venire non potuit ante annum vitae XXI m, quo barbam primam ponere solebant, qui citimus erat adolescentiae terminus. Primam enim certe adolescentiae partem Romae exegisse, qua adolescentulus [1] pariter ac adolescens appellandus erat, ipse testatur. Annum autem quo fuerit Athenis, ita indagamus. Audivit Gellius Athenis Peregrinum philosophum [2]. Hic se combussit olympiad. CCXXXVI, quae anno aerae nostrae christianae 165 conveniebat, ut in Chronico docet Eusebius. Itaque ante hunc saltem annum eum Athenis convenerit oportet Gellius. Sed et olympiad. CCXXXV contemni coepisse Peregrinum testatur Lucianus [3], qui iam tamen summo erat in honore, cum illum conveniret Gellius. Itaque ante annum Chr. 161, qui cum illa concurrebat olympiade, Athenis Peregrinum vidit Gellius. Olymp. CCXXXIV fugatus Roma venit in Graeciam, tertia nimirum antea quam se e vivis subduxerit, Peregrinus. Itaque hoc quadriennio audivit illum Gellius, cum ne quidem nomen Protei [4] adhuc sumsisset. Quis annus ille fuerit, exinde discimus, quod Delphos ad Pythia [5], cum Tauro philosopho, quem Athenis audivit, profectus fuerit Gellius. Iam alibi [6] ostendimus in annos olympiadum secundos desinentes convenisse Pythia. Ita anno Dom. 159, olymp. CCXXXIV$\frac{2}{3}$ Athenis erat Gellius, aetatis anno saltem XXII o. Et proinde ante annum Chr. 187 excesserit Epictetus. Nec enim hoc primum anno Athenas venit. Verno enim tempore erant Pythia, cum tamen aestiva [7] fuerit anni tempestas, qua Athenas appulerit. Saturnalibus [8] iam in ipsis versabatur Athenis. Proinde non ad ipsum annum, quo Athenas venit Gellius, spectare poterant illa Pythia, sed saltem ad sequentem. Exegit praeterea aestum anni et autumnum [9] (vix, ut opinor, illius, quo venerit) anni in villa Herodis Attici, ipsiusque ditionis Atticae. Sed plusquam unius

1) Gell. XX. 6. XIII. 17. 2) Ibid. VIII. 3. XII. 11. 3) Lucian. Mort. Peregrin. pass. 4) Gell. XII. 11. 5) Ib. XII. 5. 6) Dissert. V. de Cyclis graec. etc. §. 2. 7) Gell. II. 21. 8) Ib. XVIII. 2. 13. 9) Ib. I. 2. XVIII. 10.

hyemis [1] in Attica absumtae non meminit, qua primas huius operis annotatiunculas collegerit, breviter et indigeste et incondite, ad subsidium memoriae. Rediit deinde Romam [2], anni hujus 159 fortasse fine: sed pedestri itinere usque ad Cassiopeiam. Huius enim portus his temporibus usum fuisse in traiiciendo mari Adriatico docet Arrianus [3]: praecipue autem in hibernis navigationibus. Non idem erat iter Athenas proficiscenti per Aeginam ad Piraeum, et per promontorium proinde Maleae: quod scilicet iter illud aestivum fuisse probaverimus. Et sane redeuntium procellae [4] hoc idem faciunt ut verum fuisse suspicemur. Tum deinde in Italiam reversus, ex illis annotatiunculis hos confecit, quos appellat Commentarios [5], ediditque per singulos seorsim libros. Iam certe innotuerant libri priores [6], cum conderentur posteriores. Imo in I° quoque libro mentio eorum qui hoc opus aemulati [7] fuerint: non certe tum editione notum, sed e receptis illius seculi recitationibus atque retractationibus. Certe inter reditum librumque VI^m absolutum, iam decesserat philosophus Taurus, nunciumque de illius decessu acceperat Gellius. Athenis [8] enim illum viventem docentemque audivit. Cum librum VI^m ederet, ait illum memoria [9] sua disciplina Platonica fuisse celebratum. Verbum *memoria* illum ex intervallo mortuum videtur indicare. Non tamen multorum erat spatium illud, ni fallor, annorum. Cum enim librum ederet XII^m, Peregrino [10] philosopho postea Protei nomen factum ait, quod nondum ei attributum, cum illum conveniret Athenis. Nihil tamen etiam tum de illius incendio rescivisse videtur: nihil de novo nomine Phoenicis, quod illum paulo antea, quam flagraret, assumsisse testatur Lucianus [11]. Hinc facile colligimus, nondum annum Christi 165^m, quo se combussit Peregrinus, elapsum esse, cum libro XII° manum ultimam Gellius imponeret. Forte ne quidem an-

1) Gell. praef. 11) Ib. IX. 4. XVI. 6. XIX. 1. 3) Epictet. III. 7. 4) Gell. XIX. 1. 5) Gell. praef. 6) Ib. XIV. 6. 7) Ib. I. 25. 8) Ib. II. 2. 9) Ib. VI. 10. 10) Ib. XII. 11. 11) Lucian. Mort. Peregrin. [§. 27, ed. Reitz.].

num 161 m, quo se sequenti olympiade e vivis migraturum [1] in celeberrima totius Graeciae panegyri praedixerit. Vix enim est cur haec Romae agentem Gellium latuisse suspicemur. Sed mortem obstitisse suspicor, quo minus processerit ultra librum operis XX m. Conveniunt his nostris rationibus temporum notae omnes. Etiam antea quam Athenas veniret Gellius, iam bis [2] Cos. fuerat Erucius Clarus, quem 2 m Consulatum gessit ann. Chr. 146. Et Praefectus urbis Athenis Herodem Atticum convenit: iam nempe Consularem. Post ann. Chr. 143, quo Consul fuerat Herodes. Et ab Urbis anno *trecentesimo* [7], *ad hunc* (inquit) *diem, anni esse non longe minus septingenti videntur.* Sed vero annus Christi 147 idem Urbis conditae erat Varr. 900, et proinde a praedicto Urbis anno trecentesimo sexcentesimus. Itaque post illum annum colloquium illud Phavorini Gellium audivisse necesse erat, ut vel coeptus intelligi possit ille centenarius. Hinc sane constat mortem Epicteti sub Hadriano statuendam esse, ut natali Gellii aliquanto antiquior esse posset, nec tamen haberetur obliterata.

§. II. Mortem Epicteti sub Hadriano statuendam etiam e Luciani *Demonacte* colligitur.

Poterit etiam aliquid fortasse colligi de morte Epicteti e Luciani Demonacte. Vixit enim certe Demonax post ann. Chr. 170. Illius enim anni Consulem Cethegum vidit [3], cum per Graeciam in Asiam proficisceretur, futurus patris in provincia legatus. Sed vidit non iam Consulem, sed tantummodo Consularem. Itaque post illum, quem dixi, annum. Nec tamen, ut videtur, diu. Superavit enim aetatem Consularem ipse Cethegus. Et patrem tamen habuit Provinciae administrandae parem. Quamdiu postea vixerit Demonax, nihil habet, quod quidem observavi, Lucianus,

1) Lucian. ib. [§. 20]. 2) Gell. VI. 6. XIII. 17. 3) Gell. XX. 1. 4) Lucian. Demonact. [§. 30].

unde liceat colligere. Sed vel ita potuit illum Athenis audire Lucianus. Erat enim e quatuor olympiadibus, quas exegit in Graecia Lucianus, una illa qua aesit Peregrinus, anno aerae nostrae 165. Cum moreretur Demonax, non multis annis aberat a centenario, eodem teste Luciano. Sic poterat satis commode exsulem videre in Graecia Epictetum, ut illum vidisse certum est. Sed nondum constat, qua demum aetate sua illum convenerit. Invenem autem fuisse innuit, quod ad uxorem ducendam illum hortatus fuerit Epictetus. Hoc enim a iuvenibus leges romanae exigebant. Etsi non rursus supponit Epictetum responsio Demonactis, se quidem pariturum, si filiam haberet quam sibi locaret Epictetus. Nondum tamen ex his apparet, quamdiu fuerit in vivis Epictetus, et num ad Marci usque tempora pertigerit. Aliunde tamen fortassis hoc etiam colligemus. Ait Lucianus Demonactem non ab Agathobulo ad studium philosophiae fuisse excitatum, *οὐδὲ Δημητρίου πρὸ αὐτοῦ, οὐδὲ Ἐπικτήτου ἐπεγειράντων*[1]. Agathobulum illum sub Pio floruisse docet ipse Lucianus, in Vita Peregrini. Quarta enim[2] olympiade ante illam, qua se combussit Peregrinus, ex Ionia venit in Graeciam ipse Lucianus. Anno proinde aerae nostrae christ. 153. Tunc comitem habuit navigationis suae Peregrinum, iam cynicum, reiectumque adeo a christianis: forte hereditatem suam a patria Paro repetiturum. Ea spe deiectus Aegyptum petiit Peregrinus, ut sub Agathobuli disciplina exerceretur. Erat ergo tum temporis in Aegypto Agathobulus, quem tamen Athenis convenerat Demonax. Ex Aegypto Italiam petiit Peregrinus. Italia pulsus a Praefecto Urbis, propter convitia in Principem mitissimum, Elidem se ad Olympia contulit Peregrinus: anno scilicet aerae christ. 157. Una enim tantummodo inter hanc, eamque, qua se flammis tradidit Peregrinus, intercessit olympias. Medio ergo aliquo anno inter 153 et 157 in Aegypto erat Agathobulus. Proinde antea Athenis, et sub Pio, cum eum Athenis conveniret

1) Demonact. §. 3. ed. Reitz. 2) Lucian. de Mort. Peregrin. [§. 35].

Demonax. Certe Peregrino senior, cum eum pro magistro habuerit ipse Peregrinus. Imo Demonacte, qui major erat Peregrino, seniorem arguunt verba illa Luciani. Nec enim ab alio quam a seniore exspectandum erat, ut ab eo ad philosophiam adduceretur ipse Demonax. De fine ergo Agathobuli loqui necesse est in Peregrini vita Lucianum, qui in Pii tempora inciderit. Florentis autem in scholae magisterio aetas necesse est ut fuerit saltem sub Hadriano. Atqui hoc ipso Agathobulo antiquiorem fuisse tam Demetrium, quam Epictetum, verba praedicta arguunt Luciani. Demetrius ille Cynicus fuisse videtur, cuius responsionem Neroni datam ipse quoque memorat Epictetus [1]. Erat ergo Epicteto ipsi coaevus, ut proinde vix potuerit Hadriani tempora superare. Sic ergo etiam omnia optime convenient, si Imperio Hadriani non admodum affecto decesserit Epictetus.

§. 12. Epictetum ab anno aerae chr. 104 audivit Arrianus.

Redeamus iam ad tempora Arriani. Vidimus prima eius de praeceptoris Epicteti doctrina scripta post mortem Epicteti, nec tamen diu, prodiisse. Vel inde vincitur ad Marci tempora non vixisse Epictetum. Hos enim ipsos Arriani libros advocant coaevi Gellio [2] philosophi, quem sub Pio philosophos rhetoresque audivisse probavimus. Non tamen tum primum prodiisse, sed sub Hadriano, ostendimus. Erat ergo sub initium Hadriani in Epicteti schola Arrianus. Multis autem sub Epicteto didicisse annis, tot illius de magistro libri, *Διατριβῶν*, *Ὁμιλιῶν*, et de Vita, docent. Quo autem tempore ad Epicteti scholam accesserit Arrianus, indagandum. His autem libris Nicopoleos [3] tam frequens mentio facit, ut suspicemur, nihil Arrianum ab Epicteto hausisse antea quam Domitiani Edicto in exsilium actus fuerit Epictetus. Tum demum enim exsilii

1) Arrian. Epictet. I. 25. 2) Gell. I. 2. XVII. 19. XIX. 1. 3) Arrian. Epictet. I. 19. 25. II. 6. IV. 1.

locum Nicopolim, teste Gellio[1], delegit Epictetus. Non tamen inde colligendum, mox ab exsilii initio, ad Epictetum sese contulisse Arrianum. Imo ne quidem ullam fuisse, quae tum patuerit, Epicteti Scholam, est sane verisimillimum. Erat enim philosophis ipsis invidiosum, si ad illos sub Principis indignatione positos discipuli magno numero confluxissent. Utque metus nullus ipsi fuisset Epicteto, ab discipulis, nondum philosophis, quid, quaeso, est cur fuisse dubitemus? Nocuisset etiam illis tam prolixus favor in exsulem Principi suspectum, et in disciplinam quae habebatur adeo principibus perniciosa. Harum certe Dissertationum initio liberior est in Vespasianum Epictetus[2], quam ferrent tempora Domitiani. Praesertim accedente metu a militibus[3] delatoribus, cuius ipse meminit Epictetus. Nec tamen ulla virum, utcunque aliter intrepidum, adegit officii, necessitas ut exempla istiusmodi familiaribus colloquiis immisceret. Nulla certe quae periculum, si quod imminuisset, compensaret. Potius, Domitiano caeso, revixisse probabile est studium philosophiae a Vespasiano repressum atque Domitiano. Vix tamen ante reditum exsulum, quem 111° demum Nervae Consulatu impressi gratulantur numi, anno proinde aerae christianae receptae 97°. Nec sane verba habet, quod meminerim, in his quos habemus libris, Epictetus; e quibus liceat colligere, post exsilium, et tamen ante reditus epocham, ulla fuisse illi de Republica, aut de philosophia, libera colloquia. Hoc demum tempore visitatum se a praedicto sene redeunte testatur, qui aetatis obtentu, negotiis renunciaverit, et secessus studium professus fuerit. Hunc tamen queritur, cum Italiam attigisset, literis principis delinitum a proposito dissiliisse; tum autem, cum illa dissereret Epictetus, annonae fuisse praefectum, et negotium aliud ex alio sibi accumulasse. Hic sane manifestum est spatium esse necessarium, post reditum, quo negotia tam varia accumularit iste senex, et deinceps aliud quo de accumulatione resciverit Epictetus. Illud ergo constat, non sub Nerva haec, sed sub Traiano, disseruisse

1) Gell. XV. 11. 2) Arrian. Epictet. I. 2. 3) Ib. IV. 13.

Epictetum. Quo autem Traiani anno ita disserentem audierit Arrianus, non adeo habemus exploratum. Traiani autem diserta mentio est in his quoque Epicteti Sermonibus, quibus interfuit Arrianus[1]. Meminit praeterea belli Dacici; meminitque ita, quasi tum quoque gereretur, dum illa dissereret. Sic enim habent illius verba: καὶ νῦν Ῥωμαῖοι πρὸς Ἴτας[2]. Getae enim illi Daci erant, teste Dione. Hac nota temporis antiquiorem aliam praesentis Arriani, in his quos habemus Libris, opinor, non habemus. Audivit ergo Arrianus Epictetum a bello usque Dacico. Duplex autem illud erat Traiani bellum[3]: aliud, cui finem imposuit Traianus anno aerae nostrae 102: aliud, quod anno demum 105 absolverit. Posterius ergo potius intelligendum suspicor. Postea enim pacem a Caesare restauratam gratulatur, et quidem (ut videtur) diutinam. Bis enim illius mentionem legimus[4], nec ullum legimus deinceps bellum. Pax autem quae bellum primum sequebatur, et brevis erat, et pro ipsa quoque illa brevitate suspecta. Mox enim nova paravit arma Decebalus. Pax vero posterior erat sane, qualis ab Epicteto describitur, diuturnior. Pertigit enim ab anno Christ. 105 ad 112, quo novum aliud bellum aggressus est Traianus in Parthos. Saltem ergo ab anno 104 in Schola Epicteti fuerit Arrianus. Ut paulo fortassis antea accesserit, fac eum supponamus hoc anno saltem fuisse vicenarium. Multo profecto minor esse vix potuit, cum ad talem philosophum accederet, qualis erat Epictetus, qui non simul fuerit, ut alii plerique, Sophista. Oratoriam enim, quam non profitebatur Epictetus, alibi didicerit oportet Arrianus. Et ea, qua postea maxime inclaruit, tum quoque se imbutum innuit in Praefatione. Sic ergo annum superarit L^m^, anno Christ. 137, quo Cappadociae illum praefuisse probavimus. Nec multum, ut opinor, in hoc calculo, aberrabimus. Erat enim aetas illa satis commoda muneri, quod suscepit, administrando. Nec limites multo laxiores angustioresve patiuntur res tanto intervallo medio

1) IV. 5. 2) Ib. II. 22. 3) Cf. Praelect. Camden. prael. XI. ad Spart. §. 13. 4) III. 13. 22.

gerendae. Ita annos exegerit in Epicteti disciplina circiter XX. Num continuos, de eo nihil affirmare possumus. Interciderunt enim Libri Dissertationum postremi, e quibus tempora discipulatus postrema discenda erant. Interciderunt Epicteti *Ὀμιλίαι* ab eodem Arriano scriptae: interciderunt quae de vita praeceptoris idem exaravit Arrianus: interciderunt et Rufi e dictis Epicteti a Stobaeo memorata Collectanea; si tamen is alius fuerit Arriani sub Epicteto condiscipulus, et non sua potius ex ipso collegerit Arriano.

§. 13. Anno Chr. 147 secessus Arriani post honores, quo postremas scripserit historias.

De hoc autem nostro Arriano ita habet in Chronico Eusebius, ad annum Pii IX^m^: *Arrianus philosophus Nicomediensis agnoscitur.* Ita fere solet Eusebius insigniores vitae epochas, quas nescivit, ad certos annos redigere. Ex illis nimirum Epitomarum auctoribus, qui ne quidem ipsi exploratum habebant, quis ille fuisset insignis eventus, qui annum, de quo loquebatur, fecerat insignem. Nunc autem annum forma illa designat quo quis natus fuerat, nunc item quo quid gesserit, quo in hominum memoria inclaruerit. Natalem certe Thaletis annum hac ipsa forma designavit Eusebius, quem certum est ab eo non esse designatum in Arriano. Ergo factum aliquod, ni fallor, intellexit Arriani, quod hoc demum anno contigerit, aut forte potius illius Consulatum. Erat quidem Consulatui satis maturus, qui hoc anno Christi 147 annum superarit pro nostris rationibus LX^m^. Sed scripta fuisse quibus potissimum inclaruerit, ipsum iam profitentem audivimus Arrianum. Erant autem duplicia illius scripta: alia quibus honores ipsos praecesserint; alia post gestos iam honores, in otio proinde, ut videtur, et secessu. Hoc enim ipse nos docet in vita Alexandri. Memorat ibi suos *ἀπὸ νέου λόγους*, quibus inclaruerit, honoresque adeo consecutus fuerit. *Parthica*, ut opinor, quibus res a Traiano in Parthos gestas celebraverit, teste Photio[1]. Conveniunt res illae in inven-

1) Phot. Cod. LVIII. [p. 51. ed. 1612.]

tutem Arriani, qua anno aetatis XXXV inventus concludi solebat, pro censu Romanorum. Vix potuit certe de hoc opere suscipiendo cogitare ante exitum Traiani, nec tamen postea diu differre ut in inventutem eius conveniret. Non patitur haec ratio, ut Natalis eius fuerit multo, quam nostri ferunt calculi, antiquior. Nec vice versa patitur ratio superius a nobis allata, ut fuerit multo senior. Itaque post editas Praeceptoris sui Dissertationes, coeptos antea de rebus Parthicis Commentarios absolverit: nempe in gratiam adoptati a Traiano Hadriani. Tunc etiam vitam Tillibori latronis scripserit, cuius meminit Lucianus [1]. Recenti scilicet patriae memoria rerum Asiaticarum. Inde fortasse Provinciam meruit Cappadociam sub finem Hadriani. Paulo post Provinciam scripserit etiam Alanica, de rebus a se in Provincia gestis in Alanos. Eo enim spectat ipsum illud, quod habemus, Alanicorum fragmentum. Vitam autem Alexandri M. cum scriptis a iuvene libris etiam accuratis opponit; cum et imperia et patriam illis in iuventute scriptis accepta referat. Tum sane se, cum de Alexandro commentaretur, senem fuisse innuit, saltem pro primo Senectutis limite; tum etiam et Atheniensem se et Romanum factum esse supponit, priorum nempe merito Scriptorum. Ipsa illa de Epicteto praeceptore scripta satis ipsa per se sufficiebant, ut illum facerent docentibus in ea urbe philosophis, ipsique urbi commendatissimum. Quanti enim fecerint cives etiam alienos eo nomine illustres, docent Atheniensium in Zenonem Cittieum collati honores [2]: imo illo ipso quoque Seculo in Demonactem [3], pariter et ipsum, ut fuerat Zeno, Cyprium. Accessit autem ad cumulum, cum priorem quoque, quem appellat, Xenophontem in historiae gloria, et styli etiam nitore, aemularetur Arrianus. Hadriano vero tum demum innotuit, cum in summa familiaritate magistrum illius haberet Epictetum. Tum scilicet cum in Graecia Athenisque ipsis versaretur Hadrianus, ut supra vidimus. Inde civitate primum Romana, tum et laticlavio,

1) Lucian. Alex. pseudomant. [§. 2. Reitz.]. 2) Diogen. Laërt. Zenon. lib. VII. n. 10. 11. 12. 3). Lucian. Dem. [§. 11].

donatum esse verisimillimum est, quo Ius haberet capessendorum honorum Senatorium. Hoc certe iure ornatum sub Hadriano, ex provincia illius colligimus Cappadocia. Erat quidem Provincia illa, ut ex *Euxini Maris Periplo*, et Dione, ipsiusque Arriani *Alanicis*, constat, armata. Inde colligimus Hadriani potius legatum fuisse pro Praetore, quam Senatus Populique Romani Proconsulem, ut putabat Stuckius [1]. Potuit quidem tum quoque fuisse Consularis. Non tamen erat haec dignitas tanta necessaria ad Principis Legatum. Erat tamen Praetoria plerumque necessaria. Rarae enim erant Praefecturae Aegyptiacae. Plane autem necessaria ad Ius Gladii, quod locum habuit hoc, in quo versamur, Arriani exemplo. Caeterum si hoc primum fuerit Arriani imperium, nondum consulem fuisse verisimillimum erit. Monuit enim Augustum Maecenas, ut Legatos suos, si bene Provincias administrarent, ad Consulatus promoverent. Itaque, re bene in Provincia gesta, inde ad novum Consulatus honorem Arriano viam patefactam fuisse verisimile est. Iam enim observarunt eruditi cum Imperii administrandi Regulis consentire illam Maecenatis orationem. Ita non diu dilatus fuerit Arriani ille Consulatus.

§. 14. Arriani honores Romani non adeo legibus Romanorum Annalibus congrui, quam eorum qui primo ortu fuerant Romani.

Obiter tamen observandum in his civibus, qualis erat Arrianus, adscititiis, non undequaque similem procedere, ac in reliquis a primo ortu civibus, argumentationem. Suadet praedicto in loco Maecenas, ut e Provincialibus viri primarii in Senatum adlegerentur. Nec aliunde procul dubio ortum habuerunt Romani huius Arriani honores. Iam enim olim, diu ante Hadrianum, recepta illa apud Romanos fuerat consuetudo: etiam in libera Republica. Paucis a Regifugio annis, nempe aerae Varronianae anno 250 receptus est in civitatem e Sabinis Appius Claudius Regillensis. Et

1) Adnot. p. 1.

quidem ita, ut non receptis inter cives gradibus, sed mox fuerit inter Patres lectus et patricios[1], et novam etiam Tribum condiderit a se Claudiam appellatam. Sic etiam bello Punico IIo receptus Poenus Mutines[2], dux Annibale ipso non multo inferior. Civis et ipse Romanus factus rogatione ab Tribuno plebis ex auctoritate Patrum ad plebem lata. Sic et Magius Campanus[3], ipse civitate donatus, filii autem duo mox per saltum creati Praetores. Erant praeterea civium adscitiorum exempla decantatissima, in Cornelio Balbo et Ventidio Basso, qui ad summum Romanorum honorem ascenderint, etiam triumphalium. Etiam in ordine Equestri eadem obtinuit consuetudo, ut e Provincialibus legerentur. Gaditanorum Equites 500 in coaeva sibi censura censitos observavit Strabo[4]; nec in ulla aliqua civitate, etiam Italica, tantum fuisse ordinis illius numerum, praeterquam Patavii. Potuit ergo, cum civitate donaretur, inter praetorios legi Arrianus, pro exemplo duorum Magii filiorum. Ita scilicet, ut honores nullos obierit ante Praeturam capessendos, nec media exspectarit intervalla inter Quaesturam, qui primus erat in Senatu gradus, atque Praeturam. Id si verum, mox sellae Curulis Ius habuerit; nec suffragandi tantummodo, verum etiam sententiae dicendae; et Provinciae, cum visum esset Principi, administrandae, cum Iure gladii. Primi ergo Arriani honores non sunt ad leges Romanorum civilium annales exigendi. In reliquis deinceps locum habere poterant eaedem leges. Haec tamen obiter.

§. 15. Scripsit Arrianus de Alexandro M. aliaque historica post [illegible].

Redeo iam tandem ad nostrum Arrianum. Illud ergo certum est, cum de expeditione ageret Alexandri Magni,

1) Dionys. Halic. lib. v. [cap. 40, ed. Oxon.]. — Liv. II. 16. 2) Liv. lib. XXVII. cap. 5. 3) Vell. Pat. lib. II. cap. 16. 4) Strab. III. p. 169.

actos iam nonnullos fuisse quos literis meruerit honores, cum illorum hoc ipso opere meminerit. Id quoque probavimus, honores eius Romanos inter illos censeri, quos hoc ipso παιδείας nomine meruerit, et prolixam Romanorum principum in illum benevolentiam. Sed vero in Maris Euxini Periplo de gratia in se Hadriani sibi gratulatur. Sic enim de suis in primo adventu sacrificiis: ὅτῳ δὲ πρώτῳ τἀγαθὰ ηὐχόμεθα, οὐ λανθάνομέν σε, τὸν τε τρόπον τὸν ἡμέτερον οὐκ ἀγνοοῦντα, καὶ σαυτῷ συνειδότα ὅτι ἄξιος εἶ ὑπὲρ ὅτου πάντες εὔξαιντο τἀγαθά, καὶ ὅσοι ἡμῶν ἔλαττον ὑπὸ σοῦ εὐπεπόνθασιν [1]. Coepit a vivo Epicteto in discipulum Epicteti Arrianum Hadriani favor, quem non multis ab initio Hadriani annis vixisse probavimus. Quid ergo miremur, si XX° Hadriani anno primum honorem consecutus fuerit Arrianus? Primum praeterea bene actum Consulatus spem fecisse iam probavimus. Is ergo Consulatus, si secundus fuerit honor, elapsus fuerit oportet antea quam se accingeret ad scribendum de Alexandro M. Atqui certe parum verisimile est debitum ex illa Provincia Consulatum ad annum X^m^ esse dilatum. Magis ergo libenter notam Eusebii praedictam ad secessum Arriani retulerim, quo, gestis iam honoribus, se totum otio literariisque deinceps duntaxat laboribus addixerit. Nono enim illo Pii anno, annum egerit Arrianus praeter propter LXIII^m^. Aetas erat, qua plerunque se Romani studiis dediti ad otium receperint. Itaque hoc demum tempore opus hoc primarium scripserit Arrianus, quo recte is agnosci dici potuerit, qui studiis praesertim, librisque elegantissimis, inclaruerit. Tum deinde *Indica*. Haec enim pro prioris operis appendice ipse habet Arrianus. Proximo, ni fallor, loco de rebus scripsit post Alexandrum gestis prolixum opus a Photio [2] recensitum. Inde de Timoleonte scripsit et Dione; denique de rebus patriae Bithynicis. Quartum enim hoc fuisse opus ab Historia Alexandri, et hoc ipso

[1] §. 2. 4. p. 2. Huds.] 2) Phot. Cod. XCIII.

quem descripsimus ordine quartum, ex Arriani quae vidit Bithynicis, docet ipse Photius[2]. Tot autem libros uno quasi et perpetuo filo elucubratos, post gestos in Republica magistratus, vel inde intelligimus commodissime ad secessum referendos esse, quo se recipere solebant Romani aetate iam declivi et ad res gerendas inepta. Illos autem, si hoc demum anno Pii IX° coeperit, sub eodem Pio ad exitum perductos existimarim. Conveniunt certe tempora. Quo loco agit de morte Calani, mirum est, nihil hic habere Arrianum de morte Peregrini, qui simili plane ac Calanus morte incendii absumtus fuerit, si quidem nupera illius memoria scripsisset. Remotius erat Gymnosophistae exemplum, qui sub Augusto[3] ita se e vivis subduxerit, quam ut necesse esset illius mentionem fecisse Arrianum. Nec plane simile erat Euphratis[4] exemplum, qui sub initium Hadriani, impetrata Principis venia, decesserit.

§. 16. Marci tempora fortassis attigit Arrianus.

Vera Arriani tempora proxime, ni fallor, attingunt quae iam tradidimus. Idque ipsum gratulandum est, in his praesertim temporibus, in quibus nullos prorsus habemus probatae fidei Annales. Ita fiet ut anno aerae christ. 161°, quo coepit Marcus, ab anno aetatis LXXX° non longe abfuerit Arrianus. Eo tamen pertigisse volunt antiquitatis mediae infimaeque scriptores. Sed quam incerta sit eorum fides in his temporibus, iam luculento, ni fallor, exemplo ostendimus in Epicteto Arriani praeceptore, quem illi similiter ad eadem Marci tempora vixisse volebant. Imo aliquot sub Marco vixisse annis necesse esset, si quidem is ipse fuisset, qui Periplum scripserit Maris Erythraei.

1) Phot. Cod. XCIII. init. Eustath. ad. Iliad. VIII. p. 691, 44. ed. Rom. conf. Passovium in Erschii et Gruberi Encyclop. univ. Vol. V. p. 405.] 2) Strab. XV. p. 686. 719. 720. 3) Dio Cass. et Euseb. Chron. num. MMC. XXXVII.

Fieri autem potest, ut id fuerit, saltem de Arriano, verum. Sed rem gestam nullam, factumve proferunt, quo id verum fuisse vincatur. Nec vice versa suppetunt in contrarium argumenta, quibus falsum fuisse probatur. Sic meminit Arriani Gellius, ut nihil innuat fueritne etiamnum in vivis. Nuspiam illum vivis a se accenset seu rhetoribus, seu etiam oratoribus: nuspiam vel illius meminit, fueritne sua, an maiorum, memoria. Si quidem fuerit in secessu, cui nostrae favent rationes, haec satis commoda causa esse potuit, quae obstiterit quo minus Gellio innotuerit. Maxime si in patriam secesserit, ut secessus tempestatem non Romae, sed Athenis, exegit Herodes Atticus. Utcunque tamen, fac Marci tempora attigerit Arrianus; non certe superasse verisimillimum est. Potuit autem aliquatenus esse verum, Marci tempora attigisse Arrianum, qui anno saltem Christi 147 superstes fuerit, et scribendis deinde historiis incubuerit. Ipso enim illo anno, in Pii decennalibus Tribunitiam potestatem accepit Marcus, ipsiusque Imperii particeps factus est. Ut ab eo usque anno Edicta Publica utriusque nomine conciperentur. Idque ipsum satis erat fallendis mediae huius antiquitatis auctoribus. Id tamen itane se habuerit, statuere non possumus, nisi verba ipsa vetustiorum haberemus, quibus freti iuniores Arriani vitam ad Marci imperium prorogarint.

§. 17. In Chronico Paschali pro Africano forte reponendus Arrianus.

Videndum porro quid sibi velint verba Chronici Paschalis ad Coss. anni aerae christ. 148. Pii autem Imperatoris XI^{m}: *Ἐπὶ τούτων ὑπάτων Ἀφρικανὸς τελευτᾷ.* Vidit iam praestantissimus Cangius de Africano chronographo ne quidem intelligi potuisse. Habuit quidem Traianus in VI° suo Consulatu collegam Africanum, cuius obitus ad hunc annum potuit non absurde referri. Causam tamen nullam reperio, cur illius Africani obitus potius quam aliorum

coaevorum consularium fuerit commemorandus, cuius res gestas in illius seculi historia nullas plane legimus. Biennio duntaxat discrepat situs a mentione praedicta Arriani in Chronico Eusebiano, quod ad annum Pii IX^m^ Arrianum retulerit Eusebius*), ad XI^m^ autem Africanum retulerit auctor Chronici Paschalis. Facilis est in istius modi chronicis error biennii: et tamen unici duntaxat anni error erit, si ad consulum situm potius quam ad annum imperatoris attendamus. Annum enim medium designant consules, aerae nimirum christianae 148^m^. Suspicor ergo ex iisdem fontibus hausisse sua utriusque Chronici auctorem; nec alium proinde a nostro esse Arriano, quem Paschalis Chronici auctor appellarit Africanum. Sic nos docebit Paschalis auctor, quo nomine hunc annum insignem fecerit Arrianus, et quodnam illud fuerit *γνώρισμα*, quo *ἐγνωρίζετο*. Hoc enim graecum verbum est, cuius vice *agnoscitur* reponere solet Hieronymus. Sed vocis *τελευτᾷ* duplex potest esse sensus; alius ut hoc anno mortuus fuerit Arrianus. Sic medio spatio inter annum Hadriani XX^m^, et hunc annum Pii X^m^, ea scripserit omnia, quae post primos eius honores scripta esse probavimus: et falsa adeo erunt illa iuniorum testimonia, quae aetatem Arriani ad Marci usque tempora producunt. Fieri autem potest, ut nihil aliud illa voce auctor intellexerit, quam ut ad illos usque coss., aut ad illum Pii annum historiam aliquam a se scriptam produxerit, seu Parthica illa fuerit, seu fortasse potius Alanica, admodum certe commode, cum ille ipse annus tot aliis fuerit nominibus, ut modo vidimus, insignis; hoc vero praecipue, quod secularis fuerit, Urbis nimirum, pro epocha varroniana (quam popularem fecerat seculo elapso Claudius) nongentesimus. Erat enim hoc apud historicos iam olim recep-

[*) Potius ad Pii annum Xmum. v. ed. Mediol. a. MDCCCXVIII. 4. et conf. Syncellum p. 351. *Ἀρριανὸς φιλόσοφος νικομηδεύς, καὶ Μάξιμος τύριος, καὶ Ἀπολλώνιος στοϊκὸς Χαλκηδόνιος, καὶ Βασιλίδης σκυθοπολίτης ἐγνωρίζοντο οὗτοι καὶ διδάσκαλοι Οὐηρησίμου Καίσαρος γεγόνασι.*]

tissimum, ut annis istius modi illustribus historias terminarent: apud Romanos vero sub Augustis, ut quinquennalibus Augustorum, quorum aetate scripserant, concluderent, aut decennalibus. Hoc ergo potius forte eligendum, dum certiora suppetent, quibus iuniorum etiam traditionem refellere possimus, de vita Arriani ad Marci tempora proferenda.

zed by Google

ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΙ ΚΑΙΣΑΡΙ ΤΡΑΙΑΝΩι ΑΔΡΙΑΝΩι ΣΕΒΑΣΤΩι ΑΡΡΙΑΝΟΣ ΧΑΙΡΕΙΝ.[1]

Εἰς Τραπεζοῦντα ἥκομεν[2], *πόλιν ἑλληνίδα, ὡς λέγει ὁ Ξενοφῶν ἐκεῖνος*[3], *ἐπὶ θαλάττῃ ᾠκισμένην, Σινωπέων ἄποικον. καὶ*

IMPERATORI CAESARI TRAIANO ADRIANO AUGUSTO ARRIANUS S.

TRAPEZUNTEM pervenimus, urbem, ut Xenophon ille inquit, graecam, maris in ora sitam, Sinopensium coloniam. Atque il-

1) Titulum, quem omnes editiones atque codex huius libri unicus literis Arriani praepositum habent, propterea reiiciendum putavi, quia illam non ad literas ipsas pertinere posse, sed a librario, tanquam epistolae argumentum, compositum esse satis apparet. Quae res quamquam per se clara est, tamen etiam confirmatur longiore titulo, quem e codice Vindob. cognoscimus. Hoc loco tantummodo reiectum titulum exhibemus. Est autem: *ΑΡΡΙΑΝΟΥ ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΠΡΟΣ ΑΔΡΙΑΝΟΝ, ἐν ᾗ καὶ περίπλους Εὐξείνου Πόντου.* Sic habet ed. pr. et quae eam postea sequutae sunt. Bartius, qui codicem unicum Arrianeum relegit, loco *Ἀδριανὸν* reperit *Τραϊανόν*. Haec alia scriptura sine dubio orta est librarii negligentia, sive potius inscitia, qui quum initio epistolae scriptum videret *Τραϊανῷ Ἀδριανῷ* primum nomen habuit verum; itaque ipse *πρὸς Τραϊανὸν* scripsit. Gelenius autem, princeps harum litterarum editor, recte vidit, quid necessario verum esse scribere, atque recepit *Ἀδριανον*; qui omnino quam diligenter in legendo codice, quem unicum huius opusculi superesse dixi, versatus sit, intelligere licet ex eo, quod toto libro duas tantum aut tres easque admodum leves alias scripturas Bastius reperit. Quoniam igitur non potest ulla dubitatio esse, quin librarius, qui illum epistolae indicem fecit, suo iure *Τραϊανόν* scripserit et quin *Ἀδριανόν* ex epistolae ipsius initio scribendum sit me subit mirari, quod Gailius, recens opusculi editor, hanc falsam scripturam recepit, sed multomagis mirabere eiusdem Gaili indiligentiam, cum considerabis, *Τραϊανόν* si scribatur et epistola ad Traianum scripta esse summatur, necessario effici, Arriani aetatem multo superiorem esse eumque non Hadriani, sed Trajani tempore provinciam Cappadociam administrasse. Nunc autem a Dodwello validissimis argumentis probatum est, Arrianum Hadriano imperatore eam provinciam habuisse illasque litteras ad eum scripsisse. Quod verum esse, non modo ex Arriani epistola ipsa, sed imprimis etiam e Dio Cassio LXIX. 15 et Proc. Goth. III. p. 320 apparet. Ne quis vero in coniuncto utroque nomine *Τραϊανῷ Ἀδριανῷ* haesitet, cuius rei mentionem facere omisit et Hudsonus et Gailius, cum non facile usquam alibi ita appel-

τὴν μὲν Θάλασσαν τὴν τοῦ Εὐξείνου ἅσμενοι κατίδομεν, ὅθεν περ καὶ Ξενοφῶν ἐκεῖνος[4], *καὶ σύ. Καὶ οἱ βωμοὶ ἀνεστᾶσιν ἤδη, λίθου μέντοι γε τοῦ τραχέος· καὶ τὰ γράμματα διὰ τοῦτο οὐκ εὐδηλά κε[-2]χάραπται. τὸ δὲ ἑλληνικὸν ἐπίγραμμα, καὶ ἡμαρτημένως γέγραπται, οἷα δὴ ὑπὸ βαρβάρων γραφέν. Ἔγνωκα οὖν τούς τε βωμοὺς λίθου λευκοῦ ἀναθεῖναι, καὶ τὰ ἐπιγράμματα ἐγχαράξαι εὐσήμοις τοῖς γράμμασιν*[1]. *ὁ μὲν γὰρ ἀνδριὰς ἕστηκεν ὁ σὸς, τῷ μὲν σχήματι ἡδέως· ἀποδείκνυσι γὰρ τὴν θάλατταν·*

lud quidem Mare Euxinum summa cum voluptate collustravimus eodem ex loco, unde Xenophon quoque, et tu. Stantque ibi iam arae erectae, ex aspero prorsus lapide, quo fit ut literae illis incisae minus adpareant: et ipsum epigramma graecum vitiose scriptum est, utpote a barbaris delineatum. Statui igitur et aras albo lapide dedicare, et epigrammata perspicuis literis insculpere. Nam tua statua ibi insidet, adspectu quidem satis iucundo; mare

letur Hadrianus, dico, propter adoptationem sui sive revera sive non a Trajano factam, nomen patris adoptivi sibi indidisse. Et credo ego, eam ipsam ob causam, quod supposititio testamento a Trajano adoptatus eiusque successor factus esset, tam saepe ab Arriano, qui imperatoris auctoritate in Cappadocia provincia rem publicam gereret, Traianum patrem Hadriani appellatum esse.— „Titulus sic concipitur in Excerptis Arriani in codice caesareo: *Ἀδριανοῦ περίπλους Εὐξείνου Πόντου, καὶ Βιθυνίας τῆς πρὸς Πόντον· περίπλους Παφλαγονίας· περίπλους Πόντων τῶν δύο· περίπλους τῶν ἐν τῇ Εὐρώπῃ μερῶν τοῦ Πόντου· περίπλους Θράκης τῆς πρὸς Πόντον.* V. Lamberecii Comm. de bibliotheca Caesarea Vindob. lib. v, p. 153.“ Huds.

2) Videtur ex abrupto exordiri, nulla neque loci, unde Trapezuntem sit profectus, neque cuiusque alterius rei mentione praemissa. Stuck. V. Dodwellum §. 2.

3) Xenoph. anab. IV. 8. Conf. Scyl. p. 33 ed. Huds.: *μετὰ δὲ Βέχειρας Μακροκέφαλοι ἔθνος, καὶ Ψῶρων λιμὴν, Τραπεζοῦς, πόλις Ἑλληνίς.* Strab. XII. p. 548. Steph. Byz. *Τραπεζοῦς, πόλις πρὸς τῷ Εὐξείνῳ Πόντῳ, Σινωπέων ἄποικος. ἐκαλεῖτο καὶ Ὀζηνίς.* Plin. hi. nat. VI. 4: sita Pharnacea centum mill. passuum Trapezus liberum, vasto monte clausum. . . . In ore ante Trapezunta flumen Pyxites. Eustath. ad Dionys. Perieg. 687. Schol. ad Apollon. Rh. v. 965: *ἀπὸ Σινώπης μέχρι Τραπεζοῦντος τῆς Κολχικῆς ἀπὸ τριῶν σταδίων λιμὴν ἄλλος οὐχ ὑπόκειται πλὴν τούτου, κατὰ τὸν Ἡράκλειον τόπον.* Tacit. hist. III. 47. Antonini Itinerar. p. 216 ed. Wesel. Constant. Porphyr. de themat. I. 8. Ammian. XXII. 13 in ardua insula sive potius peninsula urbem esse sitam dicit. Ruinas reperit nuper vir Excell. de Blaramberg in loco eminente iuxta fluvium, v. Bulletin univ. archéol. 1825, p. 369 sqq. Hodie eius locum habet urbs Trabesun et Trebisonde appellata. Olim a Pelasgis condita esse dicitur. Paus. VIII. 27. Diodor. XIV. 31.

4) Gesnerus: *ὅθενπερ καὶ Ξενοφῶντι καί σοι οἱ βωμοὶ ἀνεστᾶσιν.* Huds. Vulgo *Ξενοφῶντι ἐν.* Cod. addit *ἐκεῖνος*, quod reperit Bastius.

1) Mihi videtur noster interdum deicticam vocalem *ὁ, ἡ, τό* pa-

τὴν δὲ ἐργασίαν, οὔτε ὅμοιός σοι, οὔτε ἄλλως καλός. ὥς τε πέμψον ἀνδρίαντα, ἄξιον ἐπονομάζεσθαι σὸν, ἐν τῷ αὐτῷ τούτῳ σχήματι. τὸ γὰρ χωρίον ἐπιτηδειότατον εἰς μνήμην αἰώνιον. Πεποίηται δὲ καὶ ὁ νεὼς λίθου τετραγώνου, οὐ φαῦλος. ἀλλὰ τὸ τοῦ Ἑρμοῦ ἄγαλμα οὔτε τοῦ νεὼ ἄξιόν ἐστιν, οὔτε αὐτοῦ τοῦ χωρίου. Εἰ δέ σοι δοκεῖ, πέμψον μοι πεντάπουν μάλιστα Ἑρμοῦ ἄγαλμα· τηλικοῦτον γάρ μοι δοκεῖ ἔσεσθαι ὡς γε πρὸς τὸν νεὼν σύμμετρον· καὶ ἄλλο τοῦ Φιλησίου τετράπουν. οὐ γὰρ ἀπὸ τρόπου δοκεῖ μοι σύνναος καὶ σύμβωμος ἔσεσθαι τῷ προπάτορι. καὶ ὁ μέν τις τῷ Ἑρμῇ, ὁ δὲ τῷ Φιλησίῳ, ὁ δὲ καὶ ἀμφοῖν, θύσει παριών. χαριοῦνται δὲ καὶ οὗτοι κἀκεῖνοι τῷ τε Ἑρμῇ καὶ τῷ Φιλησίῳ· τῷ μὲν Ἑρμῇ, ὅτι τὸν ἔγγονον αὐτοῦ τιμῶσιν· τῷ δὲ Φιλησίῳ, ὅτι τὸν αὐτοῦ προπάτορα. ὡς ἔγωγε [3] καὶ ἐβουθύτησα ἐνταῦθα· οὐχ ὥσπερ ὁ Ξενοφῶν ἐν[1] Κάλπης λιμένι, ὑφ' ἁμάξης βοῦν λαβὼν, δι' ἀπορίαν ἱερείων, ἀλλὰ τῶν Τραπεζουντίων αὐτῶν παρασκευασάντων ἱερεῖον, οὐκ ἀγεννές· καὶ ἐσπλαγχνευσάμεθα[2] αὐτόθι, καὶ ἐπὶ τοῖς σπλάγχνοις ἐπισπείσαμεν. ὅτῳ δὲ

enim [digito] indicat: sed, quod opus respicit, neque tui similis, neque alias multum elegans. Quamobrem aliam fac ut mittas statuam, dignam quae tuo nomine adpelletur, hoc eodem corporis habitu: locus enim ad memoriae aeternitatem valde adcommodatus. Exstructum est quoque templum ex quadrato lapide, haud contemnendum opus: at Mercurii statua neque fanum, neque locum illum decet. Quocirca, si ita tibi videatur, aliud mihi Mercurii simulacrum mittas, quod quidem quinque sit omnino pedum: huiusmodi enim magnitudo mihi videtur templo conveniens fore: atque etiam aliud Philesii, quod quatuor sit pedum. Haud enim mihi a ratione videtur alienum, hunc eiusdem cum progenitore suo templi et aræ esse participem. Unus enim Mercurio, alter Philesio, alter contra utrique, sacra praeteriens offeret: pergrati autem erunt hi et illi Mercurio atque Philesio; Mercurio, dum eius progeniem honore prosequuntur; Philesio, dum illius avum colunt. Quamobrem ipse quoque bovem illic immolavi: non quidem, ut Xenophon olim ad Calpes portum fecit, bove ex plaustro arrepto, ob hostiarum penuriam, sed ipsis Trapezuntinis splendidam hostiam praebentibus. Extis ibidem inspectis, et fusis super exta libaminibus, pro quonam primum

rum diligenter usurpare; ut supra: καὶ οἱ βωμοὶ ἀνεστᾶσιν .... λίθου ... τοῦ τραχέος; mox: πεποίηται .. ὁ νεὼς, iterum τῆς παλαιᾶς ἐργασίας, et passim. Gail.

1) ὥσπερ ὁ Ξενοφῶν ἐκεῖνος. Cod. ut supra, quod Bastius cudicem relegens reperit. V. eius Lettre crit. p. 29.

2) Verbo σπλαγχνεύσαθαι ritus

πρώτῳ τἀγαθὰ ηὐχόμεθα, οὐ λανθάνομέν σε, τόν τε τρόπον τὸν ἡμέτερον οὐκ ἀγνοοῦντα, καὶ σαυτῷ συνειδότα, ὅτι ἄξιος εἶ ὑπὲρ ὅτου πάντες εὔξαιντο τἀγαθὰ, καὶ ὅσοι ἡμῶν ἧττον ὑπὸ σοῦ εὖ πεπόνθασιν. Ἐκ Τραπεζοῦντος δὲ ὁρμηθέντες, τῇ μὲν πρώτῃ εἰς Τσσου λιμένα[3] κατήραμεν, καὶ τοὺς πεζοὺς τοὺς ταύτῃ ἐγυμνάσαμεν. ἡ γὰρ τάξις[4] αὕτη, ὡς οἶσθα, πεζῶν ἐστίν, καὶ ἱππέας εἴκοσιν ὅσον εἰς διακονίαν ἔχει. ἀλλὰ καὶ τούτους τὰς λόγχας ἀκοντίσαι ἐδέησεν. Ἐνθένδε ἐπλέομεν, τὰ μὲν πρῶτα ταῖς αὔραις ταῖς ἐκ τῶν ποταμῶν πνεούσαις ἕωθεν, καὶ ἅμα ταῖς κώπαις διαχρώμενοι. ψυχραὶ μὲν γὰρ ἦσαν αἱ αὖραι, ὡς λέγει καὶ Ὅμηρος[5], οὐχ ἱκαναὶ δὲ τοῖς ταχυναυτεῖν βουλομένοις. εἶτα γαλήνη ἐπέλαβεν, ὥστε καὶ ἡμεῖς τῇ εἰρεσίᾳ

vota nuncupaverimus, non te fugit, utpote mores nostros pernoscentem, et tibimet ipsi conscium, te dignum esse pro cujus salute omnes vota faciant, etiam qui inter nos minoribus beneficiis affecti fuerunt. Ex Trapezunte autem quum solvissemus, primo quidem die in Hyssi portum adpulimus, ac pedites, qui ibi sunt, exercendos curavimus. Cohors enim ista, ut scis, est peditum, et habet equites viginti ministerii tantum causa: veruntamen hos quoque oportuit hastas eiaculari. Inde navigavimus primo quidem auris, quae matutino tempore e fluminibus spirant, et simul remigio utentes. Frigidae enim erant aurae, ut ait Homerus, sed ad perficiendum celeriter cursum minus idoneae. Deinde tranquillitas fuit subsecuta, ita ut remigio tantum usi simus.

omnis continetur, quo exta inspiciuntur, probantur, arae imponuntur, et quae edulio sunt, comeduntur. Quibus peractis, thus et vinum libabant. Salmas. in exercitat. Plin. p. 91.

3) Ptolomaeus portum hunc in Ponto Cappadocum, iuxta Sidonem, inter Pharnaciam et Trapezuntem, ponit. Eiusdem quoque meminit Sophronius in vita Matthiae his verbis: *ἐν τῇ δευτέρᾳ Αἰθιοπίᾳ* (mendum videtur esse, et *Καππαδοκίᾳ* legendum) *ὅπου ἡ παρεμβολὴ Ἀψάρου καὶ Τσσου λιμήν*. Stuck. Fallitur Stuckius in sua emendatione: nam Aethiopia vere dicitur haec Asiae pars, ubi Matthias religionem propagavit. Cf. Vossium ad Scyl. not. 456. Gail. — Hyssi portus ab urbe Trapezunte 180 stad., et totidem stadiis Anon. A, distabat — Hunc portum eundem esse ac Scylacis *τῷ Ψωρῶν* censet Mannertus Tom. VI, 2, p. 376. — Hyssi portum, Anonymus A etiam laudavit, et Ptolemaeus. Procopius autem Goth. IV. 2. *Σουσούρμαινα* eum appellat et Anonymus idem recentiore nomine *Σουσάρμια*. — Hyssi portum Gailius posuit in tabula geogr. ad fluvium Sourmnu, qui hodie dicitur. V. notam seq.

4) Notitia Imper. Oriens. c. 27: Cohors Apuleia civium romanorum Ysiporto.

5) Locus Homeri est in Odyss. ε, 469. Huds.

μόνῃ ἐχρώμεθα.[6] Ἔπειτα δὲ ἄφνω νεφέλη ἐπαναστᾶσα, ἐξερράγη κατ' εὖρον[7] [4] μάλιστα, καὶ ἐπήνεγκεν πνεῦμα ἐξαίσιον, καὶ τοῦτο ἀκριβῶς ἐναντίον, ὅπερ καὶ μόνον ὤνησεν ἡμᾶς.[1] κοίλην μὲν γὰρ δι' ὀλίγου τὴν θάλατταν ἐποίησεν, ὡς μὴ κατὰ τὰς κώπας μόνον, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ τὰς παρεξειρεσίας[2] ἐπεισρεῖν ἡμῖν ἑκατέρωθεν ἀφθόνως τοῦ ὕδατος. τοῦτο δὴ τὸ τραγικόν·

Καὶ τὴν μὲν ἐξηντλοῦμεν, ἡ δ' ἐπεισέῤῥει.[3]

ἀλλ' οὐ πλάγιόν γε ἦν τὸ κλυδώνιον· ταύτῃ καὶ ἠνύτομεν μόγις καὶ χαλεπῶς τῇ εἰρεσίᾳ. καὶ μέν τοι πολλὰ παθόντες, ἤκομεν εἰς τὰς Ἀθήνας.[4] Ἔστιν[5] γάρ τοι καὶ ἐν Πόντῳ τῷ Εὐξείνῳ

Hinc nubes derepente exorta in Eurum potissimum erupit, ventumque violentum nobisque plane adversum excitavit, qui non perdidit nos. Mare siquidem tumidum brevi reddidit, ita ut magna vis aquarum, non per eam tantum partem ubi remi sunt, verum etiam super partes extremas quae sunt extra remos, in naves utrinque irruperit. Res plane tragica: hinc enim undas [intus effusas] exantlabamus, illinc undae iterum invadebant. Quum autem non transversa saltem esset aquarum vis, ideo vix atque aegre remigio nos expedivimus. Multa tamen perpessi, Athenas pervenimus. Est enim in Ponto quo-

6) Sic vertit Adr. Turnebus: Postea repente nubes coorta, ab Austri parte rupta, atrocem flatum invexit nobis adversum, quod unum vel maxime nobis bono fuit. Et mox infra: quodque Tragicus scribit, Aqua haec exhauriebatur, influebat alia. Huds.

7) Stuckius: in Eurum potissimum erupit: Gailius vult ex Euro; nam quasi per Eurum occidentem versus erumpebat procella. Hac aetate respondebat eurus hiberno orienti, id est, gallico sud-est. Cf. Gossellini Roses des vents, p. 10, ad gallic. Strab. vers. tom. I, init. Sic vere contrarius erat ventus Arriano a Trapezunte orientem versus naviganti. Gail.

1) Ὅπερ καὶ μόνον ὤνησεν ἡμᾶς Ed. pr. Μόνον οὐχὶ ὤλεσεν ἡμᾶς legit Gesner. μονονουχὶ ὤλεσεν Gail.

2) De hac voce v. Schol. ad Thuc. IV. 12. VII. 34. Huds.

3) Sentio omnino cum Turnebo sequentia verba ex tragico aliquo poeta desumta. Et erit iambus, si ἐπεισρέει legamus levissima transpositione literarum. Hanc conjecturam verissimam esse ex Athenaeo discimus, qui lib. IV. pag. 156, ubi de coena, quae mera lenticula constabat, facile eumdem versum παρῳδιᾷ: Καὶ τὴν μὲν ἐξηντλοῦμεν φακήν, ἡ δ' ἐπεισρέει. Et Erasmus inter Adagia retulit, idque ex Suida, quem v. voc. Ἄλλην μὲν ἐξαντλ. Holsten. Ex marg. adnot. Cf. Dicaearch. ed. Manzio, Rom. 1819, pag. 112. Gail. Nemo priorum interpretum, praeter Gailium, hunc versum distinxit.

4) V. Stephanum in v. Ἀθῆναι. Huds. V. Procop. Gothic. lib. III. init. et Anonym. A. Holsten. Quam urbem Gronovius dignoscere sibi videtur in scylaceo Λίμνῃ Mannert. VI. 2, 271 in eiusdem Ὀδεινιός. Non

χωρίον οὕτω καλούμενον. καί τι καὶ Ἀθηνᾶς ἱερόν ἐστιν αὐτόθι ἑλληνικόν, ὅθεν μοι δοκεῖ καὶ τὸ ὄνομα εἶναι τοῦτο[6] τῷ χωρίῳ. καὶ φρούριόν τι ἐστὶν ἠμελημένον[7], ὁ δὲ ὅρμος, οἷος ὥρᾳ ἔτους δέχεσθαι οὐ πολλὰς ναῦς, καὶ σκέπην ταύταις παρέχειν ἀπὸ νότου ἀνέμου, καὶ αὐτοῦ τοῦ εὔρου. σώζοιτο δ' ἂν καὶ ἀπὸ τοῦ βορρᾶ τὰ ὁρμοῦντα πλοῖα· ἀλλὰ οὐ τοῦ γε ἀπαρκτίου[8], οὐδὲ τοῦ θρασκίου[9] μὲν ἐν τῷ Πόντῳ, σκίρωνος[10] δὲ ἐν τῇ Ἑλλάδι καλουμένου. Εἰς δὲ τὴν νύκτα βρονταί τε σκληραὶ καὶ ἀστραπαὶ κατεῖχον· καὶ πνεῦμα [5] οὐ τὸ αὐτὸ ἔτι, ἀλλὰ εἰς νότον μεθειστήκει, καὶ δι' ὀλίγου ἀπὸ τοῦ νότου εἰς

que Euxino locus sic dictus, ubi Minervae fanum graecanicum, a quo locus ille nomen suum videtur accepisse. Castellum quoque est illic derelictum; statio autem aestiva, haud multarum navium capax, et perfugium eis praebens a noto et ab ipso euro [tutum]. Fuerint etiam naves eo adpellentes a borea tutae, at non ab aparctia, neque eo vento, qui in Ponto thrascias, in Graecia sciron adpellatur. Sub noctem tonitrua dira atque fulgura [mari] incubuere: nec ventus amplius idem, sed in notum, ac paulatim ex noto in africum fuit conversus; nec amplius na-

exprimit noster quo distent intervallo Athenae ab Hyssi portu; sed illud innuit esse 540 stadiorum (rectius dixisset 740, v. p. 7.) cum infra fluviorum intervalla accurate dederit. Fort. hod. Boulep. Gail.

5) Εστι Gail. ex Anonymo A. p. 14. Cod. ἔστιν.

6) Forsan leg. τούτῳ. G. — Bast habet in libro inscr. Lettre critique p. 29 sq. haec: „Lisez, d'après le manuscrit, ἐν Πόντῳ τῷ Εὐξείνῳ et καί τι καὶ Ἀθηνᾶς ἱερὸν κ. τ. λ. Quant aux mots χωρίον οὕτω καλούμενον, j'observe qu' Arrien aime à ne pas omettre le mot οὕτω ou ὧδε, même quand il ajoute le nom dont il s'agit. P. 13 l. 13 ἔπειτα Μέλαινα ἄκρα ὧδε καλουμένη, p. 23 l. 32 ἐπὶ τὸν Ἄρακον ὧδε ὀνομαζόμενον. Conformément à cet usage, il faut lire p. 21 l. 8, d'après le manuscrit εἰς τὸ Ψιλὸν οὕτω καλούμενον, στόμα τοῦ Ἴστρου. D'autres auteurs se sont servis de la même façon de parler etc." Recepi καί τι e codice cum Bastio, quod edd. omittunt. Gelenius et alii, qui eum sequuti sunt, ediderunt ἐν Πόντῳ Εὐξείνῳ χωρίον. E cod. veram lectionem cum Bastio et Gailio recepi.

7) ἠρεμημένον Anon. A. p. 15.

8. 9) Agathem. I. 2. Aristot. metereol. II. 6. Plin. hist. nat. II. 47. Huds. Βορρᾶ. Distinguit auctor boream ab aparctia. Aparctias est rectus septentrio, boreas vero gallice nord-nord-est. Cf. Gossellini Roses des vents, ad Strab. T. I. init. — ἀπαρκτίου. Agathemerus I. 2: Ἀπὸ δὲ ἄρκτου ἀπαρκτίας. Ita etiam Aristot. lib. II. Meteor. c. 6. Vide Plin. nat. hist. II, 47. Huds. — Θρασκίου Agathemerus I. l.: μέσον δ' ἀπαρκτίου καὶ ἀργέστου Θρασκίαν, ἤτοι Κίρκιον ὑπὸ τῶν περοίκων. Et Aristot. lib. II. Meteor. cap. 6: ὃν καλοῦσι Θρασκίαν, μέσος ἀπαρκτίου καὶ ἀργέστου. Huds.

10) De origine apellationis v.

λίβα ἄνεμον [1], καὶ ταῖς ναυσὶν οὐκ ἔτι ἀσφαλὴς ὁ ὅρμος ἦν. Πρὶν οὖν παντάπασιν ἀγριωθῆναι τὴν θάλασσαν, ὅσας μὲν αὐτὸ τὸ χωρίον αἱ Ἀθῆναι δέξασθαι ἠδύναντο [2], ταύτας αὐτοῦ ἐνεωλκήσαμεν, πλὴν τῆς τριήρους· αὕτη γὰρ πέτρᾳ τινὶ ὑφορμοῦσα, ἀσφαλῶς ἐσάλευεν. Τὰς δὲ πολλὰς ἐδόκει πέμπειν εἰς τοὺς αἰγιαλοὺς τοὺς πλησίον νεωλκηθησομένας. καὶ ἐνεωλκήθησαν, ὥστε ἀπαθεῖς διαγενέσθαι πάσας, πλὴν μιᾶς· ἣν τινα ἐν τῷ ὁρμίζεσθαι, πρὸ τοῦ καιροῦ ἐπιστρέψασαν πλαγίαν, ὑπολαβὸν τὸ κῦμα ἐξήνεγκεν εἰς τὴν ἠϊόνα καὶ συνέτριψεν. ἀπεσώθη μέν τοι πάντα· οὐ τὰ ἱστία μόνον, καὶ τὰ σκεύη τὰ ναυτικὰ, καὶ οἱ ἄνθρωποι, ἀλλὰ καὶ οἱ ἥλοι, καὶ ὁ κηρὸς ἀπεξύσθη [3], ὡς μηδενὸς ἄλλου ἢ ξύλων δεῖσθαι ναυπηγησίμων εἰς τὴν κατασκευήν· ὧν παμπόλλη, ὡς οἶσθα, ἀφθονία [4] ἐστὶν κατὰ τὸν Πόντον. Οὗτος ὁ χειμὼν ἐπὶ δύο ἡμέρας κατεῖχεν, καὶ ἦν ἀνάγκη μένειν. ἐχρῆν

12) Concinit Anonymus de hoc intervallo, quum a Corallis ad Cerasunta 60, inde a Hieron. 90 habeat. Mox a Cordylam, pro 40 stad., habet Anonym. A 45. Ait Agathon ap. Apollon. Schol. v. 1017 (v. 1015 Br.) hunc montem distare 100 stadiis a Trapezunte: sed 145 numerat Arrianus. Gail.

13) *Ἑρμύσην* Anonym. A. Stad. 45 ille cum Arriano ponit Gail. Steph. Byz. s. v. *Ἑρμώνασσα . . . . Μένιππος δὲ χωρίον Τραπεζοῦντος ἐν περίπλῳ τῶν δύο πόντων. Ἑκαταῖος δὲ καὶ Θεόπομπος πόλιν αὐτὴν φασιν, ἀπὸ Ἑρμωνάσσης.*

κοντα[14]· ἐνταῦθα σὺ ποιεῖς λιμένα[15]. πάλαι γὰρ, ὅσον ἀποσαλεύειν[16] [18] ὥρᾳ ἔτους, ὅρμος ἦν. Τὰ δὲ ἀπὸ Τραπεζοῦντος διαστήματα μέχρι Διοσκουριάδος, προείρηται διὰ τῶν ποταμῶν ἀναμετρηθέντα. ἀθροίζοντες δὲ ἀπὸ Τραπεζοῦντος εἰς Διοσκουριάδα, τὴν νῦν Σεβαστόπολιν[1] καλουμένην, στάδιοι δισχίλιοι διακόσιοι ἑξήκοντα[2]. Τάδε μὲν[3] τὰ ἀπὸ Βυζαντίου πλεόντων ἐν δεξιᾷ ὡς ἐπὶ Διοσκουριάδα, ἐς ὅπερ στρατόπεδον τελευτᾷ Ῥωμαίοις ἡ ἐπικράτεια (ἐν δεξιᾷ ἐσπλεόντων εἰς τὸν Πόντον). Ἐπεὶ δὲ ἐπυθόμην Κότυν[4] τετελευτηκέναι, τὸν βασιλέα τοῦ Βοσπόρου τοῦ Κιμμερίου καλουμένου, ἐπιμελὲς ἐποιησάμην καὶ τὸν μέχρι τοῦ Βοσπόρου πλοῦν δηλῶσαί σοι· ὡς, εἴ τι βουλεύοιο περὶ τοῦ Βοσπόρου, ὑπάρχοι σοι καὶ τόνδε τὸν

stadia. Hic tu portum curas fieri: nam olim erat statio, in qua aestivo tantum tempore naves in anchoris stare poterant. Locorum autem intervalla, a Trapezunte usque Dioscuriadem, ipsis fluminum intervallis dimensa protulimus: quae si colligamus, erunt a Trapezunte ad Dioscuriadem, nunc Sebastopolim dictam, stadia bis mille ducenta et sexaginta. Atque haec quidem itineris dextri a Byzantio Dioscuriadem usque, quod castrum Imperii romani terminus est (a dextris Pontum ingredientibus) sese offert ratio. Postquam autem Cotym, regem Bospori Cimmerii dicti, defunctum cognovi, operam dedi sedulam, ut hanc tibi etiam ad Bosporum navigationem apertam redderem: ut, si quid

14) Noster et Anon. A. 60 stadia ponunt Gail. — Ait Strabo XII. p. 824. fin., esse 2200 stadia ab Amiso ad Trapezuntem; ex Arriani stadiasmo 2205 colliguntur, quod mire congruit. Gail. Situm urbium Trapezuntis, Sinopis, Aklinami, Gydroni, Jenikii, Amasrae, Heracleae Pont. sive hod. Eregri designavit computatione Oltmanns ad Beaucampii notitias, v. Dissertatt. acad. Berol. a. 1827 edit. 1830. Cl. math. p. 138 sq. In Stephani notitia s. v. *Τραπεζοῦς* urbs etiam appellabatur *Οἰζηνίς*.

15) Futurum portum loco stationis (*ὅρμον*) pollicetur noster: attamen Anon. A, multo recentior, *ὅρμον Δάφνου* ibi collocat, sive quod portus non exstructus omnino fuerit; sive quod Anonymi aetate iam dirutus perfugium navigantibus negaverit. — Ut ut est, genuinae epistolae vestigium ibi vividum habemus (*σὺ ποιεῖς . . .*), quod caret Anon. Gail.

1) Plinius tamen Sebastopolim a Dioscuriade facit diversam. Huds.

2) Hic numerus ex praecedentibus supputationibus bene implefur. Gail.

3) Sic Turnebus: Haec summa locorum est eorum, quae a Byzantio dextra navigantibus ad Dioscuriadem numerantur; quo limite desinit romanum imperium dextra Pontum innavigantibus. Huds.

4) Forsan hic est ille Cotys, cuius meminit Tacitus, Annal. XII. 15, 18. Huds.

πλοῦν μὴ ἀγνοοῦντι βουλεύεσθαι. Ὁρμηθεῖσιν οὖν ἐκ Διοσκουριάδος, πρῶτος ἂν εἴη ὅρμος ἐν Πιτυοῦντι[5]· στάδιοι τριακόσιοι πεντήκοντα[6]. ἐνθένδε ἐς τὴν Νιτικὴν[7], στάδιοι πεντήκοντα καὶ ἑκατόν· ἵνα περ πάλαι ᾤκει ἔθνος σκυθικὸν, οὗ μνήμην ποιεῖται ὁ λογοποιὸς Ἡρόδοτος[8]. καὶ λέγει τούτους εἶναι τους φθειροτρωκτέοντας· καὶ γὰρ εἰς τοῦτο ἔτι ἡ δόξα ἡ αὐτὴ ὑπὲρ αὐτῶν κατέχει. Ἐκ δὲ Νιτικῆς εἰς Ἄβασκον[9] ποταμὸν, στάδιοι ἐνενήκοντα. ὁ δὲ Βόργυς[10] τοῦ Ἄβάσκου διέχει σταδίους ἑκατὸν καὶ εἴκοσιν· καὶ ὁ Νῆσις τοῦ Βόργυος, ἵνα περ καὶ Ἡράκλειον ἄκραν ἔχει, σταδίους ἑξήκοντα. Ἀπὸ [19] δὲ Νήσιος[1] εἰς Μασαϊτικὴν[2], στάδιοι ἐνενήκοντα. ἐνθένδε εἰς

forte de Bosporo capere velis consilii, hac nova tibi navigatione cognita, id agere possis. Solventibus itaque a Dioscuriade prima sese offert statio in Pityunte, trecentis et quinquaginta staciis distans. Inde ad Niticam, centum et quinquaginta stadia, ubi olim gens scythica habitabat, cuius Herodotus quoque historicus meminit: illos autem tradit pediculis vesci solitos; quae scilicet fama eadem de iis etiamnum constat. A Nitica ad Abascum fluvium, nonaginta stadia. Ab Abasco distat Borgys centum et viginti stadia, et a Borgy Nesis, ubi Herculeum promontorium est, stadia sexaginta. A Nesi ad Masaïticam stadia

5) *Πιτυοῦντι*. Vocat Strabo, p. 760 A *Πιτυοῦντα τὸν μέγαν*, quod videtur Casaubono indicare magnitudinem urbis: sed potius duo eiusdem nominis fluvii erant per campos pinis refertos. Forsan fuit Pityus minor, idem ac hodiernus Kotoch, iuxta Pitsiounta, eumdem ac Pityuntem Arriani.— Vide Mannert. IV. 390. Gail.

6) Hoc interrallum ait Strabo p. 760 A, esse 360 stadior., quod satis concinit, ut iam vidit Casaubonus ad l. Gail.

7) De qua ceteri silent. Collocanda videtur inter hod. fl. Kotoch et Kentchili. Gail.

8) L. IV. 109. Huds. Habet Herodotus *φθειροτραγέουσι*, et coniicit ibi Valckenar. rescribendum esse apud Arrian. *φθειροτρηγέοντας*. Gail.

9) Ubi (nunc) Abassi. Huetius (ad Fragm. Pont. Eux. p. 147, Gronov.) Nunc sese extendunt Abassi in toto litore a promont. Isussup ad Soukoun-Kaleh. At videtur Arriani Abascus fl. respondere hodierno Kentchili; nam stadia sunt 240 a Pityunte ad Abascum, et totidem fere reperiuntur hod. a Pitsiunta ad Kentchili. Gail.

10) Fors. fluv. ad septentr. prom. hod. Ardler. Gail.

1) Hanc regiunculam Ptolemaeus vocat *Νησιώτιδα*. Fors. hod. fluv. Camisiliar, et prom. Herculeum hod. Zenghi. Gail.

2) Solus, quod sciam, noster laudat Masaeticam, et supra Niticam, Abascum, Borgym, Nesim et Herculeum prom. — Fors. Masaetica quaerenda est intra hod. promont. Zenghi et fl. Soutchali. Gail.

Ἀχαιοῦντα[3], στάδιοι ἑξήκοντα· ὅςπερ ποταμὸς διορίζει Ζιλχοὺς καὶ Σάνιχας[4]. Ζιλχῶν βασιλεὺς Σταχέμφαξ· καὶ οὗτος παρα σοῦ τὴν βασιλείαν ἔσχεν. Ἀπὸ Ἀχαιοῦντος εἰς Ἡράκλειαν ἄκραν[5], πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν στάδιοι. ἐνθένδε εἰς ἄκραν, ἥν[6] περ σκέπη ἐστὶν ἀνέμου θρασκίου καὶ βορρᾶ, ὀγδοήκοντα καὶ ἑκατόν. Ἐνθένδε εἰς τὴν καλουμένην Παλαιὰν Λαζικὴν[7], εἴκοσιν καὶ ἑκατὸν στάδιοι. ἐνθένδε ἐς τὴν παλαιὰν Ἀχαΐαν[8], πεντήκοντα καὶ ἑκατόν, καὶ ἔνθεν ἐς Πάγρας λιμένα, πεντήκοντα καὶ τριακόσιοι. Ἀπὸ δὲ Πάγρας λιμένος εἰς Ἱερὸν λιμένα[9], ὀγδοή-

nonaginta. Inde ad Achaeunta fluvium, qui Zilchos atque Sanichas separat, stadia sexaginta. Zilchorum rex est Stachemphax, qui a te regnum habuit. Ab Achaeunte ad Herculeum promontorium, stadia centum et quinquaginta. Inde ad promontorium quoddam, ubi tuta adversus thrasciam et boream ventos statio, centum et octoginta. Inde ad eam quae dicitur Vetus Lazica, stadia centum et viginti. Hinc ad Achaiam antiquam, centum et quinquaginta, et inde ad Pagrae portum, tre-

3) *Ἀχαιοῦντα.* Fors. hod. fl. Soutchali. Gail.

4) *Ζιχοὺς καὶ Σάνιχας.* Forsan iidem sunt quos Ptolemaeus Ζιγχοὺς et Ἀριγχοὺς appellat. Huds. Cf. ad Scylac. t. I. p. 452. Huetius in not. ms. in Arriani Frobeniani margine: *Σιγχοὶ καὶ Σάνιχαι*, ubi nunc Zugii. *Ζιλχοὺς* et mox *Σιλχῶν* vidit Bastius. In margine *Σιχχοί, Σάνναι.* Exhibent omnes libri *Σιχχοὺς.* Turneb. *Ζίγχους.* Gail.

5) *εἰς Ἡράκλειαν.* Laudat Plinio VI. 5. Fors. intra hod. fl. Soutchali et Mamaï. Gail.

6) *εἰς ἄκρα, ἥν.* Quod prom. sine nomine, fors. intra hod. Mamaï et Varda. Gail.

7) *Λαζικήν.* Quam laudat ex Arriano Stephanus Byz. voc. *Λαζοί, Σκυθῶν ἔθνος· ἔστι καὶ χωρίον ἐν Πόντῳ παλαιὰ Λαζική, ὡς Ἀρριανός.* — Meminit noster Lazorum, ut gentis, §. 11., p. 62. — Lazicam ponit Mannertus IV. 589, in hod. sinu Roda. In tab. Gautterii ego collocarem ad septentr. hod. Varda. Gail.

8) *Παλαιὰν Ἀχαΐαν.* Fors. circa hod. Kodos, et Pagrae portus hod. Ghelinjik. Gail.

9) *εἰς Ἱερὸν λιμένα.* Quem laudat Plinius VI. 5 et ait distare ab Heracleo 136 M. Si milliarium octo stadiis respondeat, 1088 stadia habebimus; Arrianus 980 tantum sigillatim numerat. — Fors. hod. Sougoudjak. Mannertus IV. 380, Sacrum portum iuxta hod. Anapa posuit, nulla stadiasmi ratione ductus. In hoc litore percurrendo Arriani potior est, quam Strabonis, auctoritas, quum noster recentior sit, et huius maris indagator diligentissimus. Sic igitur, Arriano duce, seriem locorum compono: A freto Cimmerio deducimur 540 stadiis ad Sindicum portum, hod. Anapa (Strabo 180 tantum a Sindico ad Corocandamen habet; quum autem 100 circiter sint inde ad Panticapaeum, vix stad. 300 Strabo numerasset a freto ad Sindicum portum: sed rectius noster, ut videtur). A Sindico ad Sacrum portum 300 stad. Bene his

κοντα καὶ ἑκατόν. ἐνθένδε εἰς Σινδικὴν [10], τριακόσιοι. Ἀπὸ δὲ Σινδικῆς εἰς Βόσπορον τὸν Κιμμέριον καλούμενον, καὶ πόλιν τοῦ Βοσπόρου Παντικάπαιον [11], τεσσαράκοντα καὶ πεντακόσιοι. Ἐνθένδε ἐπὶ Τάναϊν ποταμὸν, ἑξήκοντα [12]. ὃς λέγεται ὁρίζειν

centa et quinquaginta. A Pagrae portu ad Sacrum portum, centum et octoginta. Inde ad Sindicam, trecenta. A Sindica ad Bosporum Cimmerium dictum, et Panticapaeum urbem Bospori, quingenta et quadraginta. Inde ad Tanaim fluvium, qui Euro-

adducor ad portum hod. Sougoudjak, et quum sileat noster de Batis, quum de Sacro portu sileant qui Bata laudant, haec Bata, sive Patuntem Scylacis, aut confunderem cum Sacro portu, aut huic proxime collocarem in hod. Sougoudjak (ibi quoque, id est, in loco, quem vocat Zudzuk Kale, Mannertus Bata posuit, recte, meo iudicio, sed suis numeris parum constans; nam 400 stadia Strabonis a Sindico ad Bata, non debuissent pertingere a prom. Taman ad Sougoudjak). — A Sacro portu stadia 180 Arriani ad Pargae portum, nos deducunt ad hod. Ghélinjik (Mannertus confundit Pagrae portum Arriani cum Batis Strabonis, et eum collocat in hod. Zudzuk Kale. Vide quae coniecimus supra de Sacro portu). Gail.

10) *εἰς Σινδικήν. Σινδικὸν λιμένα*, Scylacis, Strabonis, Stephani. — A Sindic. ad Dioscuriadem Strabo l. c. sigillatim numerat 3110 stadia, Arrianus 2350. Sed quantum a se discrepant! Non melius concinit Plinius cum nostro. Nam Plinius, VI. 5, a Sebastopoli ad Heracleum numerat 80 m., id est, 640 stadia, Arrianus 1070. Plinius ab Heracleo ad Hieron 136 m., id est, 1088 stadia, Arrianus 980. Plinius ab Hiero ad Sindicam 67 m., id est, 536 stad., Arrianus 300. A Sindica ad initium Bospori Plinius (VI. 6 init.) numerat 88 m. 500 pass., id est, 708 stadia, noster 540. — Sindica fors. circa hod. Anapa. Gail.

11) *Παντικάπαιον*. A Sindico portu ad Corocondamen Strab. 180 stad. tantum numerat; quum autem usque ad Panticapaeum pergat noster, et eius numerus spectet ad maius intervallum, inde concludit Mannertus, IV, 388, duos scriptores illos minime sibi contradicere: at multum contra discrepant. Vide suprà. — Arrianus sigillatim a sano Iovis Urii ad Panticap. habet 12285 stad., Anon. B 12487, quod parum recedit, et adstruitur millibus 1665 eiusdem summam 12487 stadiorum mire referentibus (stad. 7½ in milliario pro auctoris consuetudine numerando). — Agathemerus I. 4 fin., a prom. Carambi ad os Maeotidis 2500 mendose habet; Arrianus sigillatim 9565 praeternagationis: stadia 3700 circiter recti itineris reperio Gail.

12) *ἐπὶ Τάναϊν . . . . ἑξήκοντα*. Sic Anonym. B. Pont. Eux. pag. 4 fin. Huds. — Sic Tanais diducitur usque in Pontum Euxinum. Haud aliena ratione An. B, p. 4. Huds.: *ἔξεισι* (Tanais) . . *εἰς τὴν . . Μαιῶτιν, ἐς τὸν Κιμμερικόν τε Βόσπορον*; et mox p. 7: . . . *ἐν τῷ στομίῳ τῆς Μ. λίμνης, ἤτοι τοῦ Τάνεως*. Interdum enim veteres ad arbitrium ostia fluminum quorundam collocabant. Arrianus aperte inter hod. Otchakof et Kilbourn os Borysthenis ponit, et post illum Anonym. B (cf. nostra mox ad §. 20, 2):

ἀπὸ τῆς Ἀσίας τὴν Εὐρώπην· καὶ ὁρμᾶται μὲν ἀπὸ λίμνης τῆς Μαιώτιδος [13], ἐσβάλλει δὲ εἰς θάλασσαν τὴν τοῦ Εὐξείνου Πόντου. Καί τοι Αἰσχύλος ἐν Προμηθεῖ Λυομένῳ, τὸν Φᾶσιν ὅρον [14]

pam ab Asia dicitur disterminare, sexaginta. Hic quidem erumpit ex Maeotide palude, ac influit in mare Ponti Euxini: quamvis Aeschylus in Prometheo Soluto Phasim Europae atque Asiae

neque multum miror, quod nonnulli inter veterrimos scriptores Hellespontum olim Borysthenem adpellaverint, auctt. Hesychio et Steph. Byz. voc. *Βορυσθ.*, sive quod hoc nomine vim aquarum ad Euxino mari irrumpentium expresserint, sive quod, litoribus ils diutius ignotis, fluvii celebratissimi ostium ignotum in exitu cognito Ponti collocaverint. De quo tamen dubitare maluit Koehlerus in Mém. sur la course d' Achille, l. c. p. 540. Sic vir dotiss.: Peut-on croire que le Tanaïs tire son origine de la mer Méotide, et qu'il se jette de la mer Méotide, et qu'il se jette de là dans le Pont-Euxin? Haec ex Arriani loco isto. At *ὁρμᾶται* intelligendum est de exitu fluvii, et *ἐσβάλλει εἰς*, de loco in quem exit. — Haec 60 stadia, quae sunt ex Panticapaeo ad initium freti, non numeravi, quasi adiicienda forent stadiasmi summae; nam dixit noster esse 540 stad. a Sindica ad Bosporum et Panticapaeum, id est, ad hanc partem Bosporani regni, ubi est Panticapaeum. Quum autem adiicit 60 stad. esse a Panticapaeo ad Tanaim (id est, ad initium meridionale freti) illud est retro in peractum iter quasi redire, ut intervallum detur quo Panticapaeum distet ab ore freti; illud est extra supputationem peripli. Sic quum a Chalcedone ad Panticapaeum sigillatim numeraverit noster 12285 stadia, si 60 detraxeris, ut ad Cimmerium fretum tantummodo perveniatur, 12225 habebis. Ait Plinius VI. 1, esse a Chalcedone ad Maeotium lacum 1438 m. pass. — 11504 stad. Non multum discrepat haec summa ab illa nostra Arriani. — Dictum sit obiter: fuit civitas Tanais (cf. Strab. pag. 477 B, et inprimis, p. 755 init.), cuius rudera detexit M. Stempkofsky, in ripa europaea fluvii, 10 verstes a mari distantia, iuxta vicum hod. Nedvigofki. Adi Bulletin univers. archaeol. nov. 1825, pag. 369—372, et Classic. Journal no. LXV. march, 1826, p. 195—198. Gail.

13) *ὁρμᾶται . . . ἀπὸ λίμν. τ. Μαιώτιδος.* Arrianus contra omnium opiniones illum ex Maeoti *ὁρμᾶσθαι* dicit. Quidni ex Herodoto IV. 123 sic corrigamus Arrianum: *καὶ ὁρμᾶται μὲν ἀπὸ λίμνης μεγάλης, ἐκδιδοῖ δὲ εἰς λίμνην Μαιώτιδα, ἥτις εἰσβάλλει εἰς θάλασσαν τὴν τοῦ Εὐξείνου Πόντου.* Stuck. Fallitur hic Stuckius. Cf. Vossium ad Anonym. B Pont. Eux. p. 140 ed. Gronov. Adde, quod Strabo II. 188 B, etiam dicat esse Paludem Maeotidem, quasi partem Tanaidis; *καὶ γάρ ἐστιν ὡς ἂν μέρος τι τοῦ Ταναΐδος (ἡ Μαιῶτις).* Ceterum simili modo Arrianus mox producit ostium Borysthenis usque ad insulam Berezan. Gail.

14) Cf. Tzschuk. ad Mel. I. 6 n. exeg. p. 51. Gail. Conf. C. Ritteri Erdkunde, Asien T. II eiusdemque librum: Die Vorhalle Europäischer Völkergeschichten, p. 85 sq.

τῆς Εὐρώπης καὶ τῆς Ἀσίας ποιεῖ. Λέγουσιν γοῦν αὐτῷ οἱ Τιτᾶνες πρὸς τὸν Προμηθέα[12]· ὅτι

ἥκομεν . . . . . .
τοὺς σοὺς ἄθλους[16] τούσδε, Προμηθεῦ.
δεσμοῦ τε πάθος τόδ' ἐποψόμενοι.

Ἔπειτα κα[20]ταλέγουσιν ὅσην χωραν ἐπῆλθον·

τῇ[1] μὲν δίδυμον χθονὸς Εὐρώπης
μέγαν ἠδ' Ἀσίας τέρμονα Φᾶσιν.

terminum facit. Sic enim apud illum Titanes adloquuntur Prometheum: Huc nos venimus, o Prometheu, hos tuos labores, vinculorumque dolores visendi gratia. Deinde commemorant, quantam regionem peragrarint: Hac Europae geminum et ingen-

15) Gf. Hermannus in dissertatione acad. a. 1828. de Aeschyli Prometheo soluto edita hos versus p. 14 constituit atque adiecit annotata sua. Habet autem haec: „Titanes anapaestis fabulam exorsi sunt. Arrianus in Periplo Ponti Euxini p. 19. καί τοι Αἰσχύλος ἐν Προμηθεῖ λυομένῳ τὸν Φᾶσιν ὅρον τῆς Εὐρώπης καὶ τῆς Ἀσίας ποιεῖ. λέγουσι γοῦν αὐτῷ οἱ Τιτᾶνες πρὸς τὸν Προμηθέα ὅτι

Ἥκομεν —
τοὺς σοὺς ἄθλους τούσδε, Προμηθεῦ,
δεσμοῦ τε πάθος τόδ' ἐποψόμενοι.
Ἔπειτα καταλέγουσιν ὅσην χώραν ἐπῆλθον,
τῇ μὲν δίδυμον χθονὸς Εὐρώπης
μέγαν ἠδ' Ἀσίας τέρμονα Φᾶσιν.

Ed. Bas. πῇ μὲν et πῇ δέ. Ac vulgo τῇ δ'. Eadem scripta fuerunt in Periplo Ponti Euxini et Maeotidis paludis p. 1, ubi primis verbis recisis superest σμοῦ τε πάθος et quae sequuntur, in quibus recte scriptum est ἠδ'. Cod. Pal. apud Bastium Ep. crit. p. 12. vers. Lat. πῇ μὲν — πῇ δ', et ad τέρμονα Φᾶσιν addit ποταμόν. Procopius Hist. Goth. IV. 6. p. 336, 11 ἀλλὰ καὶ ὁ τραγῳδιοποιὸς Αἰσχύλος ἐν Προμηθεῖ τῷ λυομένῳ εὐθὺς ἀρχόμενος τῆς τραγῳδίας τὸν ποταμὸν Φᾶσιν τέρμονα καλεῖ γῆς τε τῆς Ἀσίας καὶ τῆς Εὐρώπης. Toupius ad Suid. I. p. 94 temere ordinem verborum mutabat, ἥκομεν ἄθλους τοὺς σοὺς τούσδε. Iacobsius in cens. ed. Schütz. in Diurnis litt. Halens. a. 1822. fol. 72. p. 569. ἥκομεν αὐτοὶ coniiciebat, otioso vocabulo. Non dubitandum videtur, quin ἥκομεν, ut ἥκω in Hecuba, primum fuerit fabulae verbum. Adiectum ei fuisse credibile est, Titanes esse qui loquerentur, id fortasse copiosius exornatum: quare omisit Arrianus. Blomfieldus praefat. ad Pers. p. 14. quo loco de choris metro anapestico tragoedias exordientibus, non recte intellerta Aristotelis definitione prologi, disseruit, τῆς μὲν διδύμου χθονός, Εὐρώπης μεγάλης τ' Ἀσίας τέρμονα, Φᾶσιν scribendum censuit, quae prosae orationi quam poesi convenientior est dicendi ratio." Hermannum sequebamur.

16) τοὺς σοὺς ἄθλους. Legit Vossius: τοὺς ἄθλους τουσδε, et mox, τῇ μὲν δίδυμον χθονὸς Εὐρώπης, Μέγαν ἠδ' Ἀσίας τέρμονα Φάσιν. Sic autem in Aeschyli editione Stanleiana:

Πῇ μὲν δίδυμον χθονὸς Εὐρώπης,
Μέγαν πῇ δ' Ἀσίας τέρμονα Φάσιν.

Huds.

Cf. Aeschyli Fragm. 177, vol. V, p. 124. ed. Schütz. Gail.

1) πῇ μὲν, et mox πῇ δὲ, in ed. Basil. Huds.

Τῆς δὲ λίμνης τῆς Μαιώτιδος περίπλους ἐν κύκλῳ λέγεται σταδίων ἀμφὶ τοὺς ἐνακισχιλίους [2]. *Ἀπὸ δὲ Παντικαπαίου εἰς κώμην Καζέκα* [3], *ἐπὶ θαλάττῃ ᾠκισμένην, στάδιοι εἴκοσι καὶ τετρακόσιοι* [4]. *ἐνθένδε ἐς Θεοδοσίαν* [5], *πόλιν ἐρήμην, στάδιοι ὑγδοη-*

tem, illac Asiae terminum Phasim. Ipsius vero paludis Maeotidis ambitus fertur esse circiter stadiorum novem millium. A Panticapaeo ad vicum Cazeca, mari insidentem, stadia quadringenta et viginti. Inde ad Theodosiam, urbem desertam, stadia

2) *ἐνακισχιλίους*. Totidem Strabo II. p. 187, Alm. Agathemerus, I. 3, et II. 14, extr.; totidem Anonym. B Pont. Eux. pag. 1. Huds., et iterum sub finem libelli. At Strabo (pag. 477 fin.) *ὀκτακισχιλίων* ambitum esse ait, quod emendavit Casaubonus, ut reponeret *ἐνακισχιλίων*. Ad normam prioris loci Polybium tamen vir doctus laudat, qui (IV. 39) hunc periplum scribit quoqun esse 8000 stad. Ceterum longe latior erat haec palus Herodoti aetate, qui eam non multo minorem Ponto Euxino esse adserit. Vid. Herod. IV. 57, et Eustath. ad Dionys. VI. v. 63. De quo sic doct. Dureau Delamalle in Géogr. phys. de la Mer Noire, pag. 164: Cette mer avait déjà diminué de moitié au siècle des Antonins... On peut même suivre la diminution successive de la mer d'Azof, depuis les cartes de Ptolémée jusqu'à nos plus anciennes cartes modernes, et depuis celles-ci jusqu'aux dernières données par Pallas, où cette mer est représentée plus petite que sur toutes les autres. Polybius ipse IV. 40 illud iam fieri sensit, *τὴν ... Μαιῶτιν ἤδη κεχῶσθαι*. Potuit igitur duplex mensura 9000 et 8000, esse vera pro diversis temporibus. Gail. Cf. v. Hoff Geschichte etc. T. I. p. 105 sqq. Müller der Ugrische Volksstamm P. I. p. 106 sqq. 209 sqq. Eichwald alte Geographie des kaspischen Meeres p. 1 sqq.

3) *Καζέκα*. Formam genitivam *Καζέκας* habet auctor Anon. B. Pont. Eux. (p. 142 Gronov, p. 5 Huds.), quae lectio verior est, iudice Vossio. — Insidet Cazeca promontorio hod. Tach-Katchik, monente Koehlero in Mem. de Saint-Pétersb. t. IX. pag. 670. In Gautterii tabula reperio nomen Tchaouda. Gail.

4) *εἴκοσι καὶ τετρακόσιοι*. Ait Arrianus esse 420 stadia a Panticapaeo ad Cazecas. — Ceterum recentiorem urbem esse Cazecam recte innuit Mannertus IV, 305, quum de ea sileant veteres; *κώμη* tantum Arriano dicitur. Eam Mannertus collocat iuxta locum marinum Tusla. In mea Gautterii tab. geogr. Cazecam ponerem iuxta promont. Tchaouda. Gail.

5) *Θεοδοσίαν*. Inter Panticapaeum et Theodosiam ab Arriano 700, a Strahone (p. 476 Alm.) 530 stad.; a Plinio (IV. 12) 35 M. pass. intervallum statuitur. Stuck. p. 153. Olim apud Plin. legebatur MXXXV, mendose, ut iam vidit Casaubonus ad Strab. l. c. Sed mendosus est quoque Stuckianus numerus XXXV, qui respondet 280 circiter stadiis Mallem LXXXV, id est 680 stad. Ceterum concinit Anon. B Pont. Eux. cum Arriano de intervallo a Cazeca ad Theodosiam. — De vicibus variis huius urbis, quam noster pro sua aetate *ἐρήμην* dicit, cf. Mannert. IV. pag. 303, 304. — Ait Tzshuckius ad Mel. II. not. exeg. pag. 15, hanc urbem esse Kaffa, etsi de eo dubitat Vossius ad Anonym. (p. 5 Huds.), quod *Καφά* a posterioribus a Theodosia distingui putat.

κοντα καὶ διακόσιοι· καὶ αὕτη παλαιὰ ἦν Ἑλλὰς πόλις[6], Ἰωνικὴ, Μιλησίων ἄποικος. καὶ μνήμη ἐστὶν αὐτῆς ἐν πολλοῖς γράμμασιν[7]. Ἐνθένδε εἰς λιμένα Σκυθοταύρων[8] ἔρημον, στάδιοι διακόσιοι· καὶ ἔνθεν εἰς Λαμπάδα[9] τῆς Ταυρικῆς, στάδιοι ἑξακόσιοι. Ἀπὸ δὲ Λαμπάδος εἰς Συμβόλου λιμένα[10], ταυρικὸν καὶ τοῦτον,

ducenta et octoginta: haec olim graecanica fuit, urbs ionica, Milesiorum colonia, et illius memoria multis literarum monumentis celebratur. Inde ad portum Scythotaurorum desertum, stadia ducenta. Hinc ad Lampada Tauricae (civitatem), stadia sexcenta. A Lampade ad Symboli portum, et illum quoque Tau-

Vid. Constant. de Admin. imp. c. 53. Cautior ait Mannertus, l. c. p. 303. extr. Kapha insidere aut in loco ipso Theodosiae, aut proxime adiacere. In Diario quodam Petropolitano (Zeitschrift, iul. mense 1825, p. 193), adfertur cuiusdam sententia iudicantis Theodosiam iam dirutam fuisse primo seculo post Chr. et Caffa non ipsissimum locum tenere. Gail.

6) Vulgo *καὶ αὕτη πάλαι ἦν ἑλληνὶς, πόλις*. Sic Stuck. et Hudson. Editio tamen Basil. p. 12 habet *ἦν ἑλλάς*, quod anteponit Vossius ad Anon. B, p. 143 Gronov. Ego quoque *ἑλλάς* anteponam, non quod tractus Theodosianus Hellas dicebatur, sed quia forma adiectiva est *ἑλλάς*, cuius modi permultas reperire est, et quia ed. Basil. cum Anonymo B hanc formam tuetur. Si vere Theodosia olim Hellas proprie dicta fuisset, vox *πάλαι* non me offenderet; sed, quum nunquam desiit Theodosia esse graecanicae stirpis, quamdiu habitata fuit, *παλαιά* anteposui, quod praebet Anonym. B, nedum cum Vossio Anonymum ex Arriano emendare voluerim. Facilis utriusque permutatio, et ipse Anon. B mox habet mendose (p. 11 Huds.) *τῆς πάλαι* pro *τῆς παλαιᾶς ἐργασίας* Arriani, 21, 1. Gail.

7) Anon. A. *συγγράμμ.*

8) *λιμένα Σκυθοταύρων*. Cf. Fragm. B Peripl. Pont. Eux. (p. 143, 144 ed. Gronov., p. 6 Huds.), ubi ipsissima haec verba reperiuntur. Quadrant amho de intervallo. — Recte vidit Mannertus, IV. 303, minime quaerendum esse hunc locum in hod. Sudagh, quae nimis distaret a Theodosia, pro Arriani stadiasmo. Ego ponerem Scythotaurorum portum inter promont. Karadof et Meganome. Gail.

9) Vulgo *Ἀλμίτιδα*. Rescribit Vossius *Λαμπάδα* ad Anon. B Pont. Euxin. p. 144, ed. Gronov. — De numero *ἑξακόσιοι* concinit Anonym. — Ait Mannertus, IV. 303, respondere Lampada hodierno Jalta. In Gautterii Carte de la Mer Noire, reperio prom. Lioudagh, cui conveniet situs Lampadis. Supra ad septentrionem est quidem locus dictus Malaia-Lampada, qui Arriani Lampada referre videtur. Sed Arrianus et Anonymus numerant 600 stad. a Scythotaurorum portu ad Lampada, et 520 a Lampade ad Symbolorum portum; plus igitur distare debet Lampas a Scythotaurorum portu, quam a portu Symbolorum. Malaia-Lampada autem propior est ad septentrionem, quam ut intervallorum ratio servetur. Saepe locorum veterum nomen ad proximam sedem transiit. Cf. Indic. Gener. t. II. p. 587 med. Gail

10) *Συμβόλων λιμήν*. Straboni VII. p. 475 Alm. Ait Strabo

στάδιοι εἴκοσι καὶ πεντακόσιοι. καὶ ἔνθεν ἐς Χερρόνησον [11] τῆς Ταυρικῆς, ὀγδοήκοντα καὶ ἑκατόν. ἀπὸ δὲ Χερρονήσου ἐς Κερκινῖτιν [12], στάδιοι ἑξακόσιοι, καὶ ἀπὸ Κερκινίτιδος ἐς Καλὸν

ricum, stadia quingenta et viginti, et inde ad Cherronesum Tauricae, centum et octoginta. A Cherroneso ad Cercinitim, sta-

ibid., esse M. circiter stadia a Symbolorum portu ad Theodosiam; apud Arrianum 1320 colligo. — De intervallo a Lampade concinit Anonym. B: nam a Lampade ad Criu-Metopon 220 numerat, et inde ad Symbolorum portum 300. Gail.

11) *Χερρόνησον*. Hod. Sebastopol. De stad. 180 concinit Anonym. B. — Habet noster sigillatim 2200 stad. a Panticapaeo ad Chersonesum, Anonym. B. 2185, cum emendatione Bastii, Epistola crititica, p. 19. — Ait Strabo, p. 474 Almel., a fluvio Tyra ad Chersonesum urbem, praeternavigationem esse 4400. Apud Arrianum 4070 stadia colligo a Chersoneso ad septentrionale ostium Danubii. Sed plus distat Danubius a Chersoneso, quam Tyras; et quum dixerit Strabo, p. 469 Alm., stadia 900 esse ab Istro ad Tyram, si ab Arriani stadiasmo 4070 haec 900 detraxerimus, supererunt stadia 3170, quod multum discrepat a Strabonis summa. Sed videtur Arrianus in hac sui Peripli parte multum errare. Gail.

12) Carcinitem sinum et urbem Carcinem memorat Mela II. 1. (§. 4.) Huds. Vulgo *Κερκινῆτ.* et mox *Κερκινήτιδος*. Stad. 600 a Cherson. ad Carcinitem ponunt noster et Anonym. B., sed 1000 circiter stadia sunt. — Danvillius, Tzschuckius et Mannertus IV. 108 et 248, Carcinitem collocant in septentrionali ora Carcinitidis sinus, ad ostium Hypaciris fluvii, auctoribus, ut putant, Herodot. IV. 55 et Mela, II. 1, §. 4. Plures putant esse hod. Goeslewe vel Gjueslew; cf. Tschuck. ad Mel. not exeg. p. 23. Mannertus IV. 114, vult esse hod. Mariupol. Sed minime hic locus cadit in seriem geographicam Arriani, qui a Chersoneso urbe 600 stad. numerat ad Cercinitim, et 700 a Cercinitide ad portum Calum. Videtur noster suam Cercinitidem ponere circa prom. hod. Tarkhan (cuius nomen corruptela ipsissima nominis prisci videtur: sed ab hoc agnoscendo nimis recedebant viri docti). — Neque omnino repugnant Arriano Herodoti verba de fl. Hypaciri, qui *ἐκδιδοῖ κατὰ Καρκινῖτιν πόλιν*. Mihi videtur ibi *κατά* fere adhiberi pro *ἄντικρυς*; neque aliter Melae verba intelligo: Cercine, quam duo flumina Gerrhos et Hypaciris, uno ostio effluentia, adtingunt. Non usurpatur adtingunt pro praeterlabuntur; sed idem ibi valet ac spectant. Hanc interpretationem meam utriusque auctoris adstruit Herodotus ipse scribendo Scythiam pertingere usque ad Carcinitim, et statim adiiciendo partes extremas Scythiae a Tauris habitari, fere quasi Atticae pars prom. Sunio vicina ab externis teneretur, vel Iapygiae prom. extremum, non ab Iapygiis, sed externis habitaretur. (Herod. IV. 99, 100.) Illud comparandi genus parum quadraret Tauricae, totam peninsulam amplectenti. Imo Strabo ipse Tauros incipientes facit, non ab isthmo, sed a Chersoneso urbe (pag. 474 B, Alm.). De quo vid.

λιμένα[13], σκυθικὸν καὶ τοῦτον, ἄλλοι ἑπτακόσιοι. Ἐκ δὲ Καλοῦ λιμένος ἐς Ταμυράκην[14], τριακόσιοι· ἔσω δὲ τῆς Ταμυρά-

dia sexcenta, et a Cerciniti ad Calum, portum quoque scythicum, alia septingenta. A Calo portu ad Tamyracam, trecenta.

nostra ad Scymn. Fragm. tom. II, pag. 394, 395. Gail.

13) De situ huius portus parum constat inter recentiores. Iudicat Gossellinus ad Strab. T. III. p. 59, a Ptolemaeo Calum extra Cherson. Tauric., et in obposito litore, collocari: sed Melae Calum esse intra prom. Parthenium (Eski-Bouroun) et Criu-Metopon, de sorte qu'il est fort difficile de savoir où il était. Tzschuckium (ad Mel. n. exeg. II. p. 17) non fugit duos eiusdem nominis portus intelligendos esse, sed situm septentrionalis Cali parum sensit. Strabonem nempe, sed perperam emendatum, secuti plerique, in errorem abrepti sunt. Habet geographus l. VII. p. 474 A, Alm. (t. II. p. 28 Cor.): Ἐκπλέοντι δ' ἐν ἀριστερᾷ πολίχνη, καὶ ἄλλος λιμὴν Χερρονησιτῶν. Emendationem Casauboni, καὶ Καλὸς λιμήν, admisit cl. Corayus et comprobat Tzschuck. l. c. Calum portum vult Koehlerus, l. c. p. 616, esse hod. Akmétchit. Sed, quum aperte Cercinites prom. sit. hod. Tarkhan, et stadia 700 Arrianus et Anon. B numeraverint a Cercinite prom. ad Calum portum, ponendus est hic portus ad orientem hod. pointe de Sariboulatski, id est, iuxta Kourmat, eo potius, quod inde vere 300 stadiis sinus possit διήκειν in adversum prom. Tamyracem, Dromi partem orientalem. — Perturbatio locorum est ap. Ptolemaeum, apud quem orientale prom. Dromi, Cephalonesus, Calos portus, Tamyraea, Carcinites fl. Nempe Tamyraca ponenda erat ante Calum. — Quod adtinet ad alterum Calum Melae (Super eos [Tauricos] sinus portuosus et ideo Καλὸς λιμὴν adpellatus, promontoriis duobus includitur. Alterum Criu-Metopon... Parthenium alterum), voluit Harduinus ad Plin. IV, 26, §. 12, eum in Symbolorum portu (Balaklava) reperire: minime. Nullus cogitavit ibi sinum totum, nec vero portum intelligendum esse. Cf. Tzschuck. ad Mel. II, not. exeg. pag. 17, et Mannert. IV, 247. Videtur hic portus collocandus iuxta isthmum et urbem Perecop, ut sint 700 stad. a Carcinitide Arriani (prom. Tarkhan), et 300 a Calo portu ad Tamyracen. De numero 700 concinit Anonym. B Pont. Eux. Gail.

14) Ταμυράκην. Inde desinit noster penetrare in sinum, et recto itinere obversum litus petit. Nunc igitur liceat mihi recedere a sententia eruditissimi viri, qui mihi saepissime in hoc opere facem praetulit perutilem. Sic Koehlerus loc. cit. pag. 616: ... Mais Tamyrace est un promontoire de la Chers. Taurique, qui n'a rien de commun avec la Course d'Achille. At ipsissimi Dromi pars est Tamyrace. Ostendi supra Tauricae adscribendum esse Calum portum, unde διήκει sinus Carcinites ἐς Ταμυριάκους, ut ait Anon. B; διήκειν autem adhibetur de transitu solummodo. Imo Strabo, p. 473 Alm. ait Achillis Dromum τελευτᾶν πρὸς ἄκραν Ταμυράκην. Quae dicendi forma non perducit nos extra Dromum, sed intelligenda est ut horatianum desinit in piscem mulier formosa superne. Scripsisset Strabo κατὰ ἄκραν, si obpositum litus exprimere voluisset. Cf. su-

κης[15] λίμνη ἐστὶν οὐ μεγάλη καὶ ἔνθεν εἰς τὰς ἐκροὰς τῆς λίμνης[16], ἄλλοι τριακόσιοι. Ἐκ δὲ τῶν ἐκροῶν τῆς λίμνης ἐς Ἤονας[17], στάδιοι ὀγδοήκοντα καὶ τριακόσιοι· καὶ ἔνθεν ἐς ποταμὸν Βορυσθένην, πεντήκοντα καὶ ἑκατόν[18]. Κατὰ δὲ τὸν Βορυσθένην ἄνω πλέοντι, πόλις ἑλληνὶς, ὄνομα Ὀλβία[19], πεπόλισται. Ἀπὸ δὲ Βορυσθένους ἐπὶ νῆσον σμι[-21]κρὰν, ἐρή-

Intra Tamyracam palus est non admodum magna; et inde ad ostia paludis, trecenta alia. Ab ostiis paludis ad Eonas, stadia trecenta et octoginta; atque inde ad Borysthenem fluvium centum et quinquaginta. Per Borysthenem sursum naviganti urbs graeca, Olbia dicta, condita est. A Borysthene ad parvam quandam desertam nomineque carentem insulam, stadia sexa-

pra not. ad §. 19, 5. Adiicit tandem Anon. B, a Tamyrace παρήκειν Dromum, id est, continuo itinere. — Quae peninsula ap. Strab. habet ὕφορμον βλέποντα πρὸς τὴν ἤπειρον: doctiss. Koehlerus, suam minus felicem opinionem exsecutus, intelligit Calum portum, quem in Taurica cum Tamyrace collocat. Calum portum in eadem penins. repono, sed paullo ulterius ad orient. et septentr. Fateor me offendi, quod in litore arenoso et humili ὕφορμος et promontorium laudentur a Strabone. — Stadia 300 pariter (M. 40) ibi ponit Anon. B; quae revera reperiuntur ab hod. litore Kourmat ad obversum peninsulae promontorium. Gail.

15) Hoc est in interiore sinu Tamyraco. Stuck. p. 156. Koehler. l. c. p. 657, anceps est ubi Eonae collocandae sint, et Dromum Achillis iam ex orientali parte Eonas esse cogitat. Virum cl. abripuit falsus, quem voluit, situs Tamyraces in Tauricae litore, et impulit ad vertendum ἔσω δὲ τῆς Ταμυρ. λίμνη.., l'intérieur du golfe de Tamyraces est un lac... Iterum Koehl. p. 787: cela me paraît être le sens de ce passage, qui, traduit à la lettre, n'en a pas du tout; quasi haec palus eadem esset ac Carcinites sinus, obvius primum intrantibus. Ceterum cum viro docto clamandum est, obscurum esse hunc locum, imo agnosci lacunas locorum et intervallorum. Gail.

16) Suntne ostia proximae paludis! Quis non credat! At nullam reperio in tab. Gautterii aperturam in orientali parte Dromi Achillis. — Ceterum suspecti ibi numeri, imo aperte meudosi, quum 680 tantum stadia habeat noster ab orientali ad occidentale promontorium huius peninsulae, cui Anonymus B in duplici loco 1200 stad., M. 160 recte tribuit. Gail.

17) Hod. occidentalis pars insulae de Tendra. — Promontorium occidentale Dromi Achillis vocat Anonym. B. ἱερὸν ἄλσος τῆς Ἑκάτης. Gail.

18) Haec 150 stadia nos perducunt iuxta hod. Kilbourn. Cf. not. infra. Anonym. B Pont. Eux. 200 stadia numerat a Dromo Achillis ad Borysthenem. Gail.

19) Sic Strabo VII. pag. 470, Alm.: Πλεύσαντι δὲ τὸν Βορυσθένην σταδίους διακοσίους (Anon. B 240 stad.) ὁμώνυμος τῷ ποταμῷ πόλις· τί (rectius Cor. ἡ δ') ὃ αὐτὴ καὶ Ὀλβία καλεῖται. Cf. Casaub. ad Strab. l. c. Gail.

μην καὶ ἀνώνυμον, στάδιοι ἑξήκοντα[1]. καὶ ἔνθεν εἰς Ὀδησσὸν[2], ὀγδοήκοντα. ἐν Ὀδησσῷ ὅρμος ναυσίν. Ἀπὸ δὲ Ὀδησσοῦ ἔχεται Ἰστριανῶν λιμήν[3]· στάδιοι ἐς αὐτὸν πεντήκοντα καὶ

ginta; et inde ad Odessum, ubi statio navibus, octoginta. Odesso proximus, stadiorum ducentorum et quinquaginta intervallo distans, Istrianorum portus. Huic proximus Isiacorum portus,

1) νῆσον ..... ἀνώνυμον, στάδιοι ἑξήκοντα. Concinit Anonym. B Pont. Eux. de stadiasmo. Iam vidit Casaubonus ad Strab. p. 470 Alm., eamdem hanc insulam esse, ac illam de qua Strabo: καὶ νῆσος πρὸ τοῦ στόματος τοῦ Βορυσθένους, ἔχουσα λιμένα. Cf. et p. 472 extr. Strabonis epitomator eam adpellat Borysthenem. — Eius primus meminit Strabo ll. cc. Mela II. 7, 2: Leuce, Borysthenis ostio obiecta, parva admodum, et quod ibi Achilles situs est, Achillea cognomine. (Nam recte vidit doct. Koehlerus in Remarques sur les ant. du B. Cimm. p. 15, et iterum in Mém. de l'Ac. de Saint-Pétersb. tom. X. p. 549, hanc insulam vere intelligendam esse, diversam ab insula Istro obiecta, et illam Achilli pariter dicatam). Ptolemaeus eam primus vocat Borysthenim, III. c. 10; sic Strabonis Chrestom. p. 86 Huds., et p. 87, init. (non Βορυσθενὶς tamen, sed Βορυσθένης). Et tandem Marcianus Capella: Borysthenes, propter Achillis insulam eius sepulcro celebratam. Quae insula, cur deserta et nomine carens tandem fuerit, diserte aperit Koehlerus l. c. p. 550. De insula eadem uberius etiam vir doct. l. c. p. 629, 632, 633, et praesertim de adspectu physico, p. 627, 628. — Coniicit recte Gossellinus (ad Strab. gallic. vers. T. III. p. 52) hanc insulam esse hodiernam Berezan. [V. Koehler. l. l. p. 627: Beresanza, qui est d'après le témoignage d'Édrisi, le nom d'un bourg ou ville de la même contrée.] — Sed, si ita erit, nec mendosus fuerit Arriani et Anonymi numerus, coniiciendum est nostrum producere ostia Borysthenis usque ad hodiernum Otchakof, sicut ac Tanaim produxit usque ad Bosporum et Euxinum Pontum. Sin aliter, 360 stadia ad minimum numeranda fuissent ab ostio fluvii iuxta Kerson, ad insulam Berezan. Imo, quum 150 stadia tantum numeraverit noster ab Eonis ad Borysthenem, liquet hoc intervallum intelligendum esse ab extrema parte insulae Tendra ad Kilbourn. Quod sensit iam cl. Koehlerus l. c. p. 550, 551, sed non satis extra dubitationem habuit. Gail.

2) Forsan legendum Ὀρδησσόν ex Ptolemaeo III. 5. Stuck. Ordessus Plinio IV. 12, 26 et Ptolem. III. 10. — Stad. 80; sic Anon. B, recte, iudice Koehlero, l. c. p. 662. Collocanda Arriani Odessus inter Adji-Hassan et lacum quemdam, parum recedentem occidentem versus: eam ponit Koehler. ad ostium fl. Téligoul. Multo occidentalior contra hodierna Odessa. Cf. Mannert, IV. 241. Quid igitur de hisce? Des fouilles faites à Odessa prouvent que le port étoit anciennement habité, et réfutent l'opinion du périple d'Arrien et de plusieurs autres, qui ont avancé qu'à la place de ce port se trouvaient autrefois la mer et une rade pour les vaisseaux (Bulletin des sciences historiq. octob. 1827, p. 308). Gail.

3) Quaerendus est in imo sinu

διακόσιοι. Ἐνθένδε ἔχεται Ἰσιακῶν λιμήν[4]· στάδιοι ἐς αὐτὸν πεντήκοντα. καὶ ἔνθεν εἰς τὸ Ψιλὸν[5] καλούμενον στόμα τοῦ Ἴστρου, διακόσιοι καὶ χίλιοι[6]· τὰ δὲ ἐν μέσῳ, ἔρημα καὶ ἀνώνυμα[7]. Κατὰ τοῦτο μάλιστα τὸ στόμα[8], ἐπ' εὐθὺ πλέοντι ἀνέμῳ ἀπαρκτίᾳ ἰδίως τὸ πέλαγος[9], νῆσος πρόσκειται, ἣν τινα

stadiis quinquaginta distans. Inde ad Psilum, os Istri, mille et ducenta. Loca in medio deserta sunt, et nomine carent. In conspectu omnino huius ostii, [obvia] naviganti recta versus altum mare, secundum ventum aparctiam, adiacet insula, quam

ad septentrionem hodiernae Odessa. Hunc portum collocat Koehlerus iuxta hodiern. Odessa (in sua Carte d'une partie du Pont-Euxin, ad calc. laud. vol.), ubi Isiacorum portum reposuimus. Suspicor lapsum esse calami in doctiss. viri tabula. — Stadia totidem sigillatim Anonymus B. Gail.

4) *Ἰσιακῶν λιμήν.* Anon. B. mendose *εἰς Ἰακὼ λιμένα.* Stadia idem 90 pro 50 Arriani. — Collocari potest Isiacorum portus circa Odessa. Gail. De distantiae numero 250 Koehler l. l. p. 662: L'intervalle quoiqu'il paroisse trop grand, ne l'est peut-être pas dans la réalité, si l'on compte toutes les sinuosités de la côte que les navires des anciens étoient obligés de suivre dans leurs conrses.

5) *Ψιλόν.* Alii *στενόν* appellant. Huds.

6) *διακόσιοι καὶ χίλιοι.* Ab Isiacorum portu 1200 stad. habet Arrianus: apud auctorem Fragmenti supra laud., 1200 stadia sigillatim reperio. — Strabo, p. 469 B, Almel., stadia 900 ponit ab ore Psilo ad ostia Tyrae fluminis; haec numerum Arriani et Anonymi adstruunt, quum stadia 300 bene numerari possint a Tyra ad hod. Odessa, ubi Isiacorum portus videtur collocandus. — Os Psilum fort. hodierno Bouche Kilia. Gail.

7) Haec loca sunt apud Strabonem, 468 B, Alm. *ἡ τῶν Γετῶν ἐρημία . . . . . πεδιὰς πᾶσα, καὶ ἄνυδρος.* Quae sequuntur exscripsit ad verbum Anonymus B, p. 10 Huds., sed et alia aliunde sumsit. Coniicit Vossius ad loc. Anonymi, multa Arrianum mutuatum fuisse a Demetrio Calatiano, quamvis de auctore silet; Demetrio quidem Anonymus ipse ea tribuit, quae apud Arrianum hic reperiuntur. Gail.

8) *Κατὰ τοῦτο . . . τὸ στόμα.* Koehlerus l. c. p. 547: „Arrien „se trompe en plaçant l'île de „Leucé devant l'embouchure nom„mée Psilon, puisqu'il aurait dû „la placer devant le Kalonsto„ma." De situ huius insulae varia apud varios, et de auctoribus eam laudantibus, vid. l. c, p. 542—547; de magnitudine, forma et natura, vid. ibid. p. 600 sqq. et tab. geogr. ad calc. — Mendose ait Philostr. Heroic. p. 262 extr, distare illam a Thermodonte 2000 stadiis; sunt plura quam 5000, et fort. pro *διοχιλίους* leg. *πενταχισχιλίους.* Anon. B. *τὸ Ψιλὸν στ. τοῦ Ἴστρου.* Gail. Paulo post. Anon. B *πρόκειται.*

9) *ἀπαρκτίᾳ ἰδίως τὸ πέλαγος.* Anon. B in cod. et in edd. *ἀπαρκτιαιανιωατὸ π.* Vossius pro *ἰδίως* coniicit *ὡς.* Bast. Epist. cr. p. 28, lectionem *ἐναντίως τῷ πελάγει* refert, quam Abricantarum Episcopus in nota manuscripta

οἱ μὲν Ἀχιλλέως νῆσον, οἱ δὲ Δρόμον Ἀχιλλέως [10], οἱ δὲ Λευκὴν ἐπὶ τῆς χροιᾶς [11], ὀνομάζουσιν. ταύτην λέγεται Θέτις ἀνεὶ-

alii Achillis insulam, alii Dromon [Cursum] Achillis, alii Leucam [Albam] a colore adpellant. Hanc Thetis filio suo dedi-

vossianae editioni adposuerat. Has coniecturas haud immerito respuente Koehlero, l. c. not. 174, p. 733, cogitabam legi posse ἄνω ἐς τὸ π. Sed in vulgata lectione acquiescam, aut leg. ἰδίως ἐς τ.: nam H. Steph. in Thes. (col. 3536, ed. Lond.) ex Aristot., sed sine l. c., exhibet ἰδίως similliimum: ἰδίως καλεῖται βορέας. — Interdum πλεῖν simplex usurpatur pro comp. παραπλεῖν, ἀναπλεῖν, διαπλεῖν. Hanno, §. 6. t. I. p. 117: ἐπλεύσαμεν δώδεκα ἡμέρας, τὴν γὴν παραλεγόμενοι. Ibid. §. 2, p. 114 extr., substantivo πλοῦν utitur ratione simili: τήν τε λίμνην παραλλάξαντες (sic enim leg.) ὅσον ἡμέρας πλοῦν (pro παραπλοῦν). Habet noster πλέοντι τὸ πέλαγος. Sic Strabo, p. 470 (VII. c. 3, 17, Cor.): πλεύσαντι δὲ τὸν Βορυσθένη. Fateor epitomatorem in respondente loco, p. 86 Huds., exhibere ἀναπλεύσαντι; sed dubium utrum id reponendum sit apud Strab., an vere scripserit geographus πλεῖν pro ἀναπλεῖν. Anon. B Pont. Eux. p. 7 Huds.: ἐπ' εὐθείας πλέοντι τὸν ἰσθμὸν (pro διαπλέοντι. Vid. not. ad l.). Gail.

10) οἱ δὲ Δρόμον Ἀχιλλέως. Ceteri scriptores [si Anon. B excipias. G.] Achillis insulam, Leucam dictam, ab Achillis Dromo separant. Huds. Viri docti plurimi, inter quos editores arrianei Peripli Pont. Eux., Stuck. Schol. p. 159, Hudsonus ad l., et insuper Valesius in Ammian. Marcell. l. 22, c. 8. Arriano quum exprobraverunt confusas Achillis insulam, Achillis Dromum, ins. Leucen, ostendit Koehlerus in Mém. sur la Course d'Achille, p. 547, 612 et 621, non Arriani ipsius, sed navigantium quorumdam opinionem ibi referri, et rectius Stephano Byz. (voc. Ἀχιλλ. Δρόμος, hanc perturbationem a Valesio (vid. Koehl. not. 175, p. 733) tributam fuisse. — Ceterum ait Strabo, p. 473 Alm. longitudinem huius Dromi esse 1000 circiter stadiorum. Valde discrepat Arrianus, quum 300 stadia a Tamyrace ad paludis ostia habeamus, 380 inde ad Eonas, quod 680 stadia tribuit longitudini huius peninsulae. 700 habet fragment. B Pont. Eux. De quo cf. Koehl. l. c. p. 618 sq.— Achillis Dromos, τὰ Ἄδαρα Constant. Porphyr. Admin. imp. lib. XLII. c. 113; Dandareon Geogr. Ravenn. l. V. c. 11; hodie Tandara, vel Tentra, ex proximis supra nominibus. Cf. Koehler. l. c. p. 617. Gail. — De Achille illo, a quo et insula Leuce et peninsula dicta Dromos, fuit appellata, vide Eustathium ad Dionys. vs. 336. Huds. Cf. laudatt. ad Scyl. t. I. p. 446. De Achillis in ins. Leuce habitatione cf. Eurip. Androm. 1238 ed. Matth., Iph. Taur. 422 Geogr. Ravenn. l. VI. c. 19 et doct. Koehler. l. c. p. 534 et 607. De variis causis huius adpellationis Λευκή, vide Koehler. eumdem, ibid. p. 557 et 607; de variis nominibus antiquis, ibid. p. 556, de recentioribus p. 611. Hod. Ilan Adassi. — De templo et hodiernis ruinis cf. ibid. p. 562, 563, et inprimis 602 sqq. Gail.

11) Lectionem fragmenti Pont. Eux. ἀπὸ τῆς χροιᾶς, laudat Vossius ad l. p. 154 Gronov.; sed non emendandum Arrianum pro-

ναι τῷ παιδί· καὶ ταύτην οἰκεῖν τὸν Ἀχιλλέα[12]. *καὶ νεώς ἐστιν ἐν αὐτῇ τοῦ Ἀχιλλέως, καὶ ξόανον τῆς παλαιᾶς ἐργασίας. Ἡ δὲ νῆσος ἀνθρώπων μὲν ἐρήμη*[13] *ἐστὶν, νέμεται δὲ αἰξὶν οὐ πολλαῖς· καὶ ταύτας ἀνατιθέναι λέγονται τῷ Ἀχιλλεῖ ὅσοι προσίσχουσιν. καὶ*[14] *ἄλλα πολλὰ ἀναθήματα ἀνάκειται ἐν τῷ νεῷ, φιάλαι καὶ δακτύλιοι, καὶ λίθοι τῶν πολυτελεστέρων. Ταῦτα σύμπαντα χαριστήρια τῷ Ἀχιλλεῖ ἀνάκειται, καὶ ἐπιγράμματα*[15], *τὰ μὲν ῥωμαϊκῶς, τὰ δὲ ἑλληνικῶς, πεποιημένα ἐν ἄλλῳ καὶ ἐν ἄλλῳ μέτρῳ, ἔπαινοι τοῦ Ἀχιλλέως. ἔστιν δὲ ἃ καὶ τοῦ Πατρόκλου*[16]· *καὶ γὰρ καὶ τὸν Πάτροκλον τιμῶσιν σὺν τῷ Ἀχιλλεῖ,*

casse, eamque Achilles inhabitare fertur; in qua templum est Achillis, simulacrumque antiquo opere. Deserta est ab hominibus insula, eamque caprae non admodum multae depascuntur; quas qui illuc adpellunt, Achilli offerre dicuntur. Multa praeterea alia sacra dona in templo illo reposita cernuntur, ut phialae, annuli, gemmae pretiosissimae. Haec omnia donaria sunt Achilli consecrata; et inscriptiones [leguntur] graecae et latinae, variis metris, in Achillis laudem: sunt etiam nonnullae in Patroclum. Nam simul et Patroclum colunt cum Achille, qui Achilli

ponit, quamvis Hudsonus Vossio haec verba (sua potius) tradiderit: Forsan legendum *ἀπὸ τῆς χροιᾶς*, ut habetur in fragm. Pont. Eux. Ut ut est, utramque lectionem multa adstruunt. De *ἐπί* cum simili usu cf. Sylburgii Indic. ad Dionys. Antiq. rom. voc. *ἐπί*; Siebelis Symb. crit. p. 10 et Matthiae Gramm. gr. §. 584, pag. 856. Quum adhibetur *ἀπό*, sensus est sumendi ex aliquo; τὸ *ἐπὶ* contra idem fere valet ac gallice, se modeler sur quelqu'un, se componere ad similitudinem nominis alicuius. Τὸ *ἐπὶ* proprie erit dictum de rebus animatis, *ἀπό* de rebus inanimatis, quamvis haec analogia saepe violatur, ut in Dionys. Halicarn. Antiq. rom. II. p. 186 lin. 34 (t. II. p. 262 R.) *ὄνομα δὲ κοινὸν ἅπαντες .... ἔσχον Κελτοὶ .... ἐπὶ τῆς ὀξύτητος τῶν ὑπηρεσιῶν*, et in Arriani loco hocce. Gail.

12) *οἰκεῖν Ἀχιλλέα.* Achillis et heroum animas illic obversari dicit Dionysius, v. 545. Huds.

13) *ἀνθρώπων .... ἐρήμη.* Restricte haec intelligenda sunt: de quo Koehlerus, l. c. p. 564: Si les anciens auteurs nous disent que l'île d'Achille était déserte et sans habitans, il ne s'ensuit pas que le temple n'ait eu ni prêtres, ni gardiens. Cf. ibid. p. 605 et 619. Gail.

14) *καὶ γὰρ καὶ.* Anon. B.

15) Cf. Philostr. Heroic. p. 250 — 252, et Koehl. l. c. p. 574. Gail.

16) *Πατρόκλου.* Non unus aderat Patroclus, at simul Aiax uterque et Antilochus. Cf. Pausan. Laconic. c. 19. §. 11, et Koehler. l. c. p. 563. — *τῷ Ἀχιλλεῖ χαρίζεσθαι.* Eamdem ob causam Thessali Patroclum invocabant, . . . *ὡς καὶ τοῦτο ἐς χάριν τῷ Ἀχιλλεῖ πράττοντες* (Philostr. Heroic. p. 236 fin.). Gail.

ὅσοι τῷ Ἀχιλλεῖ χαρίζε[-22]σθαι ἐθέλουσιν. Ὄρνιθες δὲ πολλοὶ [1] αὐλίζονται ἐν τῇ νήσῳ, λάροι, καὶ αἴθυιαι, καὶ κορῶναι αἱ θαλάσσιοι, τὸ πλῆθος οὐ σταθμητοί· οὗτοι οἱ ὄρνιθες θεραπεύουσιν τοῦ Ἀχιλλέως τὸν νεών [2]. ἔωθεν ὁσημέραι καταπέτονται εἰς τὴν θάλασσαν· ἔπειτα ἀπὸ τῆς θαλάσσης βεβρεγμένοι τὰ πτερὰ, σπουδῇ αὖ εἰσπέτονται εἰς τὸν νεών, καὶ ῥαίνουσιν [τὸν νεών] [3]. Ἐπειδὰν δὲ καλῶς ἔχῃ, οἵδε ἐκκαλλύνουσιν αὖ τὸ ἔδαφος τοῖς πτεροῖς. Οἱ δὲ καὶ τάδε ἱστοροῦσιν· τῶν προσεσχηκότων τῇ νήσῳ, ἱερεῖα τοὺς μὲν ἐξεπίτηδες [4] πλέοντας ἐς αὐτὴν, ἐπὶ ταῖς ναυσὶν κομίζειν, καὶ τούτων τὰ μὲν καταθύειν, τὰ δὲ ἀφιέναι [5] τῷ Ἀχιλλεῖ· τοὺς δέ τινας ὑπὸ χειμῶνος ἐξαναγκασθέντας προσέχειν· καὶ τούτους παρ' αὐτοῦ τοῦ θεοῦ αἰτεῖν ἱερεῖον, χρωμένους ἐπὶ τῶν ἱερείων, εἰ λῷον σφίσιν καὶ ἄμεινον θῦσαι, ὅ τι περ αὐτοὶ τῇ γνώμῃ ἐπιλέξαιντο νεμόμενον, τιμὴν ἅμα καταβάλλοντες

placere cupiunt. Aves quoque innumerabiles, ut lari, mergi [sive fulicae], coturnices marinae, in insula illa degunt: hae aves templum Achillis curant. Mane singulis diebus ad mare volitant, indeque, alis aqua madefactis, ad templum iterum properando advolant, illudque adspergunt. Ubi autem id satis peractum fuerit, illae rursus alis pavimentum mundant. A nonnullis haec alia etiam traduntur: eorum qui ad insulam adpellunt, alios ex proposito ad illam navigantibus secum victimas immolandas in navibus portare, quarum alias mactant, alias [vivas] in Achillis honorem dimittunt: alios autem quosdam tempestate coactos adpellere, eosque ab ipso deo victimam petere, oraculum illius interrogantes de victimis, expediatne, meliusque sit eam hostiam immolare, quam pascentem ipsi ad arbitrium delegerint;

1) De avibus ibi permultis vide Koehl. l. c. p. 557, 602 et laudatt. auctt. not. 251, 252, p. 739. *Λευκοὺς ὄρνιθας* hic collocat Philostr. Heroic. pag. 246 extr. Boiss. Gail.

2) *Θεραπεύουσιν . . . τὸν νεών.* De simili avium erga templa quaedam veneratione cf. Koehl. l. c. p. 564, 565. Gail.

3) *καὶ ῥαίνουσι τὸν νεών.* Iteratione nimia ibi vocis *νεών* adducimur ad suspicandum haec esse glossam vel ex margine, vel ex lineae interstitio, adductam, Quae praeteriit omnino Borhekius in suo textu, nescio utrum ex proposito, an incaute. Forsan sistebat phrasis post *καὶ ῥαίνουσι*, quod implere voluit nescio quis. Coniici potest lectio *ῥαίνουσιν αὐτόν*. Gail.

4) *τοὺς μὲν ἐξεπίτηδες.* Ex proposito. Nam testatur Maxim. Tyr. Dissert. XV. p. 173, plerumque eos tantum illuc adpellere, qui sacrificandi gratia deveniebant. Cf. Koehl. l. c. pag. 567. Gail.

5) *τὰ δὲ ἀφιέναι.* Alios vero Achilli liberos dimittunt, Turnebo interprete. Huds.

τὴν ἀξίαν σφίσιν δοκοῦσαν. Εἰ δὲ ἀπαγορεύοι ὁ χρησμὸς (εἶναι γὰρ χρησμοὺς ἐν τῷ νεῷ), προσβάλλειν τῇ τιμῇ· εἰ δὲ ἔτι ἀπαγορεύοι, ἔτι προσβάλλειν· συγχωρήσαντος δὲ, γιγνώσκειν ὅτι ἀποχρῶσα ἡ τιμή ἐστιν. τὸ δὲ ἱερεῖον ἵστασθαι ἐπὶ τῷδε αὐτόματον, μηδὲ ἀποφεύγειν ἔτι. Καὶ τοῦτο δὴ πολὺ ἀνακεῖσθαι τὸ ἀργύριον τῷ ἥρῳ τὰς τιμὰς τῶν ἱερείων. Φαίνεσθαι δὲ ἐνύπνιον τὸν Ἀχιλλέα, τοῖς μὲν προσχοῦσι τῇ νήσῳ, τοῖς δὲ καὶ πλέουσιν, ἐπειδὰν [23] οὐ πόῤῥω αὐτῆς ἀπόσχωσιν[1], καὶ φράζειν ὅπου προσχεῖν τῆς νήσου ἄμεινον, καὶ ὅπου ὁρμίσασθαι. Οἱ δὲ καὶ ὕπαρ λέγουσιν φανῆναί σφισιν, ἐπὶ τοῦ ἱστοῦ, ἢ ἐπ' ἄκρῳ τοῦ κέρως, τὸν Ἀχιλλέα, καθάπερ τοὺς Διοσκούρους. τοσοῦνδε μόνον τῶν Διοσκούρων μεῖον ἔχειν τὸν Ἀχιλλέα, ὅσον οἱ μὲν Διόσκουροι τοῖς πανταχοῦ πλωΐζομένοις ἐναργεῖς φαίνονται, καὶ φανέντες σωτῆρες γίνονται· ὁ δὲ τοῖς πελάζουσιν ἤδη τῇ νήσῳ. οἱ δὲ καὶ τὸν Πάτροκλόν σφισιν ὀφθῆναι ἐνύπνιον λέγουσιν. Τάδε μὲν ὑπὲρ τῆς νήσου τῆς τοῦ Ἀχιλλέως, ἀκοὴν ἀνέγραψα, τῶν ἢ αὐτῶν προσχόντων, ἢ ἄλλων πεπυσμένων· καί μοι δοκεῖ οὐκ ἄπιστα εἶναι. Ἀχιλλέα γὰρ ἐγὼ πείθομαι, εἴπερ τινα καὶ ἄλλον, ἥρωα εἶναι, τῇ τε εὐγενείᾳ

5) *Ἀντικίνωλιν*. Straboni *Ἀντικίμωλιν* Ex hoc loco patet, quomodo emendandus sit Marcianus p. 72. Huds. Mendose vulgo vertunt: Locus est, unde solvuut navigantes ad vicum Anticinolin. Respicit *εἰς* ad stationem reconditam, quae insulam versus oppositam petenda erat. Rectius sensit Mannert VI. III. p. 18. Interdum portum in obversis locis civitates habent, ut Tyrus insulae *λιμένα ἀπὸ γῆς* (Scylac. T. I. p. 303 init. Cf. adnot.): Didymae urbi Strabo (pag. 257 C, Amstelod.) tribuit *ἐπίνειον . . . ἐν περαίᾳ τῆς ἠπείρου*. — De stadiasmo conf. pag. 69 et de proximo ad potamos, pag. 78. Gail. In Menippo Marcian. edendo Hoeschelius posuit post: *Κίνωλιν κώμην καὶ ποταμὸν* signum asterisci; Vossius autem supplevit post *ποταμὸν* stadia *ξ*, et haec recepit recte Miller. Hoeschelius haec: „Asteriscus ante *ἔχει* tolli potest, si verba seq. *ἔχει δὲ καὶ ὕφορμον* parenthesi includantur.“ Cum primo Menip-

Κινώλης εἰς Στεφάνην, κώμην καὶ λιμένα[6], στάδια ρπ΄, μίλια κδ΄[7]. Ἀπὸ δὲ Στεφάνης εἰς Ποταμοὺς χωρίον, στάδια ρν΄, μίλια κ΄. Ἀπὸ δὲ τῶν[8] Ποταμῶν εἰς Συριάδα Ἀκρουλεπτὴν στάδια ρκ΄[9], μίλια ιή. Ἀπὸ δὲ Συριάδος Ἀκρουλεπτῆς κόλπος ἐκδέχεται. εἰσπλεύσαντι δὲ αὐτὸν εἰς Ἁρμένην, κώμην καὶ λιμένα μέγαν, στάδια ξζ΄[10], μίλια ί· ἔστι δὲ παρὰ τὸν λιμένα ποταμὸς Ὀχθομανὴς[11] ὀνόματι[12]. Ἀπὸ δὲ Ἁρμένης εἰς Σινώπην, Μιλησίων ἄποικον, στάδια μ΄, μίλια έ Ľγ΄. κεῖται δὲ ἐπὶ

Cinole ad Stephanen vicum et portum, stadia CLXXX, milia XXIV. A Stephane ad Potamos (Fluvios) castellum, stadia CL, milia XX. A Potamis ad Syriada Acrulepten [promontorium], stadia C, milia XVIII. Syriada Acrulepten sinus excipit: penetranti in illum ad Harmenen, vicum et portum magnum, stadia LXVII, milia X: iuxta portum fluvius est nomine Ochthomanes. Ab Harmene ad Sinopen, Milesiorum coloniam, stadia XL, milia V½. Ad extre-

pum ederem, adsentirer Hoeschelio, sed sine iure. Si autem post Ἀντικίνωλιν legeremus στάδια ξ΄, sicuti apud Menippum Marcian. vulgo habemus, valde erraremus. Hoc loco numerus plane expungendus est. Noster Anonymus verum nobis indicat, quod etiam apud Menippum distantia emendata ἀπὸ Ἀμάστριδος εἰς Σινώκην στάδιοι ανν΄ pro vulg. αψν΄ confirmat. Hic numerus repugnat duplicem numerum ξ΄. Itaque iterum Menippo edendo sequebar nostrum Anonymum, quem alii neglexerunt, cum mendo ἄλλοι ἑξήκοντα apud Arrianum se falli passi sint.

6 Schol. ad Apoll. argon. II. 918: Στεφάνην, τὴν ἄκραν. — Pro λιμένα „forsan verius Arrianus et Anon. ὕφορμον scribere potuisset“ dicit Gail., cui vero non adsentior.

7) Menippus Marcian. εἰς Στεφάνην κώμην στάδια ρν΄ ὅρμος ἐνθάδε. Ἀπὸ δὲ Στεφάνης κ. τ. λ. Arrianus: ἐς Στεφάνην ὀγδοήκοντα καὶ ἑκατόν· ὅρμος ναυσὶν ἀσφαλής. Ἀπὸ δὲ Στεφάνης κ. τ. λ.

8) Vulgo τοῦ, quod Gail. emendavit.

9) Ἀκρουλεπτήν. Scribe Ἄκραν λεπτήν. tam hic quam infra, ex Marciano et Arriano. Huds. In vulgata lectione acquiesco, quum corruptio nominis ibi propria videatur aetatis, qua vixit scriptor, vel epitomator huius fragmenti. Sic Ποτίστεα, nomen recentius veteris Ποσείδειον p. 4; Ἀμάστρη, olim Ἄμαστρις, p. 5; Κινώλη, olim Κίνωλις, p. 7; Εὔεχος, olim Εὔαρχος p. 8. — Supra Συριάδα reposui pro Συριάδος, analogiam, et Marcianum p. 72 Huds. ducem secutus. — Vulgo stadia ρ΄, quod recte ex Menippo et Arriano em. Gail.

10) στάδια ξζ΄. Stadia ἑξήκοντα Arriano, στάδια ν΄ Marciano. Huds.

11) Ὀχθομανής. Ὀχοσβάνης Marciano. Huds. Hunc locum Arrianus ignorat. Scylax eundem p. 33 Ὀχέσαινος appellat.

12) Menippus rectius ὄνομα.

τῶν ἄκρων νησίον, ὃ καλεῖται Σκόπελος [13]. ἔχει δὲ διέκπλουν τοῖς ἐλάττοσι πλοίοις· τὰ δὲ μείζονα περιπλεῖν δεῖ, καὶ οὕτω καταίρειν εἰς τὴν πόλιν. εἰσὶ δὲ τοῖς περιπλέουσι τὴν νῆσον πλείους ἄλλοι σταδιοι μ΄ [14], μίλια ε΄ Ι΄γ΄. Σινώπη δὲ ἐπώνυ[8]μός ἐστι μιᾶς τῶν Ἀμαζόνων. πλησίον χωρίον ἦν ποτὲ μὲν [1] τὸ πρὶν ᾤκουν εὐγενεῖς ὄντες Σύριοι, μετὰ ταῦτα δὲ, ὡς λέγουσιν, Ἑλλήνων ὅσοι ἐπ᾽ Ἀμαζόνων [2] διέβησαν· Αὐτόλυκός τε καὶ σὺν .... Δηλέων καὶ Φλόγιος [3], ὄντες Θετταλοί. ἔπειτα Ἀμβρῶν τῶ [4] γένει μιλήσιος· ὑπὸ Κιμμερίων οὗτος ἀναιρεῖσθαι δοκεῖ. μετὰ Κιμμερίους Κῶος, πάλιν δὲ Κριτίνης [5], οἱ γενόμενοι φυγάδες τῶν [6] Μιλησίων. οὗτοι δὲ συνοικίζουσιν αὐτὴν, ἡνίκα ὁ Κιμμερίων στρατὸς κατέδραμε τὴν Ἀσίαν.

Ἀπὸ δὲ Σινώπης εἰς Εὔαρχον ποταμὸν, ἤδη Εὔηχον λε-

mitates iacet insula parva, Scopelus nominata, quae transitum quidem praebet minoribus navigiis: sed maiora [illam] circumnavigare oportet, et hoc modo ad urbem adpellere. Insulam circumnavigantibus alia adhuc stadia sunt XL, milia V ½. Sinope cognominis est uni Amazonum. Finitima erat olim regio, quam possidebant nobiles Syri, deinde Graeci, ut aiunt, quotquot huc Amazonas bello petentes venerant; Autolycus et cum ipso Deleon et Phlogius, Thessali origine: post hos Ambron, gente Milesius, qui a Cimmeriis interemtus creditur: post Cimmerios Cous, deinde et Critines, qui a Milesiis in exilium missi erant. Illi urbem condiderunt, quum Asiam vastaret Cimmeriorum exercitus.

A Sinope ad Evarchum fluvium, nunc Evechon adpellatum,

13) *Σκόπελος*. Marciano *Σκόπηλος*; ex quo desumpta sunt sequentia. Huds.

14) A verbis *κεῖται δὲ* usque ad *σταδιοι μ΄* omnia leguntur apud Menippum, qualem habemus. Quae sequuntur apud Menippum, neque reperis ap. Anon. nostrum, neque apud Arrianum. Idem quae deinde Anonymus noster praebet, hic solus habet, praeter Scymnum v. 204 sqq.

1) *πλησίον χωρίον ἦν ποτὲ μὲν τὸ πρὶν ....* Potius *ὧν πλησίον χώρ᾽ ἦν ποτέ, ἦν τὸ πρὶν ....* ut (Holstenius) in Scymno Fragm. vs. 205. 206. Huds.

2) *ἐπ᾽ Ἀμαζόνων*. *Ἐξ Ἀμ.* in ms. Huds.

3) Vulgo *Συνδιλεῶν*. Fort. *σὺν αὐτῷ Δηλέων* ... Holst. *σὺν Δηλέωντι Φλόγιος*. Apollon. Rhod. II. 958: *Δηλίων τε καὶ Αὐτόλυκος Φλόγιός τε*. Valerio Flacco V. vs. 115: Autolycum, Phlogiumque et Deilonta. Huds.

4) In cod. *Ἀμβρώντας γένει*.

5) *Κριτίνης*. Hinc forsan emendandus Stephanus voc. *Σινώπη*. Huds.

6) Vulgo *τοῦ*.

γόμενον, στάδια π', μίλια ις' Λ'γ'. οὗτος ὁ Εὔαρχος πολλὴν[7] ὁρίζει Παφλαγονίαν καὶ τὴν ἐχομένην Καππαδοκίαν. οἱ παλαιοὶ[8] τὴν Καππαδοκίαν καθήκειν βούλονται μέχρι τοῦ Εὐξείνου Πόντου· τινὲς δὲ αὐτοὺς Λευκοσύρους ἐκάλεσαν[9]· νυνὶ δὲ μετὰ τὴν Παφλαγονίαν τὰ ἐχόμενα μέχρι τῶν βαρβαρικῶν ὁρίων ἰδίως Πόντος καλεῖται. διῄρηται δὲ εἰς ἐπαρχίας δύο. Ἀπὸ δὲ Εὐάρχου ποταμοῦ εἰς Καροῦσαν[10], ἐμπόριον καὶ λιμένα[11] τοῖς ἀφ' ἑσπέρας ἀνέμοις, πρῶτον Πολίχνιον ὠνομασμένον, στάδια ὁ', μίλια θ' Λ'γ'. Ἀπὸ δὲ Καρούσας εἰς Γουρζούβανθον[12] στάδια ξ', μίλια η'. Ἀπὸ δὲ Γουρζουβάνθου εἰς Γά[-9]ζουρον[1] χωρίον, ἤδη Καλίππους[2] λεγόμενον, στάδια ρν', μίλια κ'. Ἀπὸ δὲ Γαζούρου εἰς Ζάληκον, ποταμὸν καὶ κώμην ἀλίμενον, στάδια ϛ'[3], μίλια ιβ'. Ἀπὸ δὲ Ζαλήκου ποταμοῦ εἰς Ἅλυν ποταμὸν πλωτὸν,

stadia LXXX, milia XVI½: hic fluvius Evarchus Paphlagoniam et finitimam Cappadociam disterminat. Veteres enim Cappadociam porrectam esse volunt usque ad Euxinum Pontum: nonnulli illos [Cappadocas] Leucosyros adpellarunt. Nunc vero quae Paphlagoniam proxime excipiunt usque ad fines barbaricos, proprie Pontus vocantur: dividitur autem in duas praefecturas. Ab Evarcho fluvio ad Carusam emporium cum portu, olim Polichnion [Oppidulum] dictum, quod flantibus ventis occidentalibus adire licet, stadia LXX, milia IX½. A Carusa ad Gurzubanthum, stadia LX, milia VIII. A Gurzubantho ad Gazurum castellum, nunc Calippos adpellatum, stadia CL, milia XX. A Gazuro ad Zalecum, fluvium et vicum importuosum, stadia XC, milia XII. A Zaleco fluvio ad Halym, fluvium navigabilem, stadia CCX, milia

7) *Πολλὴν* vocem suspectam putavit Gailius.

8) Gaillus scr. *οἱ παλαιοὶ γὰρ τὴν*.

9) Conf. schol. ad Apollon. argon. II. 946. 964.

10) Menippus et Anonymus noster a verbis *ἀπὸ δὲ Σινώπης* usque ad *εἰς Καροῦσαν* consentiunt.

11) *εἰς Καροῦσαν ἐμπ. καὶ λ.* In Marciano *ἔχει δὲ καὶ λιμένα τοῖς . . .* Huds.

12) Vulgo *Γουρζουβάνθον*. Hunc locum et Menippus et Arrianus ignorant. Hic distantiam urbis Sinopes et Carusae, et Zagorae indicat, ille consentit cum Anonymo nostro, excepto loco Gurzubantho, quem non novit.

1) Vulg. lectionem *Γάζουρον*, et mox *Γαζούρου* retinui. Gailius scripsit *Ζάγωρον* et mox *Ζαγώρου*.

2) Vulg. lectionem *Καλίπποι* tentavit Gail., conficiens *Καλίππον* esse scribendum.

3) *στάδια ϛ'*. Noster 90 stadia numerat; Marcianus 120, apud quem *ρν'*, 150 coniicit Hudsonus. Cf. nostra ad Arrian. p. 113 med. Gail.

στάδια σί[4], μίλια κή. οὗτος ὁ Ἅλυς ποταμὸς πάλαι μὲν ὅρος ἦν τῆς Κροίσου βασιλείας καὶ τῆς Περσῶν, νῦν δὲ ὑπὸ τῶν[5] Ῥωμαίων ἐπικράτειαν ῥέει[6], οὐκ ἀπὸ μεσημβρίας, ὡς λέγει Ἡρόδοτος, ἀλλ' ἀπὸ ἀνίσχοντος ἡλίου. καθότι δὲ εἰσβάλλει εἰς τὸν Πόντον, ὁρίζει τὰ Σινωπέων[7] καὶ Ἀμισηνῶν ἔργα[8]· τριακόσια[9] δὲ στάδια ἀπέχων τῆς Ἀμισοῦ, μεταξὺ Σύρων τε καὶ Παφλαγόνων φερόμενος εἰς τὸν Πόντον ἐξεισιν. Ἀπὸ δὲ Ἅλυος[10] ποταμοῦ εἰς τὸν Ναύσταθμον[11], ἐν ᾧ καὶ λίμνη ἐστὶ, στάδια μ'[12], μίλια ε' L'γ'. Ἀπὸ δὲ Ναυστάθμου λίμνης εἰς Κωνώπιον[13] λίμνην, στάδια ν', μίλια ς' L'ς'. Ἀπὸ δὲ Κωνωπίου

XXVIII. Hic fluvius Halys olim regni Croesi et Persarum terminus fuit, nunc vero sub Romanorum imperio fluit, non a meridie, ut Herodotus inquit, sed ab ortu solis: ubi autem in Pontum exit, Sinopensium et Amisenorum agros separat: trecentis vero stadiis ab Amiso distans, inter Syros et Paphlagonas fluens, in Pontum se exonerat. Ab Halyi fluvio ad Naustathmum, ubi et palus est, stadia XL, milia V½. A Naustathmo palude ad Conopium paludem, stadia L, milia VI½. A Conopio palude ad

4) Ἀπὸ δὲ Ζαλήκου . . . . πλωτὸν item Menippus habet, sed deinceps στάδια ρν'. Zalecum Arrianus non habet.

5) Fort. τὴν τῶν. Gail.

6) ἐπικράτειαν. In Arriano (p. 16 in.) ἐπικρατείᾳ, in quo etiam, ut et in Anonymi ms., ῥέει verbis praecedentibus iungitur, non sequentibus. Huds.

7) Vulgo Σινώπης. Lectionem Arrian. recepit Gailius.

8) οὗτος ὁ Ἅλυς . . . . καὶ Ἀμισηνῶν ἔργα ex Arriano, qualem nunc habemus, hausta sunt.

9) τριακόσια . . . Unde habeat quae mox sequuntur, plane nescio. Huds. Menippus ipse fons Anonymi esse videtur; sed etiam Apollodori libri Ponticorum (οἱ τῶν Ποντικῶν), conf. schol. ad Apoll. argon. II. 159; sive Andronis periplus Ponti (ὁ περίπλους τοῦ Πόντου), conf. ib. II. 946. 354, sive Asclepiadis libri Bithyniacorum (τὰ Βιθυνίακα) conf. ib. II. 789, sive Alexandri opus geogr. Ἀσία vel περὶ Πόντου Εὐξείνου cf. Steph. Byz.; sive Arr. periplus communis fons esse possunt.

10) ἀπὸ δὲ Ἅλυος. Cf. Marcianum, p. 74, et Arrianum pag. 16. Huds.

11) εἰς τὸν Ναύσταθμον. Recte noster scribit τόν, nec vero τήν: non tam enim urbs erat Naustathmus, quam navale. Marcian. p. 74 Huds.: ἀπὸ Ἅλυος . . . εἰς λίμνην καὶ . . . σάλον, ὃς καλεῖται Ναύσταθμος . . . — Mox Naustathmum et Conopium paludes vocat, quod paullulum ab Arriano recedit, sed non a Marciano: ἀπὸ Ναυστάθμου εἰς ἑτέραν λίμνην καλουμένην Κωνώπιον. — Apud nostrum καί exprimit esse paludem praeter navale ipsum, ναύσταθμον, proprio nomine insignitum. Gail.

12) στάδια μ'. Cf. ad Arrian. p. . . .

13) Κωνώπιον. Vulgo Κωνώπειον [et mox Κωνωπείου]: scribendum foret Κωνωπεῖον, ut ap. Arrian., nisi Marciani lectio Κω-

λίμνης εἰς Εὐσήνην, τὴν καὶ Δαγάλην λεγομένην, στάδια ρ', μίλια ις'. Ἀπὸ δὲ Εὐσήνης εἰς Ἀμισὸν[14] πόλιν στάδια ρξ, μίλια κά Δ'. Ἀμισὸς, πόλις ἑλληνὶς, Ἀθηναίων[15] ἄποικος, ἐπὶ θαλάσσῃ οἰκεῖται, ἐν τῇ Λευκοσύρων γῇ[16] κειμένη[17], Φωκαέων ἀποικία. τέσσαρσι γὰρ πρότερον ἔτεσιν οἰκισθεῖσα τῆς Ἡρακλείας, ἔλαβεν ἰωνικὴν κτίσιν. κατὰ δὲ τὴν πόλιν ταύτην, τῆς Ἀσίας σχεδὸν στενότατος αὐχὴν ἐστιν [10] εἰς Ἰσσικὸν κόλπον διήκων, τήν τε Ἀλεξάνδρου πόλιν, τῷ Μακεδόνι κτισθεῖσαν· ἡμερῶν δὲ ὁδὸν εἰς τὴν Κιλικίαν ἑπτὰ τῶν πασῶν ἔχει. τὸ τῆς Ἀσίας γὰρ λέγεται ἰσθμοδέστατον εἰς τὸν περὶ αὐτὸν ὄντα συνάγεσθαι μυχόν. ὁ δὲ Ἡρόδοτος ἔοικεν ἀγνοεῖν λέγων ἐκ τῆς Κιλικίας [πέντε ἡμερῶν ὁδὸν εἰς τὸν Πόντον]. Πεντεκαίδεκα [ἔθνη ἔχει][1] ἡ χερρόνησος· ὧν τρία μὲν ἑλληνικά, αἰολικὸν, εἶτ' ἰωνικὸν, καὶ δωρικον[2]. τὰ λοιπὰ δὲ τῶν μιγάδων χωρία βαρβαρά·

Eusenen, quae et Dagale adpellatur, stadia CXX, milia XVI. Ab Eusene ad Amisum urbem, stadia CLX, milia XXI½. Amisus, urbs graeca, Atheniensium colonia, ad mare sita est, in Leucosyrorum regione iacens, Phocaeensium [etiam] colonia: exstructa enim quadriennio ante Heracleam, ionica de gente originem traxit. Iuxta hanc civitatem Asia arctissimo collo constringitur pertinente usque ad Issicum sinum, urbemque Alexandriam, a Macedone conditam: hinc in Ciliciam non minus quam septem dierum est iter. Nam Asia fertur angustiis arctissimis ad Issici sinus recessum comprimi. Herodotus autem in errore versari videtur, quum dicit quinque dierum iter esse a Cilicia ad Pontum. Quindecim gentes habet haec peninsula: quarum tres graecanicae sunt, aeolica, ionica, atque dorica; ceterae barbarae

νώπιον, et Anonymi scriptura proparoxytona, ostenderent ad qualem formam noster ille recurrerit. — De stadiasmo cf. ad Arrian. p. 70. Gail.

14) Ἀμισός. Ait noster cum Arriano, pag. 16, Amisum esse Atheniensium coloniam: mox confuse adiicit Φωκαέων ἀποικία, sicut pag. 4, prioribus posteriora opposuit de Heracleae ortu (vid. not. ad loc. Cf. et ad p. 2 et 13). Haec nempe verba post οἰκεῖται, usque ad Φρύγες aliunde manant, et reposita sunt ab Holstenio inter Scymni Fragm. De cuius civitatis incrementis vid. Rochett. Hist. des col. III. 333, 334. Gail.

15) Vulgo Ἀθηνῶν. Gailius recepit lectionem Arrianeam.

16) Vulgo Λευκοσύρων. Hudson. Λευκοσύρῳ. In ms. Σελευκοσύρῳ γῇ, et mox Φωκέων. Locum restituimus ex Scymno [verius ex Holstenio. G.] Huds.

17) Haec, quibus carent Arrian. et Marcian., in Scymni fragm. transtulit Holsten. Gail.

1) Verba uncis inclusa sunt elapsa. Ea inseruit ex Herodoto Holstenius Scymni frggm. 194.

2) Vulgo Αἰολικῶν, εἶτ' Ἰωνικῶν, καὶ Δωρικῶν. Gailii emendationem recepimus.

Κίλικες μὲν οὖν, Λύκιοί τε, καὶ πρὸς τούτοις Μάκαρες, Μαριανδυνοί[3] τε παραθαλάσσιοι οἰκοῦσι, Παφλάγονές τε καὶ Παμφύλιοι· Χάλυβες[4] δὲ τὴν μεσόγαιαν, οἵ τε πλησίον Καππάδοκες, οἵ τε νεμόμενοι τὴν Πισιδικὴν, Λύδιοί τε, καὶ πρὸς τοῖσδε Μυσοὶ καὶ Φρύγες.

Ἀπὸ δὲ Ἀμισοῦ εἰς Λύκαστον ποταμὸν στάδια κ', μίλια β' Ls'. Ἀπὸ δὲ τοῦ Λυκάστου ποταμοῦ εἰς κώμην καὶ ποταμὸν Χαδίσιον, στάδια μ', μίλια ε' Ls'. Ἀπὸ δὲ Χαδισίου εἰς Ἀγκῶνος[6] λιμένα, ἐν ᾧ[7] καὶ Ἶρις ἐμβάλλει, στάδια ϙ', μίλια ις'. Ἀπὸ δὲ τοῦ Ἴρεως ποταμοῦ εἰς Ἡράκλειον[8], ἱερὸν καὶ ἀκρωτήριον, στάδια τξ'[9], μίλια μή. ἐνταῦθα λιμὴν μέγας, ὁ λεγόμενος Λαμυρῶν[10], ὅρμος ναυσὶ καὶ ὑδροστόλος. Ἀπὸ δὲ Ἡρακλείου εἰς Θερμώδοντα, ποταμὸν ναυσίπορον, στάδια μ', μίλια ε' Ls'. οὗτος ὁ Θερμώδων ἐστὶν, ἐν ᾧπερ[11] [11] αἱ Ἀμαζόνες οἰκῆσαι

sunt promiscuae: Cilices quidem, Lyciique, et praeter hos Macares, Mariandynique loca tenent maritima, Paphlagonesque et Pamphylii; Chalybes autem mediterranea possident, hisque proximi Cappadoces, Pisidiaeque incolae, et Lydi, dein Mysi et Phryges.

Ab Amiso ad Lycastum fluvium, stadia XX, milia II S. A Lycasto fluvio ad vicum et fluvium Chadisium, stadia XL, milia V S. A Chadisio ad Anconis portum, ubi Iris in Pontum exoneratur, stadia C, milia XVI. Ab Iri fluvio ad Heracleum fanum et promontorium, stadia CCCLX, milia XLVIII: illic portus magnus, Lamyron adpellatus, statio navium, et aqua instructus. Ab Heracleo ad Thermodonta, fluvium navigabilem, stadia XL, milia V S. Hic Thermodon ille est, ubi Amazones habitasse dicuntur,

3) De Maryandinis conf. schol. ad Apoll. argon. II. 140.

4) De Chalybis conf. schol. ad Apoll. argon. II. 375.

5) Lycastum fluvium Arrianus non novit.

6) εἰς Ἀγκῶνος λιμένα. Arrian. pag. 16, εἰς Ἀγκῶνα λιμένα. Formam Anonymi optaverim: nam genitivus facile usurpatur in similibus: Κάλπης λιμήν, Xenoph. Anab. VI. 4, Arrian. Peripl. Eux. p. 13. Anon. A. p. 2, perperam εἰς Κάλπην λιμένα; Τόσον λιμήν, Arr. Peripl. Eux. p. 6 extr. (Anon. A. p. 22, male Τοσὰν λιμένα): Συμβόλου λιμήν Arrian. p. 20. λιμένα Δάφνης, Arrian. pag. 25. et Anon B, p. 16 Huds.; at pessime noster saepius genitivum habet: ὅρμος Δάφνου, pag. 13 extr.; εἰς Κορδύλων χωρίον, p. 14. Gail.

7) Arrian. melius ἵνα περ, et mox εἰσβάλλει. Gail.

8) Ἡράκλειον. Ptolemaeo Ἡρακλέους ἄκρον; Arriano Ἡράκλειος ὅρμος. Huds.

9) Vulgo ρξ'.

10) Λαμυρῶν. De quo nomine silent ceteri, quoad sciam. Gail.

11) Arrian. ἵνα περ.

λέγονται, ἔχουσαι[1] πρὸς τὰς ἐκβολὰς αὐτοῦ καὶ πόλιν Θεμίσκυραν λεγομένην. διαῤῥεῖ δὲ Θερμώδων ποταμὸς[2] . . . εἰς Βίρην ποταμὸν, στάδια ξ, μίλια ἡ. Ἀπὸ δὲ Βίρης ποταμοῦ εἰς Θοάριον[3] ποταμὸν, στάδια ϟ, μίλια ιβ. Ἀπὸ δὲ Θοαρίου ποταμοῦ εἰς Οἴνιον[4] ποταμὸν, ἐν ᾧ καὶ ἔφορμός ἐστι ναυσὶ, στάδια Ἀ, μίλια δ. Ἀπὸ δὲ Οἰνίου ποταμοῦ εἰς Φυγαμοῦντα[5] ποταμὸν στάδια μ, μίλια ἑ Ἐ ς. Ἀπὸ δὲ Φυγαμοῦντος ποταμοῦ εἰς Ἀμηλητὸν τόπον, στάδια κ, μίλια β Ἐ ς. Ἀπὸ δὲ Ἀμηλητοῦ τόπου εἰς Φαδισάνην[6], ἤτοι Φάδισσαν, στάδια ρλ, μίλια ις Ἐ ς. ἐνταῦθα λιμὴν καὶ πόλις πλησίον, Πολεμώνιον λέγω. Ἀπὸ δὲ Φαδισάνης εἰς Πολεμώνιον πόλιν, στάδια ν[7], μίλια ς. Ἀπὸ δὲ Πολεμωνίου ἕως πλαγίων τοῦ Θερμώδοντος ποταμοῦ πρῶτον Χάλυβες ἔθνος ᾤκουν. Ἀπὸ δὲ τοῦ Πολεμωνίου εἰς ἀκρωτήριον Ἰασώνιον καλούμενον, στάδια ρΛ, μίλια ις Ἐ ς. Ἀπὸ δὲ Ἰασωνίου εἰς Κιλίκων νῆσον, στάδια ιε, μίλια β. Ἀπὸ δὲ Κιλίκων νήσου ἐπὶ τὸν Γένηπον[8] ποταμὸν, στάδια νε,

in urbe Themiscyra adpellata, ad ostia eius sita. Perfluit autem Thermodon hanc civitatem. A Thermodonte ad Biren fluvium, stadia LX, milia VIII. A Bire fluvio ad Thoarium fluvium, stadia XC, milia XII. A Thoario autem fluvio ad Oenium fluvium, in quo statio navibus, stadia XXX, milia IV. Ab Oenio fluvio ad Phigamunta fluvium, stadia XL, milia V ½. A Phigamunte fluvio ad Ameletum locum, stadia XX, milia II ½. Ab Ameleto loco ad Phadisanen, sive Phadissam, stadia CXXX, milia XVII ½: illic portus et urbs non procul ab eo, Polemonium scilicet. A Phadisane ad Polemonium urbem, stadia L, milia VI. A Polemonio usque ad obliquum Thermodontis fluvii flexum, prius habitavit gens Chalybum. A Polemonio ad promontorium Iasonium adpellatum, stadia CXXX, milia XVII ½. A Iasonio ad Cilicum insulam, stadia XV, milia II. A Cilicum insula ad Gene-

1) Vulgo ἔχοντες. Potius ἔχουσαι. Huds.

2) Apud Arrianum ἀπὸ δὲ Θερμώδοντος εἰς Βῆριν ποταμὸν στάδιοι ἐνενήκοντα. Huds. Suspectus locus, ubi lacuna fort. sic fere implenda: . . . λεγομένην, ἣν διαῤῥεῖ Θερμώδων ποταμός. Ἀπὸ δὲ τοῦ Θερμώδοντος εἰς Β. Gail. Βῆρις Arrian. Gailius Arriani formam praestare monet; sed non adsentior.

3) Arriano Θόαριν, dein στάδια ἑξήκοντα. Huds.

4) Arriano Οἰνόην. Huds.

5) Φυγαμοῦντα. Arriano Φιγ. Huds.

6) Vulgo Φαδισσάνην. Sed Arrian. Φαδισάν., et infra noster ipse Φαδισάνης. Gail.

7) στάδια ν'. Cf. ad Arrian. p. 7. Gail.

8) Forsan Γενήτην legendum ex Steph. Byzant. et Scylace. Huds.

μίλια ξ Λ ς'. Ἀπὸ δὲ τοῦ Γενήπου ποταμοῦ εἰς Βοῶνα, ἀκρωτήριον καὶ χωρίον, στάδια κ'. μίλια β' Λ ς'. ἐνταῦθα λιμὴν πάντων ἀνέμων, καὶ ὅρμος νανσίν. Ἀπὸ δὲ Βοῶνος εἰς Κοτύωρον[9] στάδια ψ', μίλια ιβ'. ταύτης τῆς Κοτυώρου, ὡς πόλεως, Ξενο[-12]φῶν ἐμνημόνευσε, καὶ λέγει Σινωπέων ἄποικον εἶναι· νῦν δὲ κώμη ἐστὶ, καὶ οὐδὲ αὐτὴ μεγάλη[1]. Ἀπὸ δὲ Κοτυώρου[2] ἕως πλησίον Πολεμωνίου[3] πρῶτον Τιβαρηνοὶ ᾤκουν, ἔθνος ὁμοχώριοι, πάνυ γελῶν σπεύδοντες ἐκ παντὸς τρόπου, εὐδαιμονίαν[4] εἶναι ταύτην κεκρικότες. Ἀπὸ δὲ Κοτυώρου κόλπος ἐκδέχεται. εἰσπλεύσαντι δὲ αὐτὸν[5] εἰς Μελάνθιον ποταμὸν, στάδια ξ', μίλια ή. Ἀπὸ δὲ Κοτυώρου μὴ παραπλέοντι τὸν κόλπον, ἀλλ' ἐπ' εὐθείας διαπλέοντι[6] τὸ στόμα τοῦ κόλπου, εἰς Ἑρμωνάσσαν, χωρίον Τραπεζουσίων[7], στάδια τ', μίλια μ'. Ἀπὸ

pum fluvium, stadia LV, milia VII ½. A Genepo fluvio ad Boona, promontorium et castellum, stadia XX, milia II ⅔: illic portus ab omni vento (tutus), et statio navium. A Boone ad Cotyorum, stadia XC, milia XII. Huius Cotyori meminit Xenophon; quam urbem adpellat, et Sinopensium coloniam esse dicit: hodie vero pagus est, et ne is quidem magnus. A Cotyoro usque ad vicinum Polemonium prius habitarunt Tibareni, gens eiusdem regionis, qui risui modis omnibus studebant, in eo maximam felicitatem esse iudicantes. Cotyorum sinus excipit: illum autem intranti ad Melanthium fluvium, stadia LX, milia VIII. A Cotyoro, sinus anfractus non praeternaviganti, sed ostium eius recta transeunti, ad Hermonassam, Trapezuntium locum, stadia CCC, milia

9 *Κοτύωρα* Arr.

1) A verbis: *ταύτης τῆς* usque ad *μεγάλη* consentiunt Anonymus noster et Arrianus.

2) Haec in Scymni fragm. 177 translata. Gail.

3) Emend. Holstenii *ἕως τοῦ πλησίον Πολεμωνίου* rec. Gailius. Non retinui em. Holstenii, conf. infra *ἕως πλησίον Κοτύωρον* et *ἕως Ὀφιοῦντα*.

4) Huds. *εὐδαιμονίαν*.

5) Sic rectius Holsten. Vulgo *αὐτήν*. Gail.

6) Vulgo *διαπλέοντι*, et mox *παραπλ.*, inversione verborum facta. Gail.

7 Vulgo *χῶραν Τραπεζουσίων*. *Χωρίον Τραπεζοῦντος* dicitur Hermonassa apud Steph. Byz. Fortasse erat in ditione Trapezuntiorum, quod *Ἑρμωνάσσης πλησίον ἡ Τραπεζοῦς*, ut dicit Strabo XII. p. 825 A, Alm.) Huds. vel potius Berkel. ad Steph. l. l. *Τραπεζουσίων*. Ita, teste Stephano Byzant., aeque ac *Τραπεζουντίων*. Huds. Rescripsi *χωρίον*, formam usitatiorem auctoris, a Stephano Byzant. comprobatam, et permutatam pariter, p. 124, ubi *χώρα Ἀθῆναι* aperte emendandum est ex proximo *τοῦτο τοῦ χωρίου*. Malui neutrum *Τραπεζοῦσιον*, quod forsan mutatum est in *Τραπεζουσίων*, post-

δὲ Μελανθίου ποταμοῦ εἰς Φαρμαντὸν[8] ποταμὸν, στάδια ρν, μίλια κ΄. Ἀπὸ δὲ Φαρμαντοῦ ποταμοῦ εἰς Φαρμακίαν, ἤτοι τὴν λεγομένην Φαρνακίαν, στάδια ρκ΄, μίλια ις΄. αὕτη ἡ Φαρνακία πάλαι μὲν Κερασοῦς ἐκαλεῖτο, Σινωπέων καὶ αὕτη ἄποικος. . . . . κτισθεῖσα ὑπ' αὐτῶν, . . . καθ' ἃς ἔρημος κειμένη [ἧς ἀντικρυς παρήκει[9] νῆσος Ἄρεως[10] λεγομένη. Ἀπὸ οὖν Φαρνακίας, τῆς καὶ πάλαι Κερασοῦντος[11], ἕως πλησίον Κοτύωρον[12] πρῶτον ᾤκουν ἔθνος οἱ λεγόμενοι Μοσυνοικοὶ, ἔθεσιν ὡμοῖς[13] ἔργοις βαρβαρικοῖς. φασὶ γὰρ ἐν ξυλίνοισιν ὑψηλοῖς τε ἅγαν πύργοις ἐνοικεῖν πάντας, ἐν φανερῷ δὲ ἂν[14] ἕκαστα πράττειν· τὸν δὲ αὐτῶν βασιλέα δεδεμένον [13], πύργῳ[1] συγκεκλεισμένον τηρεῖν ἐπιμελῶς, τὴν ἀνωτάτω στέγην ἔχοντα· τοῖς φρουροῦσι δὲ αὐτὸν ἐπιμελὲς εἶναι, νομίμως ἵνα πάντα προσ-

XI. A Melanthio fluvio ad Pharmantum fluvium, stadia CI, milia XX. A Pharmanto fluvio ad Pharmaciam, sive Pharnaciam adpellatam, stadia CXX, milia XVI: haec Pharnacia olim Cerasus vocabatur, Sinopensium et ipsa colonia . . . . ab illis exstructa, . . . quarum in conspectu obtenditur insula deserta, Martis dicta. A Pharnacia, olim Cerasunte, usque ad vicinum Cotyorum prius Mosynoecorum, ut vocantur, gens habitavit; moribus feris, et rudi industria: nam ligneas et editissimas habitare turres feruntur, in aperto autem res quaslibet peragere: tum regem suum vinculis constrictum, turre clausum sedulo custodire, superiora domus occupantem: custodibus vero curae esse, ut cun-

quam lectio vitiosa χῶραν successisset in locum τοῦ χωρίον. Gail. Non adsentior Gailio scribenti Τραπεζούσιον.

8) Arriano Φαρματηνόν. Huds.

9) Lacunam suspicor esse ante κτισθεῖσα, quae verba ex alio auctore manant. Inde scilicet iterum Holsten. auxit Scymni Fragm. vss. 174—176, et 162—172.— καθ' ἃς ἔρημος. Quae verba pendent ex serie orationis alienae: iuncturae restituendae gratia, reposuit nescio quis, fort. supra lineam, ἧς ἄντικρυς παρήκει, quod iam conlieci ad Scymni Fragm. T. II. p. 405. Gail.

10) νῆσος Ἄρεως, vulgo Ἄρεως. Rectius Holsten. Ἄρεως. Eadem est insula, quam laudatam iterum, Ἀρητιάδα νῆσον, pag. 122, et ἕως τῆς Ἀριστιάδος νήσου, pag. 123 videmus. Confuse ex pluribus libellis locos iteratos congessit epitomator. Gail.

11) Vulgo Κερασοῦς.

12) Gail. scr. ἕως τοῦ πλ. Κοτυώρου. Retinui vulg. lectionem.

13) Holstenius apud Scymn. Fragm. vs. 163: τοῖς ἔθεσι καὶ νόμοις καὶ ἔργοις βαρβαρικοῖς. Non absimile est quod de illis narrat Strabo, p. 549, ut et Pomponius Mela lib. I. cap. ult. Huds.

14) Holsten. reposuit δ' ἀεὶ, metro convenientius, et fort. genuinam lectionem. Gail.

1) Holst. ἐν πύργῳ τε.

τάττῃ[2] ποιεῖν· ἂν δὲ παραβαίη, κόλασιν αὐτοῦ λαμβάνειν φασὶ μεγίστην, μὴ διδόντας τροφήν. Ἀπὸ δὲ Φαρνακίας εἰς τὴν Ἀρητιάδα[3] νῆσον, ἔχουσαν ὕφορμον τοῖς ἀφ' ἑσπέρας ἀνέμοις, στάδια ν', μίλια δ'. αὕτη ἡ Ἀρητιὰς νῆσος λέγεται Ἄρεως[4], ἤτοι Ἀρεώνησος. Ἀπὸ δὲ τῆς Ἀρητιάδος νήσου εἰς Ζεφύριον χωρίον, στάδια ρκ', μίλια ις'· ἐνταῦθα ὅρμος ναυσίν[5]. Ἀπὸ δὲ Ζεφυρίου χωρίου εἰς Τρίπολιν στάδια ϟ', μίλια ιβ'. Ἀπὸ δὲ Τριπόλεως εἰς Ἀργυρὰ[6] στάδια κ', μίλια β' Ļγ'. Ἀπὸ δὲ τῶν Ἀργυρῶν εἰς Φιλοκάλειαν στάδια ϟ', μίλια ιβ'. Ἀπὸ δὲ Φιλοκαλείας εἰς Κόραλλα στάδια ρ', μίλια ιγ' Ļγ'. Ἀπὸ δὲ Κοράλλων εἰς Κερασοῦντα, πόλιν καὶ ποταμὸν, στάδια ξ', μίλια η'. Ἀπὸ δὲ Κερασοῦντος εἰς Ἱερὸν ὄρος, ἐν ᾧ καὶ πόλις καὶ ὕφορμος, στάδια ϟ', μίλια ιβ'. Ἀπὸ δὲ Ἱεροῦ ὄρους εἰς Κορδύλην χωρίον, ἐν ᾧ καὶ ὅρμος ἐστὶ, στάδια μέ, μίλια έ Ļγ'. Ἀπὸ δὲ Κορδύλης εἰς Ἑρμύσην[7], ἐν ᾗ δεῦρο ὅρμος[8], στάδια μέ, μίλια έ Ļγ'. Ἀπὸ δὲ Ἑρμύσης εἰς πόλιν Τραπεζοῦντα, ἐν ᾗ ὅρμος λεγόμενος Δαφνοῦς[9], στάδια ξ, μίλια η'. Τραπεζοῦς, πόλις

cta legitime fieri iubeat; si contra a recto aberraverit, poenam ab illo repeti aiunt maximam, cibo nempe denegato. A Pharnacia ad Aretiada insulam, ubi abdita statio est navibus per ventos occiduos devenientibus, stadia L, milia IV: haec Aretias dicitur Martis insula, sive Areonesus. Ab Aretiade insula ad Zephyrium castellum, stadia CXX, milia XVI; ibi statio navium. A Zephyrio castello ad Tripolin, stadia XC, milia XII. A Tripoli ad Argyra, stadia XX, milia II½. Ab Argyris ad Philocaleam, stadia XC, milia XII. A Philocalea ad Coralla, stadia C, milia XIII½. A Corallis ad Cerasuntem, urbem et fluvium, stadia LX, milia VIII. A Cerasunte ad Hieron (Sacrum) montem, ubi et urbs et statio recondita, stadia XCI, milia XII. A Sacro monte ad Cordylam castellum, ubi et statio navium, stadia XLV, milia V½. A Cordyla ad Ermysen, ubi statio navium, stadia XLV, milia V½. Ab Ermyse ad Trapezuntem civitatem, ubi statio Daphnus adpellata, stadia LX, milia VIII. Trapezus, urbs

2) Vulgo προστάττει.
3) Ἀρητιάδα. Ita lego. In mss. Ἀρτιάδα; in Arriano Ἀῤῥηντιάδα. Huds. At v. p. 75 sq.
4) Ἄρεως. Ita ex Stephano Byzant. In ms. Ἄρδους. Huds.
5) Vulgo ναυσί. Arrian. melius ναυσίν. Gail.
6) Arriano Ἀργύρια. [pag. 76]. Huds.
7) Arriano Ἑρμώνασσαν. Huds. Arrian. 40 stad. pro 45, forsan ex lapsu calami. Gail.
8) Arrian. καὶ δεῦρο ὅρμος.
9) Vulgo Δάφνου. Gail. Conf. p. 77, not. 15.

ἕλληνὶς, Σινωπέων ἄποικος, ἐπὶ θαλάσσῃ[10] ᾠκισμένη. Ἀπὸ οὖν Τραπεζοῦντος ἕως τῆς Ἀρητιάδος[11] νήσου, [14] . . . . ἦτε[1] καὶ πάλαι Κερασοῦντος, πρῶτον ᾤκουν ἔθνος οἱ λεγόμενοι Μάκρωνες[2], ἤτοι Μακροκέφαλοι. Ἀπὸ δὲ Τραπεζοῦντος[3] εἰς Ὕσσον[4] λιμένα, τὴν νῦν λεγομένην Σουσάρμια[5], στάδια ρπ΄, μίλια κδ΄. Ἀπὸ δὲ Σουσαρμίων[6] εἰς Ὀφιοῦντα[7] ποταμὸν, ἐν ᾧ σάλος σύμμετρος[8] ναυσὶ, στάδια ϟ, μίλια ιβ΄. οὗτος ὁ Ὀφιοῦς ποταμὸς διορίζει τὴν Κόλχων χώραν ἀπὸ τῆς Θιανιτικῆς[9]. ἀπὸ οὖν Ὀφιοῦντος ποταμοῦ τὰ ἔθνη τῶν δύο Πόντων ἐστί· τὰ δὲ ἐχόμενα, βαρβάρων διαφόρων ἐστὶν ἐθνῶν. Ἀπὸ

graeca, Sinopensium colonia, in ora maris condita. A Trapezunte usque ad insulam Aretiadem, olim Cerasuntem dictam, prius habitarunt Macrones, sive Macrocephali. A Trapezunte ad Hyssi portum, (urbem) nunc Susarmia adpellatam, stadia CLXXX, milia XXIV. A Susarmiis ad Ophiunta fluvium, in quo salum modicum navibus, stadia XC, milia XII. Hic Ophius fluvius Colchorum régionem separat a Thianitica. Ab Ophiunte fluvio sunt gentes duorum Pontorum, quibus finitimae sunt variae gentes bar-

10) Gailius scr. *Θαλάττῃ*; vulgo *Θαλάσσης*.

11) Vulgo *Ἀριστιάδος*. Eadem insula est, ac supra p. 121 et 122, laudata. Interdum sua noster ex pluribus locis confuse mutuatur et congerit. Cf. ad p. 105, 107, 117. Gail.

1) Suspectus locus, ubi lac. fort. sic implenda: . . . *νήσου, καὶ τῆς Φαρνακίας, τῆς καὶ* . . . . Gail.

2) Vulgo *Ἄκρωνες* [et mox *Ἀκροκέφαλοι*]. Forsan Macrones, sive Macrocephali. Huds. Procul dubio. Vide nostra, T. I. p. 456. Gail.

3) *Τραπεζοῦντος* lego: in ms. *Τραπεζουντίων*, Huds.

4) *Ὕσσον*. Ita lego, quod in ms. sit *Ὕσσον λιμ.*; in Arriano *Ὕσσου λιμ.* Post *λιμένα* etiam adiicienda videntur *καὶ πόλιν*, obsequentia *τὴν νῦν λεγομένην*. Huds.

5) In ms. uno loco *Σουσάρμια*, in altero *Σουσάρμα*. Huds. Fort. epitomator, qui nomen recentius *Σουσάρμια* adiecit, in mente *πόλιν* habuit, quae vox non erat in exscribendo libro. Gail.

6) Huds. *Σουσάρμια*.

7) *Ὀφιοῦντα*. *Ὄφις ποταμός* dicitur Arriano. Huds.

8) *σάλος σύμμετρος ναυσί*, ubi coniicere liceret *συμμέτροις*, ut *σύμμετρα πλοῖα*, Stadiasm. §. 105. T. II. p. 456. Sed, quum scripserit noster pag. 124 extr.: *οὐ πολλὰς ναῦς δέχεσθαι*; et iterum ibid. supra: *ἔχει σάλον σύμμετρον ναυσίν*, liquet Anonymum nostrum ad stationis magnitudinem respicere, dum auctor Anonym. Stadiasmi respicit ad magnitudinem navium. Cf. Tom. II. p. 415 init. Gail.

9) *Θιανιτικῆς*. Arriano *Θιαννικῆς*; pro quo *Τυαννικῆς* malit Stuckius. Huds.

δὲ Ὀφιοῦντος ποταμοῦ εἰς Ψυχρὸν λεγομενον ποταμὸν, στάδια λ', μίλια δ'. Ἀπὸ δὲ Ψυχροῦ ποταμοῦ εἰς Καλὸν ποταμὸν, τὸν νῦν λεγόμενον Καλὴν παρεμβολὴν[10], στάδια λ', μίλια δ'. Ἀπὸ δὲ Καλῆς παρεμβολῆς εἰς τὸν Ῥίζιον λεγόμενον, ποταμὸν[11] καὶ λιμένα, στάδια ρκ', μίλια ις'. Ἀπὸ δὲ τοῦ Ῥιζίου εἰς Ἀσκούρναν[12] ποταμὸν, στάδια λ', μίλια δ'. Ἀπὸ δὲ τοῦ Ἀσκούρνα ποταμοῦ εἰς Ἀδινῆον, ἤδη λεγόμενον Ἀδιηνὸν[13] ποταμὸν, στάδια ξ', μίλια ή· ἔχει σάλον[14] σύμμετρον ναυσίν. Ἀπὸ δὲ τοῦ Ἀδινήου ποταμοῦ εἰς Κόρδυλα[15] χωρίον, στάδια ρ', μίλια ιγ' L' γ'. Ἀπὸ δὲ Κορδύλων εἰς Ἀθήνας χωρίον, στάδια π', μίλια ί L' ς'· ἐνταῦθα ὅρμος ναυσίν. ἔστι γὰρ[16] ἐν Πόντῳ τῷ Εὐξείνῳ χωρίον Ἀθῆναι λεγόμενον, ἐν [16] ᾧ καὶ Ἀθηνᾶς ἱερόν ἐστιν ἑλληνικὸν, ὅθεν μοι δοκεῖ καὶ τὸ ὄνομα εἶναι τούτου τοῦ χωρίου· καὶ φρούριόν τί ἐστιν ἠρεμημένον[1]· ὁ δὲ ὅρμος οἷος ὥρᾳ ἔτους δέχεσθαι οὐ πολλὰς ναῦς, καὶ σκέπην ταύταις παρέχειν ἀπὸ νότου ἀνέμου, καὶ αὐτοῦ τοῦ εὔρου. σώ-

barae. Ab Ophiunte fluvio ad fluvium Psychrum (Frigidum) dictum, stadia XXX, milia IV. A Psychro fluvio ad Calum (Pulchrum) fluvium, qui nunc Pulchrum Castrum vocatur, stadia XXX, milia IV. A Pulchro Castro ad Rhizium vocatum, fluvium et portum, stadia CXX, milia XVI. A Rhizio ad Ascurnam fluvium, stadia XXX, milia IV. Ab Ascurna fluvio ad Adineum, nunc Adienum adpellatum, stadia LX, milia VIII: habet et salum modicum navibus. Ab Adineo fluvio ad Cordyla castellum, stadia C, milia XIII $\frac{1}{3}$. A Cordylis ad Athenas castellum, stadia LXXX, milia X$\frac{2}{3}$, ubi statio navium. Est enim in Ponto Euxino locus Athenae adpellatus, ubi Minervae fanum graecum exstat, a quo locus ille nomen accepisse videtur; et castellum plane desertum: statio aestate paucarum navium capax, quas ab impetu noti ipsiusque euri potes protegere: immo et naves eo adpellentes a boreа

10) Vulgo *Καλὴ παρεμβολή*.

11) Vulgo *ποτὲ καὶ λιμ.* Si servandum malueris voculam *ποτέ*, coniiciendum erit *ἔχοντα ποτὲ*; sed *ποταμὸν* optaverim. Gail. cui adsentior scr. *ποταμὸν καὶ λιμένα*.

12) *Ἀσκούρναν*. *Ἀσκουρον* Arriano. Huds.

13) *Ἀδινῆον*. Quum in Arriano sit *Ἀδίηνος*, mallem *Ἀδιηνὸν, ἤδη λεγόμενον Ἀδινῆον* etc. . . . et dein *ἀπὸ τοῦ δὲ Ἀδιηνοῦ* . . . Huds.

14) *ἔχει σάλον*. Ista alterius sunt, non Arriani, usque ad *ἔστι γὰρ ἐν τῷ πόντῳ* . . ., quae mutuatur ab Arriano, p. 4. Huds.

15) Vulgo *Κορδύλων*.

16) *ἔστι γὰρ* . . . Locum hunc ex Arriano profert Stephanus Byzant. voc. *Ἀθῆναι*. Huds. Mox scr. Gaillus *Πόντῳ τῷ Εὐξ.* pro *Π. Εὐξ.* Deinceps vulgo *χώρα Ἀθ. λεγομένη*.

1) Arr. *ἠμελημένον*.

ζοιτο δ' ἂν καὶ ἀπὸ τοῦ βοῤῥᾶ τὰ ὁρμοῦντα πλοῖα[2], ἀλλ' οὐ τοῦ γε ἀπαρκτίου, οὐδὲ τοῦ θρασκίου μὲν ἐν τῷ Πόντῳ, σκίρωνος δὲ ἐν τῇ Ἑλλάδι καλουμένου. Ἀπὸ δὲ Ἀθηνῶν εἰς Ζάγατιν ποταμὸν, στάδια ζ'[3]. Ἀπὸ Ἀθηνῶν εἰς Πρυτάνην[4] ποταμὸν, στάδια μ', μίλια ε' L'γ'· ἐν τούτῳ καὶ τοῦ[5] Ἀγχιάλου βασίλειά ἐστιν. Ἀπὸ δὲ Πρυτάνου ποταμοῦ εἰς Ἀρμένην τόπον, στάδια κδ', μίλια γ' L'γ'. Ἀπὸ δὲ Ἀρμένου τόπου εἰς Πυξίτην ποταμὸν, στάδια ξϛ', μίλια η' L'ϛ'. Ἀπὸ δὲ τοῦ Πυξίτου ποταμοῦ εἰς Ἄρχαβιν[6] ποταμὸν, στάδια ϟ', μίλια ια'. Ἀπὸ δὲ Ἀρχάβεως ποταμοῦ εἰς Ἄψαρον ποταμὸν, στάδια ξ', μίλια η'. Ὁ δὲ Ἄψαρος τὸ χωρίον λέγουσιν, ὅτι Ἄψυρτος ἐκαλεῖτο παλαι[7]· ἐνταῦθα γὰρ τὸν Ἄψυρτον ὑπὸ τῆς Μηδείας ἀποθανεῖν· καὶ τάφος Ἀψύρτου δείκνυται. ἔπειτα διεφθάρη[8] τὸ ὄνομα ὑπὸ τῶν περιοίκων βαρβάρων, καθάπερ καὶ ἄλλα πολλὰ διέφθαρται, ὁπότε καὶ τὰ Τύανα τὰ[9] ἐν τοῖς Καππαδόκαις Θόανα λέγουσιν ὅτι οὕτως[10] ὠνομάζετο ἐπὶ Θόαντι τῷ βασιλεῖ τῶν Ταύρων[11]

tutae; at non ab aparctia, neque eo vento qui in Ponto thrascias, in Graecia sciron adpellatur. Ab Athenis ad Zagatin fluvium, stadia VII. Ab Athenis ad Prytanen fluvium, stadia XL, milia V $\frac{1}{3}$: quem iuxta (insidet) Anchiali regia. A Prytane fluvio ad Armenen locum, stadia XXIV, milia III $\frac{1}{3}$. Ab Armene loco ad Pyxiten fluvium, stadia LXVI, milia VIII $\frac{2}{3}$. A Pyxite fluvio ad Archabin fluvium, stadia XC, milia XI. Ab Archabi fluvio ad Apsarum fluvium, stadia LX, milia VIII. Apsarum autem castellum aiunt olim Apsyrtum fuisse adpellatum; Apsyrtum nempe ibi ad Medea occisum, cuius ibidem sepulcrum ostenditur: postea corruptum est nomen, sicuti in multis aliis fieri consuevit, a vicinis barbaris. Sic quoque Tyana, urbs Cappadociae, Thoana fuit adpellata, a Thoante rege; qui in Oreste atque Pylade per-

2) Vulgo ὁρμοῦντα τὰ πλοῖα. Arriani lectionem reposui. Gail.

3) Deest mil. numerus, quum 7 stadia ne miliarium quidem unum implerent. Gail.

4) Πρυτάνην. Πρύτανιν Arriano, a quo, p. 6 et 7 desumpta sunt fere omnia quae sequuntur. Huds.

5) Arrian. τὰ.

6) Ἄρχαβιν. Ita ex Arriano rescripsi. In ms. Ἀρχάβην. Huds. Vulgo Ἀρχάβιν.

7) Arrian: πάλαι ποτέ. Steph. Byz. s. v. Ἀψυρτίδες haec: ἔστι καὶ τάπος ἐν τῷ Εὐξείνῳ Πόντῳ Ἄψαρος, Ἄψυρτος πρότερον λεγόμενος.

8) Arrian. melius διαφθαρῆναι.

9) Reposui τὰ ex Arriano. Gail.

10) Revocavi οὕτως ex Arriano. Gail.

11) Arrianus suppeditavit τῶν Ταύρων. Gail.

ὅς, τους ἀμφ' Ὀρέστην καὶ Πυλάδην διώκων, ἄχρι τῆσδε τῆς χωρας ἐλθεῖν φημίζεται, καὶ ἐνταῦθα νόσῳ [16] ἀποθανεῖν. Ἀπὸ οὖν Ἀρχάβεως ποταμοῦ ἕως[1] Ὀφιοῦντα ποταμὸν πρῶτον ᾤκουν ἔθνος οἱ λεγόμενοι Ἐχεχειριεῖς[2], νῦν δὲ οἰκοῦσι Μαχελῶνες[3] καὶ Ἡνίοχοι[4].

sequendis, ad illum usque locum pervenisse dicitur, ibique morbo interiisse. Ab Archabi autem fluvio usque ad Ophiunta fluvium prius incoluerunt Ecechiries; nunc autem habitant Machelones et Heniochi.

1) vulgo mendose ἕως. Gail., qui scr. εἰς.
2) Ita ex Scylace rescripsi. Gail. in ms. Ἐχειριεῖς. Huds.
3) Arrian. Μαχέλωνες.
4) Ita lego ex Arriano. Gail. In ms. Ἠβίοχοι Huds.

ΠΟΝΤΟΥ ΕΥΞΕΙΝΟΥ

ΚΑΙ ΜΑΙΩΤΙΔΟΣ ΛΙΜΝΗΣ ΠΕΡΙΠΛΟΥΣ.

PERILLUSTRI ET INCOMPARABILI VIRO

CLAUDIO SALMASIO,

EQUITI, CONSISTORIANO DOMITI, &c.

Reputanti mihi, Vir nobilissime, utrum imperfectum hunc foetum, ineuntis adolescentiae primis formatum annis, luce donarem; non sine ingenuo pudore incessit audacia, ut damnatis tenebris, levidense illud opusculum, illustri tuo nomini inscriptum irem. Ita enim par erat, ut primitiae iuventae nostrae, primo, si pateris, virorum cederent: quo favorem, si forte aliquem mereantur, inde mutuarent. Addebat animos Scylax, auctor, propter antiquitatem, non infimae apud te auctoritatis. Illi et adiunxi periplum Ponti Euxini; quem beneficio tuo primus reipublicae literariae dono, et iam tibi reddo; cuius sub nomine haec prodire non tantum nos libentes, sed et ipsi, si superstites essent, gloriarentur auctores. Accipe igitur luculentissimi amoris et obsequii levissimum pignus, et meliora a nobis quotidie exspecta.

Tuus Isaacus Vossius.

ISAACI VOSSII

DE AUCTORE PERIPLI PONTI EUXINI PRAEFATIO.

. . . . . Sufficiant haec pauca de Scylace Caryandeno, et veniamus ad alterum autorem Ponti Euxini. Primus illum e bibliotheca palatina exscripsit, iam ante annos plurimos, vir in omni doctrina summus, Claudius Salmasius. Quis vero sit auctor eius Peripli, nullis potui coniecturis assequi. Quin tamen sit fragmentum *περίπλου τῆς ὅλης οἰκουμένης*, neutiquam ambigendum. Non esse admodum antiquum, hoc evincit, quod urbium, portuum, fluviorumque, antiquis nominibus recentiores plerumque subdiderit appellationes: ut, cum Apolloniam, Sozopolin[1]; Portum Daphnes, Sosthenem[2]; Borysthenem, Danaprim[3] vocat[4]; quae vocabula veteribus ignota fuere. Recentiorum quoque morem in eo sequitur, quod stadia VIII$\frac{1}{3}$ componat cum miliari romano. Quae diversitas inde evenit, quod Graecorum recentiorum pedes geometrici illos veterum decima sexta sui parte longitudine anteirent. Toto hoc fragmento nihil non ex Scymno Chio, et Arriani epitome Ponti Euxini, desumptum est. Scripsit Scymnus Chius *περιήγησιν* Europae, Asiae, Libyae, libris tribus, versibus comicis. Ex eo fragmentum edidit doctissimus Hoeschelius. Falsum vero titulum praefert Marciani Heracleotae. Constat hoc ex Stephano et aliis, qui loca aliquot ex Scymno citant. Marciani vero Heracleotae esse non potest. Vixit enim ille multis post Ptolomaeum aetatibus; cuius compendium composuit, quod hodieque magna ex parte exstat. Chius vero ille Scymnus sub Nicomede floruit, cui opus suum inscripsit. Quam multa autem de-

1) Pag. 14 med. Huds. — 2) Pag. 16 Huds. — 3) Pag. 7 et 8 med. Huds.; p. 9 init.; p. 16 med. — 4) Et Theudosiam, Ardabda, p. 5 extr. Huds.; Istrum, Danubim, p. 11 Huds. extr. Sic corruptas adhibet nominum veterum formas, ut *Χερσὼν*, *Χερσῶνος*, bis p. 7 Huds.; p. 10 init.; p. 16 med.: et *τῇ Ἀλανικῇ ἤτοι τῇ Ταυρικῇ διαλέκτῳ*, p. 5. extr. (sic et Anon. A. Cf. p. 113 not. 9.). De quo vid. tamen Dodwelli diss. §. 8 sq. Gail.

sint in Scymno, argumento est Europa, quae nec ipsa absoluta est. Quare praeter reliquum Europae, tota Asia, et Africa, desiderantur. Defectus tamen ille in Europa ex hoc Ponti Periplo, quem edo, suppleri potest. Caetera vero hic noster auctor ex Arriani hausit compendio. Compendium voco, quia revera sit [1]. Multo enim locupletior fuit ille periplus, quam est hodie. Citat ex eo loca quaedam Eustathius in commentariis ad Dionysium, quae hodie tamen apud eum non reperiuntur. Unde non dubito, quin multum imminutum sit scriptum illud. Quod ipsum videre est apud Marcianum Heracleotam, Ptolomaei epitomatorem. Multa enim ex eo habet Stephanus, quae in eo non inveniuntur. Sed de eo nos alias pluribus, ut spero, ad Ptolomaeum nostrum, quem propediem, De volente, habebis, Lector.

1) Cf. praefat. nostr. in Arrian. Gail.

HENRICI DODWELLI

DISSERTATIO

de auctore Anonymo peripli euxini maris, etc.

§. 1. Scymni Chii iambos an noster confuderit, incertum est.

In hoc opere luculentum habemus exemplum commissorum inter se periplorum; nec tamen pro recepto illiusmodi scriptorum more, ut quo loco desierat unus auctor, inde incipiant quae ex alio auctore excerpsit operis universi collector. Hic etiam de locis iisdem diversorum, quos excerpsit, auctorum sententiam seorsim refert, quod fecit etiam saepe Plinius. Scymnum imprimis excerpsit Chium; tum etiam Arrianum; et tertium denique, qui, post Arrianum, stadia Graecorum cum miliaribus contulerit Romanorum, et quidem ipsis plerunque auctorum, quos excerpsit, verbis. Scymni certe Chii verba tam accurata fide repraesentavit, ut iamborum vestigia etiamnum appareant, ut facile vir maximus Is. Vossius illos in pristinam formam redegerit. Verba enim Scymni fere numerat, ne quidem ordine verborum admodum mutato. Nescio an iamborum formam in suo, quo est usus, Scymni codice ipse reperierit, aut iambice scripsisse crediderit. Nam in ipso quoque Scymno iamdiu versuum lineas invicem confudisse librarios, e codicibus Scymni constat Hoeschelianis. Nec enim in illis quicquam invenit Scaliger, quod versuum suspicionem faceret, praeter Scymni verba se metro comico scribere profitentis, et metrum verborum, sonosque versibus congruos; ne dicam iam figuras a pedestri oratione alienas. Versus autem, tam in codice palatino quam gallicano, confuse et permixte exaratos esse ipse agnovit

Hoeschelius. Itaque iam aliquantisper versibus confundendis assueverant librarii, praesertim iuniores, in operis forma, versibus, ut credebant, parum congrui; eoque magis est cur hoc de nostro verum fuisse suspicemur, si fuerit adeo, quam volebat cl. Vossius, nuperus. Veteribus enim frequentiores erant etiam in re geographica versus, quam ut hoc fallere potuerit veteres etiam librarios. Erat enim apud Graecos celeberrimus hoc nomine Dionysius, apud Latinos Germanicus et Festus Avienus. Itaque num in nostrum haec suspicio conveniat, a tempore potissimum, quo vixit, iudicandum est.

§. 2. Arriano, quem in multis sequitur noster, proinde iunior Anonymus.

Etiam Arrianum a nostro expilatum esse censuit idem cl. Vossius; imo nihil esse quod non ex eorum altero desumserit, vel Scymno scilicet, vel Arriano: non tamen satis, quod volebat, etiam probavit. Stadia quidem in suo Maris Euxini Periplo dedit Arrianus; non item romana miliaria: haec ergo saltem noster aliunde. Ita certe nisi *Ῥωμαικὰ γράμματα* viderit noster, quorum ipse meminit Arrianus[1]. Illa enim Romanorum moribus accommodanda, proinde miliaribus potius, quam stadiis, designanda erant. Ita ex utroque scripto, tam stadia discere potuit, quam miliaria; sed incertum est num illa emanarint in publicum, quae principis causa, et pro Romanorum more patrio, lingua proinde etiam romana erant concipienda. Utque emanassent, graecus tamen erat nostri Peripli auctor, nec solent Graeci, etiam de rebus romanis, alios, quam suae linguae scriptores, advocare. Ut porro maior fuisset nostri, quam civium eius solebat esse, diligentia; non tamen efficiet illa, ut miliaria romana omnia accipere potuerit ab Arriano; nec enim de aliis, quam provinciae suae, Arriani scripta, vel romana, meminisse verisimile est. Alibi romanarum literarum a se scriptarum ne quidem ipse me-

1) Arrian. Peripl. Mar. Euxin. p. 6. 10.

minit Arrianus; nec de aliis quam provinciae suae negotiis praefecturae munus exigebat, ut principem certiorem faceret. Parte ergo Peripli sui longe maxima, quae erat extra Pontum Cappadocium, aliunde miliaria hauserit oportet, quam ex Arriano. Ne quidem illud certum esse hactenus evictum est, an ea quoque ipsa, quae habet cum Arriano communia, ipsi tamen debuerit Arriano. Quae enim erant extra provinciam Arriani; quae ne quidem iter attigerint, quo in provinciam ipse pervenerit; quae ne quidem iter illud, quo Hadriano ipsi iter erat in Bosporum, quae ex indicibus proculdubio didicit certissimis: haec aliunde Arrianum ipsum, quam e decessorum scriptis, didicisse verisimile non est. Et quidem ad partem Maris Euxini reliquam spectant potissimum quae hic communia legimus cum Arriano. Haec ergo nostrum Arriano debuisse necesse non est, cum ex Arriani auctoribus eadem haurire potuerit, quod ipse fecit Arrianus. Habet praeterea noster multa quoque loca, quae frustra quis quaesierit in Arriano. Haec ergo quomodo potuit accipere ab Arriano, quae ne quidem ipse complexus fuerat Arrianus?

§. 3. Periplus Euxini Maris ab Arriano scriptus non est (ut cl. Vossio videbatur) mutilus.

Neutiquam sane si talis olim fuerit Periplus Arriani, qualem nunc habemus. Censuit autem vir praestantissimus (cf. supr. p. 129) hodiernum, quem habemus, Periplum epitomen esse tantummodo, minimamque partem eorum complecti, quae ipse scripserit Arrianus. Hoc inde colligit, quod ex Arriano multa suo ad Dionysium commentario profert Eustathius, quae tamen nullo legimus illius Periplo. Sed vero Periplum Arriani nullum ibi, quod meminerim, saltem de nomine, appellat Eustathius. Quae autem habet omnia, ea istiusmodi sunt, ut in nullo fortasse Periplo, sed in historiis (quas multas illum scripsisse supra probavimus) ea scribere potuerit Arrianus. Hucusque ergo nihil est, quo vel Arriano ipso iunior noster fuisse vincatur. Vincunt autem certe nostri auctoris illa

de Halmydesso verba: *Τούτου τοῦ χωρίου μνήμην ποιεῖ Ξενοφῶν ὁ πρεσβύτερος*[1]. Haec enim auctorum, quorum fidem secutus est Arrianus, verba non sunt, sed ipsius potius Arriani, in propria etiam persona loquentis, quem Xenophontem Socraticum propterea seniorem vocasse probavimus (ut p. 18 extr. p. 61 H.), quod iunioris Xenophontis ipse nomen affectarit. Hinc ergo certum est Arriano iuniorem fuisse nostrum Anonymum, et proinde verisimilius erit, quae habet ipse cum Arriano communia, ea illum ab Arriano potius sumsisse, quam ab auctoribus Arriani.

§. 4. Romana, quae adhibet noster, miliaria, a veterum Romanorum miliarium forma plane aliena.

Alteri autem, et recentiori, quam fuerit vel Arrianus, auctori debuit noster quae habet omnia de romanis sui temporis miliaribus, quae cum stadiis septenis componit et dimidio. Maior enim miliaris modus receptus est apud veteres, et florente republica, stadiorum octonorum. Hic enim certe modus respondebat examussim proportioni antiquissimae pedis graeci atque romani: qua scilicet pedes graeci DC stadium conficiebant, iidemque pedibus romanis DCXXV pares erant, passibusque CXXV. Sic enim futurum erat, ut stadia istiusmodi octona passus implerent romanos mille. Et quidem modum hunc auctorum esse accuratissimorum, et sibi invicem maxime consentientium, docet, adversus Lipsium, vir geographiae veteris peritissimus Philippus Cluverius[2]. Facit autem ne de eo dubitare liceat, Strabo, qui hunc modum observatum esse testatur in via Egnatia, lapidibusque illius viae miliaribus ab Apollonia ad Macedoniam. Erat enim via illa, *βεβηματισμένη κατὰ μίλιον*[3], ut docet ibidem Strabo. *Βηματισμὸς* ille pedum designatio erat, teste Hesychio. Quis autem dubitet stadii graeci mensuram fuisse accuratissimam in ipsa Graecia, et romani etiam miliaris in via militari ro-

1) Peripl. Anonym. Mar. Eux. p. 15. Huds. — 2) Cluver. Germ. antiq. prooem. lib. I. — 3) Strab. lib. VII. p. 322 (p. 496 extr. Alm.).

mana? Alium dedit modum Polybius, et maiorem, monente ibidem Strabone, sed ante Caii Gracchi tribunatum, qui anno demum varroniano DCXXXI° primus vias publicas per Italiam lapidibus designavit, ut in eius vita tradit Plutarchus (§. 7); aliquot nimirum annis postquam historiae suae manum ultimam imposuerat Polybius. Caeterum ab illis usque Caii Gracchi temporibus nullus dubitandi locus est, quin idem fuerit ubique miliaris romani modus in viis publicis militaribus, nec alius proinde ab eo quem in Egnatia via descripsit Strabo: imo modum illum Polybianum non alium fuisse revera ab hoc omnium receptissimo mox ostendemus. Idem praeterea colligitur ex itinerariorum latinorum miliaribus, si conferantur cum Graecorum stadiasmis in iisdem locorum intervallis. Veteris ergo Romae non alium fuisse miliaris modum est sane verisimillimum: nec alium agnoscunt ab illo usque Gracchi saeculo scriptores romani etiam iuniores. Certe Columella, Plinius et Gellius, pro hoc miliaris modo, stadium CXXV passuum faciunt.

§. 5 Miliaria illa e Graecorum iuniorum ratiociniis nata. Et quo demum progressu.

Graecis, fateor, alius placuit miliaris romani modus, idem cum eo, quem sequitur nostri auctor Peripli, septenorum cum dimidio stadiorum. Ita Suidas, qui receptum quoque miliaris modum suis miscet collectaneis. Ex illo ergo ne quidem id colligere licet, quae fuerit vel saeculo suo, vel auctoris, quem excerpsit, receptissima sententia. Sed unicum illum minoris miliaris modum agnoscit Photius, quasi nullus alius fuisset, ubi vixit Photius, in oriente exploratus. Sic enim habent illius verba, non tamen (quod sciam) in Bibliotheca, ut volebat Cluverius [1], sed in lexico ms°: *Στάδιον ὁ τόπος τοῦ ἀγῶνος, καὶ μέρος τι τοῦ μιλίου λεγομένου. ἑπτὰ γὰρ ἥμισυ στάδια ποιοῦσι μίλιον* [1]. Itaque ante aetatem Photii obsolevisse verisimile est antiquioris miliaris usum, siquis tamen unquam fuerit

1) Cluver. Germ. antiq. prooem.

in oriente. Nam, ut e nostro constat Peripli auctore, non solum Constantinopoli, sed in locis Constantinopoli vicinis (quae tamen Romanis olim non paruerint), hic idem obtinuit miliaris romani modus. Ego rem totam (si quidem coniecturae venia sit) ita habuisse suspicor: primus antiquissimusque miliaris modus is erat, quem dixi (p. 133); ut scilicet stadium pedes graecos complecteretur DC, latinos DCXXV. Hi pedes octies multiplicati, facient in miliari pedes graecos 4800, latinos 5000. Detracti e pedibus romanis pedes graeci reliquos facient pedes 200, qui graecis tertiam stadii partem explebant accuratissime. Inde factum ut praeter octonos stadios, tertiam praeterea stadii partem miliari romano tribuerint Polybius et Eratosthenes. Sic enim de Polybio testatur Strabo [2], de Eratosthene autem Iulianus architectus apud Harmenopolum [3]. Nam post bellum cum Pyrrho, pacem inibant cum Ptolemaeo Philadelpho Romani: inde evenit, ut Eratostheni aliquatenus innotuerit miliare romanum. Non tamen propterea diversus erat modus miliaris romani etiam antiquioribus illis Eratosthenis temporibus et Polybii; octonos enim in miliari romano stadios supponit utraque illa supputatio, e cuius discrepantia nati pedes illi 200, quos pro tertia stadii parte habebant Eratosthenes atque Polybius. Propterea scilicet redundare pedes illos in romano miliari censebant, quod is pedum numerus redundarit in octo stadiis, si pro modo pedis romani metirentur. Nec interim cogitabant minorem fuisse pedis mensuram, qua factum, ut maior pedum numerus apud Romanos idem conficeret, quod minor conficiebat apud Graecos; nec minoris formae pedes romanos 200 tantundem valere, quod 200 pedes graecos, qui stadii

1) Cf. Bast. Epist. crit. p. 21, et Appendic. ad calc. p. 4, 5, inserta mox in not. ad Anon. huncce. Gail. — 2) Strab. p. 322 (p. 497 A, Alm.). — 3) De quo cf. mox Osann. in praef. ad Fragm. Anon. C. Gail. Cf. Uckert: über die Art der Griechen u. Römer die Entfern. zu bestimmen u. über das Stadium. Weimar 1813, 8. Lelewel, über die Längenmaasse der Alten, in dessen kleineren Schrr. etc. deutsch von K. Neu. Leipz. 1836, 8. p. 101 sqq.; dessen Pytheas deutsch von Hoffmann p. 73 sqq.

graeci tertiam partem revera conficiebant. Contra vidit Plutarchus hosce ducentos pedes, si pro calculo graeco (qui maior erat) supputentur, deficere potius, quam redundare apud Romanos: quod scilicet pedes romani 4800, pedes graecos 4800 non aequarent, nisi alii praeterea pedes 200 adderentur, pro modo scilicet romano; proinde octo stadiis minorem censuit modum miliaris romani. Ipse, licet in alterum extremum errarit, quam Polybius, pari tamen erroris usus est occasione, quod nec ipse pedum graecorum romanorumque discrimen observarit. Pedes enim romanos numeravit graeco tamen pedum numero, ut in miliari integro a iusta stadiorum octo mensura deficerent. Inde autem iuniorum errorem natum crediderim, minorem miliaris romani quam octo stadiorum mensuram statuentium: his nempe, ut opinor, gradibus. Qui primi observabant pedes romanos 4800, a iusto pedum graecorum 4800 modo, qui mille passus explebant, deficere, illos necesse erat, ut plusquam tertia stadii parte contractiora miliaria fecerint, quam fecerint decessores graeci, qui partem tertiam stadii ultra stadios octonos ad miliaria romana explenda necessariam fecissent. Erat enim et pars illa stadii detruncanda, et pars illa praeterea quae deerat ad stadia octona absolvenda. Defectum illum si parem ipsi cum decessorum excessu statuissent, sic partibus stadii tertiis duabus breviora fecissent miliaria: sed nihil erat necesse ut ita facerent. Nec enim pedes romani 200 ad tertiam stadii partem assurgebant; erant enim pares graecis pedibus tantummodo 180. Duplicentur ergo; pedes conficient duntaxat 360: sed in miliari romano non alios pedes censeri oportere manifestum erat, quam romanos. Pars autem dimidia stadii romani pedes complectebatur romanos 312½: supererunt pedes 47½, qui certe negligendi erant pro more, quem sequitur noster, supputandi per partes assis romani. Pars enim assis minima, uncia, seu XII^{a}, si vel graeco exemplo censeatur, pedes explet 50; si romano, pedes 52 et duodecimam praeterea pedis partem. Sic stadii parte dimidia breviora fecerint miliaria, quam fecissent veteres, qui stadia 8⅓ pro modo habuerant

romani miliaris. Cum autem paulatim hic veterum error e memoria hominum intercidisset, modus autem Romanorum exploratissimus is esset, ut stadia integra octona singulis miliaribus assignarentur, proclive erat, ut emendationem illam miliari romano, suis temporibus recepto, accommodarent iuniores Graeci, et proinde stadia illa octona dimidio stadio mutilarent. Hoc ego ad Graecos retulerim Constantinopolitanos. Graecam enim huius erroris originem produnt huius miliaris auctores, non alii, ut opinor, quam Graeci omnes. Produnt ipsi errores non aliunde nati, quam e Graecorum veterum ratiociniis de rebus romanis, et proinde sibi parum exploratis. Alioqui fateor, ne quidem Graecis penitus ignota fuisse Romanorum miliaria, postquam etiam ipsi in Romanorum ditionem concessissent. Hoc ex ipso discimus Evangelio S. Matth. V. 41. Nam et in publicis imperii rationariis, et in publicis metatorum itinerariis, iam assueverant Romanorum miliaribus etiam provinciae, sed procul dubio veris octonorumque stadiorum. Novus autem ille falsusque miliaris modus vix potuit ab aliis esse, praeterquam a Graecis; et a Graecis, ut puto, constantinopolitanae ditionis.

§. 6. Et quidem, ut videtur, Constantinopolitanorum: sed paulo ante nomen ipsum Constantinopolis.

Novae enim Romae nomen sibi vendicabat Constantinopolis, urbisque romanae etiam iura omnia, imperatorem proprium, proprium sibi consulem, proprium senatum, proprium sibi pariter (pro Romae exemplo) urbis praefectum: inde Romanos se, urbisque praefecturam Romaniam appellabant. Occidentalis Romae incolas ne quidem Romanorum, sed Latinorum duntaxat nomine dignabantur. Proinde et mores etiam romanos affectabant, quo magis Romani viderentur; in his etiam hunc, de quo agimus, miliarium; verum ita plane, ut decuit graecae stirpis civitatem. Linguam enim retinebant etiamnum urbis Byzantinae, et cum lingua, gentis suae etiam errores. Sed formam miliaris publicam mutare antea non poterant, quam

imperii potestate potirentur. Nec in eam, quam hic observatam legimus, mutaturi erant principes, qui in Roma veteri imperii sedem possidebant; nempe romanarum consuetudinum peritiores, quam ut a primaeva romani miliaris forma tantopere aberrarent. Itaque post tempora Constantini necesse est nostrum hunc vixisse scriptorem, si quidem nostra illa procedant ratiocinia: nisi forte hanc eandem miliaris formam in orientem introduxerint, non Constantinopolitani, sed Nicomedienses, cum imperii etiam augustei, et quidem primarii, sedem in Nicomedia poneret Diocletianus. Sic potuit noster tum scripsisse, dum Byzantii nomen adhuc retineret, quae postea Constantinopolis appellata est. Et sane Byzantii appellationem adhibet etiam ipse, nulla mutatae vel levissima significatione. Quod sane esset cur in urbe tam insigni merito miraremur, si post imperii sedem eo translatam ipse vixisset; ea potissimum de causa, quod in aliis urbibus obscurioribus, sui tamen saeculi, pariter ac antiqua, nomina sedulo observarit. Cur itaque hoc idem non observaret in urbe omnium praecipua? Est ergo haec auctoris nostri aetas potius fortassis anteferenda; vel forte potius illius, cuius fidem est secutus, ut mox ostendemus.

§. 7. Proinde huius Periplī auctor esse non potuit Alypius, cuius meminit Iulianus Apostata.

Pugnabit autem illa, quo minus verum esse possit, quod sum aliquando suspicatus, ut nostri operis auctor fuerit Alypius Caesarii frater, de quo ita Iulianus Apostata, Epist. XXX: *Ἤδη μὲν ἐτύγχανον ἀνειμένος τῆς νόσου, τὴν γεωγραφίαν ὅτε ἀπέστειλας. οὐ μὴν ἔλαττον διὰ τοῦτο ἡδέως ἐδεξάμην τὸ παρὰ σοῦ πινάκιον ἀποσταλέν. Ἔχει γὰρ καὶ τὰ διαγράμματα τῶν πρόσθεν βέλτιον, καὶ κατεμούσωσας αὐτὸ, προσθεὶς τοὺς ἰάμβους, οὐ μάχην ἀείδοντας τὴν Βουπάλιον, κατὰ τὸν Κυρηναῖον ποιητὴν, ἀλλ' οἵους ἡ καλὴ Σαπφὼ βούλεται τοῖς ὕμνοις* (Heyler. *νόμοις*. G.) *ἁρμόττειν.* Quod equidem opere quasi musivo variegatum fuerit hoc Alypii opus geographicum, alternis, oratione

soluta et iambis tessellatum, in eo sane similis erat nostrae illa etiam Alypii Geographia. Sed ab ipso fuisse videntur Alypio iambi illi, quorum nomine Alypium tantis ornat praeconiis infelix imperator: nihil enim ad Alypii laudis fecissent iambi alieni. Et πινάκιον complectebatur Alypii Geographia, tabellam nempe geographicam cum diagrammatibus, quae technicae potius geographiae erant, quam historicae; et in tabulis praecipue locum, ut videtur, habebant. Noster totus historicus est, nec quicquam habet, quo geopraphiae artificium excoleretur. Non obstat ergo quo minus haec vera fuerit auctoris aetas.

§. 8. Locorum eorundem nomina diversis linguis poterant sibi invicem fuisse coaeva.

Sed non esse admodum antiquum nostrum illud credidit cl. Vossius evincere, quod antiquis nominibus recentiores subdiderit appellationes. Sed nullo testimonio confirmavit, hac (quam dedimus) aetate appellationem aliquam auctori coaevam fuisse recentiorem: nonnullae certe poterant admodum fuisse antiquae, ipsisque receptissimis apud Graecos nominibus coaevae. Theodosiam[1] ait taurica dialecto vel alanica Ἀρδαύδα appellatam, quod idem valet ac si graece diceretur Ἑπτάθεος. Antiquum illud fuisse nomen, etiam alanicum, exinde constat, quod a gentilium deorum septenario aliquo, forte planetarum, emanarit: inde etiam, quod in confinio illam Bosporianorum Taurorumque sitam, fuisse testetur Strabo[2]. Recte ergo taurica dialecto nomen illi fuerit assignandum, etiam a prima urbis origine, quo vicinis innotuerit; et aliud a graeco, ut erat vicinorum lingua etiam alia. Sic enim hodieque reperimus in provinciis multarum linguarum etiam locorum eorundem multa esse nomina. Ita in Flandria nomina belgica sunt atque gallica; et in Wallia, nomina pariter anglica et britannica, quorum unum alteri non succedit, sed simul ambo apud suae linguae participes usur-

1) Peripl. Mar. Euxin. p. 5. Huds. — 2) Strab. p. 309 (pag. 476 init. Alm.).

pantur. Sic etiam urbem, quam cives ipsi Olbiam, finitimi Borysthenem[1] appellarunt, etiam a temporibus Herodoti[2]: eadem, ni fallor, causa est Borysthenis fluvii, quem noster Danaprin suo tempore appellatum esse scribit, Iornandes Danubium vocatum esse testatur, in qua voce Danapris vestigia agnoscit ipse Vossius. Itaque iam diu ante Iornandem innotuerat nomine illo Borysthenes: nec quicquam habet quo, suo etiam tempore, nomen illud novum fuisse innuat. Idem addit Iornandes, a quibus Borysthenes ita fuerit appellatus; nempe ab accolis. Proinde etiamnum apud peregrinos Borysthenis nomen notius fuisse, ni fallor, indicat: ita eodem tempore fluvius, qui Graecis Borysthenes, idem Danapris apud accolas audiebat. Erat enim sane graecum nomen Borysthenes, ut e vocis fine manifestum est: proinde ipsa urbs Olbia, eadem a Graecis Borysthenes vocata, testibus hoc ipso nostri Peripli auctore[3] et Herodoto[4]. Quomodo ita, ni vox fuisset graeca Borysthenes? Hoc si verum, potuit nomen Danapris lingua accolarum decantato apud Graecos nomini vel coaevum fuisse, vel etiam fortassis antiquius. Nec enim est quod dubitemus quin nomen fluvius antea habuerit apud accolas, quam Graecis ipsis innotesceret. Sunt porro apud nostrum varia locorum eorundem nomina, quae antiqua omnia fuisse veteres agnoscunt. Ita portus idem Athenaeon et Scythotaurorum (pag. 5. 6. 7): ita Tauricum (Eubuli portum G.), vel Symbulon (p. 6): ita urbs Cytae et Cydeacae (p. 5): ita Carae et Careae (p. 13): ita in vetustissimis nominibus Dionysopolis (p. 13), quae noster hic recensuit, pro more suo, accurate.

§. 9. Daphne Sosthenii ad discrimen Daphnes Antiochenae: antiquior ipsa Daphne Sergii, suburbio Constantinopolis.

Sed de portu *Δαφνης τῆς μαινομένης*, addit noster, *τὸν νῦν λεγομενον Σωσθένην*. Hoc exemplis illis accenset

1) Steph. *Βορυσθένης*. — 2) Herodot. IV, 17. Cf. Koehler: Remarques sur les antiquités du Bosphore, p. 13. Gail. — 3) Pag. 8. Huds. — 4) Herodot. l. c.

cl. Vossius, e quibus collegit nostrum non admodum fuisse antiquum: sed quo demum tempore nomen portus ille novum Sosthenis acceperit, de hoc nihil observavit vir celeberrimus. Sed *μαινομένης Δάφνης* nomine portum illum simpliciter designavit Arrianus, quasi aliud nullum, quo tum appellaretur, haberet exploratum. Vel inde mihi suspecta est emendatio cl. Harduini [1], qua Plinio ipsi Sosthenis huius mentionem inseruit, Plinio, ut opinor, incogniti. A Bosporo (inquit Plinius [2]) sinus Casthenes. Vet. cod.: Leosthenes: reponit Harduinus Sosthenes. Sed cuius nomen ignoravit Arrianus, non est quod credamus Plinio fuisse exploratum. Utcunque tamen alienus est hic Plinii locus a portu Sosthenis. De sinu loquitur Plinius; noster de portu: et in Asiae ora ponit noster portum, quem Sostheni tribuit; Plinius Casthenem suum in ora europaea. Utcunque tamen Sosthenii etiam huius meminit Nicephorus patriarcha ad ann. aerae christ. DCCXVII: inde *Σωσθένιον* in nostro etiam reponendum, uti etiam ex Leontio Scholastico [3]. Itaque ante annum illum 717 iam ita receptum est recentius illud Sosthenii nomen, ut antiquius *Δάφνης μαινομένης* in desuetudinem abierit. Adhuc aliquanto erat, ni fallor, antiquius: nam praeter hunc Daphnes portum, qui ad dextram erat navigantibus in Euxinum, et propterea in ora asiana, erat et alia ad sinistram Daphne suburbium in ora europaea, *ὃ λέγεται Σέργιον*, inquit Stephanus [4]. Facile intelligimus quam necessarium fuerit ambas illas Daphnas in eiusdem Bospori Thracii oris ambabus sitas invicem distinguere. Quod factum arbitramur duobus hisce cognominibus virorum, ut videtur, excultorum, Sergii et Sosthenii. Erat autem nostra, quae Sosthenii nomen accepit, multo quam altera fuerit, antiquior: nostra temporum etiam mythicorum; alterius mentio nulla, quod sciam, apud veteres. Imo ne quidem esse potuit suburbii; urbis nimirum vel Byzantinae, vel Con-

1) Harduin. Adn. ad Plin. tom. I. p. 811. — 2 Plin. N. H. IV, 11. — 4) Antholog. graec. lib. IV. cap. 25. — 4) Steph. *Δάφνη*. Et ex eo Eustath. ad Dionys. vs. 816.

stantinopolitanae: potius, existimo, Constantinopolitanae. Sergii opus illud fuisse indicat, ut puto, nomen *Σέργιον*. Tantundem enim valet ac *ἔργον Σέργιον* (nisi forte potius scribendum *Σεργίειον*), ut Sosthenis etiam opus appellabatur *Σωσθένειον*. Delicias autem et amoenitates praecipue quaerebant veteres in suburbanis laxius habitatis, et proinde loca secessibus idonea facilius suppeditantibus, lucis nimirum, porticibus, piscinis, gymnasiis, atque ambulacris. Hoc ipso voluptatis nomine nescio quicquamne fuerit celebrius (dicam an infamius?) Daphne Antiochena, cuius exemplo Sergium existimo hoc suum suburbanum condidisse, et propterea Daphnen appellasse; hominem nimirum, ut ex ipso constat nomine, romanum: proinde Constantinopolis civem, quae hoc ipso novae Romae nomine gloriabatur, non autem Byzantii, cum urbs illa a Severo excisa, Perintho deinceps (quae eadem Heraclea erat) subiiceretur, ut aegre admodum deinceps vel civitatis illustris, nedum romanae, dignitatem tueretur. Itaque si ad huius Daphnes discrimen, alia illa Daphne asiana Sosthenii nomen acceperit, ita recentius fuerit urbe Constantinopolitana nomen quoque Sosthenii, quod non ferunt nostrae rationes. Fieri tamen potest, ut ad Antiochenae Daphnes discrimen portus ille Sosthenii nomen acceperit: sic omnia respondebunt satis accurate. Erat enim Sosthenis illa Daphne multo antiquior Antiochena, ut recentioribus suis temporibus nomen Sosthenii accipere potuerit, cum iam celebris esset Daphne etiam Antiochena, ut ab ea internosceretur. Et vicissim illa Antiochena Daphne antiquior suburbio Constantinopolitano: imo ipso Diocletiani imperio, cui propinquum nos fecimus huius Peripli auctorem. Hoc certum est ipsum quoque illum Sergium suburbani Constantinopolitani auctorem, antiquiorem fuisse Sergio illo, cuius meminit, Iustiniani M. imperio exeunte, Agathias[1]. Sergii enim, qui suburbanum condidit, meminit ipse Stephanus, cuius epitomator ipse Hermolaus floruit sub Iustiniano.

1) Agath. lib. IV pag. 141 [p. 273 ed. Niebuhr.].

§. 10. Aulaei teichi, novum nomen Therae, post Arrianum, sed ante tabulas Peutingerianas. Apolloniae nomen apud Marcianum Heracleotam. Eadem Sozopolis, tempore forte Constantini.

Αὐλαίου τεῖχος τὸ λεγόμενον Θήρας χωρίον. Ita noster (p. 15): et quidem *Αὐλαίου τείχους* in suo quoque Maris Euxini Periplo (p. 24) meminit etiam Arrianus, eousque, ut videtur, veteri adhuc nomine designari soliti: et Theras mentionem in Tabulis Peutingerianis occurrere recte observavit maximus Vossius. Medio ergo tempore inter Arrianum auctoremque tabularum Peutingerianarum nova illa obtinuit appellatio, quae potuit adeo satis fuisse antiqua. Superest tandem Apollonia, cuius coaevum sibi nomen Sozopolin memorat Anonymus. Sub Apolloniae nomine de hac urbe loquuntur Scylax, Strabo, Mela, Plinius, Arrianus, Marcianus etiam Heracleota: imo ipse quoque Stephanus, quo loco numerat cognomines Apollonias. Nec tamen inde constat, an illo quoque Stephani saeculo nomen illa mutarit Apollonia. Auctorem enim, tum alibi saepissime, tum hoc praesertim in loco, excerpsit Stephanus, qui ex professo in unum collegerat corpus urbes sibi invicem cognomines: utilissimo sane consilio, ut vitarentur errores in historia frequentissimi pariter ac facillimi, cum propter nominis similitudinem ipse confundantur: eodemque consilio, quo etiam illi usi sunt, qui viros pariter cognomines recensebant, quos excerpsit Laertius. Satis enim erat, quocunque, demum saeculo vixisset auctor, si vel olim nomen urbs habuisset de quo agebat, ut reliquis eiusdem nominis urbibus accenseretur. Utcunque tamen, post tempora saltem Marciani, nomen vetus urbs illa, de qua agimus, retinuit Apolloniae: Sozopolin illam esse geographo Nubiensi, uti etiam nostro saeculo observavit ipse Vossius. Est autem forma illa vocis quidem graecae, pro barbarorum autem iuniorum pronuntiatione in barbaricam degenerantis; cum nempe lingua etiam graeca, propter barbarorum incursiones, in illis quoque partibus iam non esset amplius vernacula. Itaque cum scriberet etiam Nubiensis, iam graeci nominis usum cor-

ruperant vicini, graecaeque linguae imperiti, barbari: Graecis nimirum pulsis, vel barbarorum mores diutina consuetudine deficientibus. Atqui Graecorum erat nomen illius urbis etiam posterius Sozopolis, etiamnum sua lingua suisque moribus utentium: itaque, ut Marciano Heracleota recentius, sic multo tamen antiquius geographo Nubiensi. Illius nominis urbem legimus in Pamphylia, temporibus[1] etiam imperii graecoromani recentissimis. Si coniecturis ex historia petitis augurari liceat, vix crediderim diu post Marcianum sui iuris in illa Euxini Maris ora fuisse Graecos. Nam a temporibus Claudii (qui successit Gallieno) secundi, molesti erant in omni illa ora Scythae, aliique barbari; ita quidem ut vel romani imperii fines aegre admodum tuerentur principes illius saeculi bellicosissimi. Multa gessit in illos, atque admodum praeclara, ipse Claudius: et tamen Daciam, quae illis obnoxia erat, Transdanubianam, quasi quae defendi non possit, dimisit Aurelianus, princeps invictissimus et victoriosissimus; sic[2] enim illum, nec immerito, appellant cippi. Inde factum, ut Illyricum provinciam fecerit Diocletianus Caesaream, et quidem Caesaris bellicosissimi, cui fuerit ad ripam Danubii cum gentibus barbaris luctandum; sic enim loquitur Lactantius[3]: sed et Constantinum[4] ipsum exercuerint his iisdem partibus Sauromatae et Gothi. Qui non illos modo, verum etiam Scythas[5] ipsos volentes in suam ditionem recepit. Tum ergo liberum erat Graecis, in suas sedes restitutis, Apolloniam alio deinceps, sed graeco etiam et ipso, Sozopolis nomine designare. Omine certe auspicatissimo, ut Servatori potius quam Apollini, beneficium illud referrent acceptum. Et sane novi, quasi e postliminio, initii novum illud fuisse videtur Graecorum, in eadem civitate, nomen. Tum etiam commodissime romano-

1) Nicet. Choniat. Ioann. Commen. p. 10. Et in Alex. p. 169. — 2) Gruter. CCLXXVI, 4. — 3) Lactant. de Mort. persecutor. cap. 19. — 4) Euseb. lib. IV. Vit. Constantin. cap. 5, 6; Socrat. lib. I. cap. 14; Theodoret. lib. I. Eccl. hist. cap. 8. — 5) Euseb. lib. I. Vit. Constantin. cap. 4, et alii.

rum miliarium modum (qualis in hoc opere supponitur) in his etiam Scytharum et Ponti Euxini oris statuerimus, cum huius orae incolae universi imperium agnoscerent romanum. Nec sane tempus magis congruum, ut puto, reperiemus: nondum enim nomen forte mutaverat Byzantium. Hanc Constantini victoriam ad annum imperii XXIIm retulit Theophanes, et ex eo Cedrenus: forte ex ipsis Eusebii Graecis. Ad ann. Constantini XXV victoriam eandem refert latinus Eusebius, interprete S. Hieronymo: et tamen pontem lapideum, quo Danubium traiecerit, ad ann. imperii XXIII statuit auctor Chronici Paschalis; et quidem illo ipso anno his ipsis partibus fuisse Constantinum e codice colligitur Theodosiano: acceditque proxime ad sententiam Theophanis et Cedreni. Haec si vera sint, ita urbis Constantinopolitanae saltem Encoeniis, quibus nomen mutavit, antiquiora fuissent illa, de quibus agimus, Constantini gesta in barbaros. Non me quidem fugit, ne quidem ipsis Coustantinopolitanis, constare suae urbis origines: nempe, ut videtur, quod epocham urbis suae, post multos demum, quam conderetur, annos numerare coeperint. Est autem receptissima illa, apud optimos chronologos sententia, quae urbis iam conditae dedicationem statuit Symmacho et Gallicano coss. anno aerae christ. 330, cum in feriam IIm, indictionemque IIIa incideret dies urbis natalis maii XI, auctore Chronici Paschalis et Idatio: sic fuerit belli in barbaros initium initio dedicatae urbis antiquius. Conveniet enim dedicatio illa anno Constantini XXIVo: sed sequenti anno Constantini XXV victoriam in Gothos ponit Eusebius. Servorum autem Sarmatarum rebellionem, qua effectum est ut in ditionem Romanorum venirent Scythae, facit idem adhuc triennio recentiorem. Apponit enim anno Constantini XXVIII, qui exibat anno aerae nostrae christianae 334, eodemque anno ponit etiam Idatius. Et quidem ita loquuntur plerique, ut victoriarum illarum saltem finem faciant urbe Constantinopolitana recentiorem. Hoc si tempore scripserit noster, erit sane cur miremur nullam hic occurrere mentionem novi nominis urbis Constantinopolitanae.

§. II. Potuit hic noster Byzantii nomen usurpare, etiam postquam condita esset Constantinopolis.

Alioqui autem tam recenti tantarum victoriarum memoria, erat sane opportunissimum, ut nova harum civitatum nomina, quae novae illae victoriae patefecissent, auctor nostri Peripli graecus civibus suis graecis ipse similiter aperiret. Erat enim, ut videtur, ipse huius expeditionis comes, vel forte a comitibus accepit, quae hic cum aliis communicanda censuit: ab illis certe, qui regionem ipsi obierant, nisi ipse hoc idem fecerit. Inde linguarum huius regionis vernacularum peritia, Alanicae atque Tauricae, quam raram admodum legimus in huius saeculi scriptoribus: inde et nomina locorum barbara a graecis admodum diversa, quae fuerant in usu exterorum receptissima. Haec enim nomina linguarum parum celebrium aegre fere quispiam praeterquam in vicinia audierit. Ita nomina locorum wallica rarus est in Anglia Walliae non finitima, qui habeat explorata. Huic ergo tempori optime conveniunt auctoris nostri, quae occurrunt, ut opinor, temporis notae. Nihil habet certe quo tam serus esse vincatur, quam volebat celeberrimus Vossius: ne quidem loci nomen, cuius origo recentiori saeculo certo asseri possit, in eo reperimus. Hoc unum tamen, ut dixi, obstat, quod Byzantii nomen, non Constantinopolis, in urbe regia usurparit. Non quidem quasi nomen illud a prima novae urbis fundatione, saltem ab Encoeniis, non fuerit assignatum: cognominem enim ipsi Constantino fuisse, ipse, qui tum vixit, testatur Eusebius[1]; et multa Constantini edicta legimus Constantinopoli signata in codicibus. Sed Graecis fortasse magis placuit nomen urbis antiquum Byzantium; et certum est nomen ipsum Byzantii satis esse frequens apud recentiores etiam sophistas, Historiae Byzantinae scriptores. Dedita enim opera sermonem saeculi non sui usurpant illi antiquorum aemuli. *Λέξεις* praecipue veteris florentisque Graeciae adhibent, quibus tot suppetebant purioris aevi lexica. Sic observavi ipse in Luciano, *λέξεων* veterum superstitiosissimo cultore, raro magistra-

1) Euseb. Vit. Constant. lib. III. cap. 47.

tus romanos vocibus coaevae Luciano Graeciae designari, ὑπατικοῦ, ἀνθυπάτου, sed veteris Graeciae, quae romanos dominos nondum agnoverat, ἁρμοστοῦ, στρατηγοῦ, etc. Similiter fecit in rectoribus ecclesiae christianae, quos nec ipsos nominibus denotavit graecis ecclesiasticis, sed Graeciae illius quae Christi vel nomen ipsum nondum audiverat. Erat porro in recentioribus Graeciae scriptoribus affectatio illa, potius quam aemulatio Graeciae antiquioris insignissima. Μηδισμὸν appellabant antiqui rhetores, si quis Persis faveret, antiquae Graeciae universae hostibus infensissimis: nec immerito, quod Cyrus maternum genus a Medis deduxerat, et reges proinde Cyro oriundi. Eandemque vocem usurpant Graeci etiam iuniores de Persis, qui tertio demum aerae christianae saeculo Parthorum successionem interruperunt, nihil quicquam habentibus cum Medis, vel cum ipso etiam Cyro, commune. Inde Persarum Turcarumque nomen confundit Nicetas Choniates: et mensium etiam nomina attica adhibent Constantinopolitani iuniores, cum tamen certum esset Constantinopoli, quae nova erat Roma, non alios fuisse in vulgari usu menses, quam romanos. Inde tanta illa iuniorum dissensio, cum menses atticos committunt cum romanis, quod, ne quidem apud iuniorum saeculorum eruditos in confesso esset, quis mensis atticus vetus, cui mensi constantinopolitano recentiori responderet. Hos ergo nihil est cur miremur si nomen barbarum Constantinopolis neglexerint, Graeciae veteris vocabulariis prorsus incognitum. Magis autem est cur miremur idem facere nostrum, qui professione geographus est: his enim a vulgo potius, quam a veteribus, norma capienda erat. Illud ergo loci nomen magis probandum, non quod a classicis auctoribus, sed quod a vulgo, magis usurpatum erat; sic enim fieret, ut de quo loco ageretur, lectores facilius intelligerent. Procedit autem haec ratio pariter in historia ac in geographia, si quidem perspicuitatem magis, quam veterum superstitiosam imitationem, auctores illi ob oculos habuissent: et tamen historicos illam neglexisse constat. Procedit quidem; eo tamen magis in nostro procedere videbitur, quod mutatorum no-

minum ipse tam cautum se praebuerit monitorem. Nec porro fieri potuit, ut urbis constantinopolitanae novum nomen eum latere potuerit, qui sub ditione scripserit imperii orientalis, post urbem illam denuo a Constantino restauratam: non potuit sane. Quid si autem sua haec noster vetustiori auctori accepta retulerit, qui tum vixerit, cum in Nicomedia sedem imperii augustei statuisset Diocletianus, et tamen antea quam nomen mutasset Byzantium? Sic potuit urbem eo potius nomine, quod in auctore, cuius fidem est secutus, repererat, appellare, quam novo illo, quod suo demum saeculo notius erat receptiusque. Cur autem saltem novi nominis lectorem hic non monuit, ut in Borysthene, portu Daphnes, Aulaeotiche, Apollonia? Potuit in causa esse novi huius nominis ipsa celebritas, maior certe, quam ut lectorem illius ignarum supponere posset; eoque maior, quo novi nominis originem auctor propius attigisset. Tum enim non potuit (ne quidem apud vulgus) nomen vetus obsolevisse Byzantii. Ita ne quidem indocto lectori obscurum fuisset, quae esset urbs, quam in auctore suo Byzantium appellatam repererat. Eandem etiam fuisse, quae tum Constantinopolis nomine veniebat vulgo, id quoque tum notius esse potuit, quam ut de eo lector fuerit monendus. Longe autem abest, ut eadem fuerit earum urbium causa quarum mutata nomina noster observavit. Illae enim, quantumvis stirpe graecae, commercium tamen, ante Constantinum, vel nullum habebant cum Graecis, vel rarum admodum et ignobile; ut facile proinde nescirent Graeci nuperas, si quae unquam contingerent, in illis civitatibus, rerum conversiones; praesertim cum rari admodum fuerint apud illas domestici historici, nec exteris nota monumenta, his maxime, de quibus agimus, temporibus. Sic facile nesciri poterant hae nominum mutationes, dum alienae essent urbes illae ab imperio romano: nesciri non poterant in urbe orientalis imperii primaria. Hanc ergo aetatem huic scripto commodissime assignabimus, qua nec in oblivionem venire potuerit nomen antiquum Byzantii, nec vicissim Graecos latere potuerit novum nomen Constantinopolis.

FRID. IAC. BASTIUS

DE PERIPLI AUCTORE ANONYMO. EXCERPTUM EX EIUSDEM EPISTOLA CRITICA P. 2 sqq.

Codex Antonini Liberalis et Parthenii in eorum numero est, qui olim ex bibliotheca Palatina Electorali, quae Heidelbergae erat, in Vaticanum, nuper in Galliam, ut cimelia bibliothecae parisiensis augerent, translati sunt. Scriptus est in membrana et omnino e praestantissimis codicibus graecis, quos umquam vidi. Literarum forma tam in textu quam in parvo notarum in margine adscriptarum numero est elegantissima et propius abest in scholiis marginalibus quam in textu a quadrata; quod scholiorum, quorum litterae tantum non omnes maiusculae sunt, lectionem non parum impeditam reddit. „Nonnihil me torsi" inquit Guilielmus Xylander (ad Phlegontem Trallianum p. 317) „in legendis scholiis ob rarissimam et obscurissimam characterum ab usitatioribus discrepantiam". Scriptum esse codicem puto ineunte seculo decimo: nam docente Parquoio (Parquoy), viro in dignoscendis antiquis codicibus versatissimo, animadverti similitudinem characterum, quae intercedit inter hunc et eum codicem, qui inter veteres huius bibliothecae millesimus octingentesimus septimus est, Platonis opera continens. Atque licet mihi eiusdem similitudinis causa provocare ad eiusdem philosophi opera manuscripta, quae exstant in bibliotheca vindobonensi sub Nro 54, cuius codicis character animo meo eo clarius obversatur, quod primus fuit inter manuscriptos graecos, quem a principio ad finem perspexi et cum aliis contuli.

Sed redeamus ad codicem nostrum, non magis antiquitate omnibus notis externis probata, quam interna ratione praestantissimum. Varia quae continet opera, non ipsa solum cura sunt dignissima et maxima ex parte accuratissime scripta aut correcta, sed pleraque non exstant nisi in hoc uno codice, qui propterea fons est plurium editionum.

Antequam vero ad scopum huius epistolae primarium pervenio, non alienum fore puto, si singularum partium

eius indicem Tibi proponam, illo, quem Fridericus Sylburgius in catalogo manuscriptorum graecorum bibliothecae palatinae inserto a N. Miegio Monumentis pietatis et litterariis virorum in re publica et litteraria illustrium selectis. Francof. 1701. 4. exhibuit, exactiorem et paullo ampliorem. Cf. de hoc libro Niclasii praefat. ad Geopon. p. x.

Codex num. 398 insignitus constabat olim 331 foliis quartanis, quorum tria priora perdita sunt ante longum, ut videtur, tempus. Continet haec XIX opera.

I. Periplus Ponti Euxini et Paludis Maeotidis auctore anonymo. Hoc opus in hoc solo codice repertum ab initio mutilatum est. Descriptum est a Salmasio, cum codex adhuc Heidelbergae habitaret [1], et inspectum a Luca Holstenio, postquam Romam translatus erat. Apographon Salmasii [2] venit in manus Isaaci Vossii, a quo primum editum est cum Scylace Caryandensi Amstelod. 1639. 4., iterumque a Iac. Gronovio in Geographicis antiquis. Lugd. Batav. 1697. 4. et in Geographiae veteris Scriptoribus minoribus. Oxoniae. 1698. 8. Vol. I. in fine.

Auctor anonymus multis locis exscripsit opus metricum, cuius iam Isaacus Vossius magnum numerum versuum verisimiliter ad *περιήγησιν* Scymni Chii pertinentium restituere conatus est. Alio tempore post editionem Vossii a. 1684. Theodor. Rycquius in lucem emisit Lugd. Bat. (apud Iac. Hackium) Notas et castigationes posthumas Lucae Holstenii in Stephanum Byzantium, subiungens (p. 371 — 383) „Scymni Chii fragmenta *περιηγήσεως* hactenus non edita cum versione latinâ Lucae Holstenii." In praefatione fol. 4. ab init. dicit: „Unde haec fragmenta deprompta fuerint, et quâ auctoritate Scymni Chii nomen ferant, cum saepius ab amicis Romae quaesierim, nemo dicere valuit." Constant vero haec fragmenta maxima ex parte locis auctoris anonymi. Iacobus Gronovius (in Dedicatione Geographicorum antiquorum) ex hac similitudine censet,

1) Vid. Is. Casauboni epistolae ed. Almelov. p. 307. — 2) Vid. Claudii Salmasii epistolae. p. 216.

versus hos non ex manuscripto aliquo esse desumtos, sed ab ipso Holstenio ad textum anonymi compositos, more fere Isaaci Vossii. Quam tamen opinionem reiicit Dodwellus, vir doctus acerrimique iudicii (ad Geogr. min. vol. II. p. 102. 5.), omnia fragmenta Scymni Chii reperta esse in codice aliquo a veritate propius abesse iudicans, his ductus rationibus:

1. Lucas Holstenius, homo spectatae fidei, adfert in notis ad vitam Pythagorae a Porphyrio scriptam versus aliquot ex his fragmentis ut ineditos Scymni Chii; eum vero versus, quos re vera ipse fecisset, pro versibus Scymni vendidisse, non est credibile.

2. Gronovii suspicio pertinere nequit ad 75 versus posteriores, quorum ne vestigium quidem apud Geographum anonymum exstat.

3. Ordo fragmentorum diversus est ab ordine Peripli; accuratissime vero congruit cum dispositione *περιηγήσεως*, quantum ex prima, quam habemus, parte cernere licet. „Scymnus ipse, inquit, a freto orsus Gaditano sinistrorsum oras legit, respondetque hic idem ordo in Ponto etiam Euxino, quà quidem Scymni *περιήγησιν* e Codicibus habemus manuscriptis . . . . Contrarius ordo est in auctore Peripli anonymo, qui oris dextrorsum lectis ad fretum progreditur, etiam in Euxino Ponto, Gaditanum.“ Cum autem ordo fragmentorum conveniat cum parte altera *περιηγήσεως*, ad veritatem proxime accedit, universa fragmenta deberi codici manuscripto a Luca Holstenio fortasse in bibliotheca aliqua reperto.

Ex mea opinione Dodwellus sese non fefelicisset, si ei contigissent argumenta ad iudicium ferendum sufficientia. Cum igitur post eius disquisitionem non alia, quantum sciam, instituta sit, me gratum Tibi, Amice Doctissime, facturum esse spero, dum Tibi rationes proponam, quibus ductus contendam, Holstenium ipsum fragmenta haec ex libris orationis solutae manuscriptis, quos consulendi data ipsi est copia, in versus redegisse.

1. Versus, quos laudat in Observationibus ad vitam Pythagorae (Romae 1630) p. 117 ducti sunt, ut 161 prio-

res fragmentorum, ex nostro Periplo. Ceterum a. 1630 omnino erant inediti; nam editio Vossii non prodiit ante annum 1639. Pro certo affirmare possum, Holstenium cognovisse nostrum codicem. Is enim ex eo descripsit typisque submisit commentationem Arriani de venatione, quae locum Periplo nostro proximum obtinet. Praeterea Scymni fragmenta offerunt, ut deinde apparebit, omnes bonae notae lectiones manuscripti, a quibus editio Vossii haud raro differt, et exceptis quibusdam minutiis, veluti transpositionibus vel elisionibus ad versum constituendum necessariis, nihil ibi reperitur, quod non idem exstet in auctore anonymo. Vid. quae dicturus sum ad p. 4. l. 25, et Holstenii castigat. posthum. p. 385 in voce Πλέα. Non sine causa igitur credo, Holstenium duxisse haec fragmenta ex nostro codice, nec dubito, quin illa ad hunc unum codicem numeris sint accommodata. Cuicunque enim paullo familiarior est codicum antiquiorum notitia, is vix a se impetrare poterit, ut credat, versus 161, qui apud auctorem solutae orationis hinc inde latent, in alio manuscripto metro ita inclusos reperiri, ut neque aliquid grave omissum, neque additum deprehendatur.

Scymni autem Chii nomine Holstenius hos versus sine dubio propterea inscripsit, quod anonymus plures adfert e principio περιηγήσεως, quare ceteros eiusdem esse auctoris autumavit. Ceterum περιήγησιν, ab Hoeschelio editam et repetitam ab Erasmo Vindingio, non ab origine metricam fuisse nec Scymni nomine insignitam constat. Vid. Dodwellum l. c. Vol. I. p. 158. Attributa erat in codice msto, ex quo ab Hoeschelio in lucem emissa est, Marciano Heracleensi[1], sub cuius nomine Scymnum latere non nisi

1 Commentarii liter. (Journal des Savans) a. 1789, mense Apr., continent commentationem bonae frugis plenissimam auct. de Sancta-Cruce (de Sainte-Croix) de nova editione Geographorum minorum. Cuius commentationis auctor doctissimus p. 679 ex epistola inedita Lucae Holstenii ad Peirescium haec adfert: „Anonymi poetae περιήγησις ad Nicomedem, Bithyniae regem, iambico carmine scripta, cui ineptissime Marciani Heracleotae nomen praefixere, quod sine certo nomine in manuscripto Marciani περίπλω

ab aliis auctoribus hoc nomine, ubi *περιηγήσεως* mentionem faciunt, utentibus didicimus. (Vid. Dodwellum Vol. II. p. 94.) Deinde ad eam, quae nunc est, formam adornandam opus erat, ut numeri in codice non bene servati restituerentur. Holstenius igitur in minoribus fragmentis idem egit, quod Hoeschelius in maioribus; neutrique quicquam vitio dandum est, nisi quod composuerunt magnum numerum versuum malorum.

2. Versus 75 posteriores non anonymo nostro, qui eorum ne minimum quidem vestigium exhibet, deberi, manifestum est. — Unde vero desumti sunt? Dodwellus a. 1703. eos ab Holstenio ita descriptos esse e codice aliquo, ut sunt editi a Rycquio, arbitrabatur; nec mirum est, eum illo tempore non aliter sensisse. Sed post annum 1712 ad unum omnes[1] ducti haberi potuissent, si cui id in men-

subiungeretur etc." Cum autem epistolam Holstenii postea Bredovius in Epistolis Paris. p. 9-26 ederet, adiungo quae ille deinceps dicit de anonymo poeta. Sunt autem: „probum hoc purissimae antiquitatis opusculum et frugis maximae, sed quod deplorandum, vix quarta totius operis pars nobis superest; totum enim internum mare descripserat. Sed solatur dolorem meum, quod ducentos et amplius versus repererim hactenus non editos, in descriptione Ponti Euxini, quae falso Arriani nomen praefert: de qua infra XIV. loco scribam prolixius: quibus auctior haec *περιήγησις* nostra opera prodibit. taceo enim, quod pessime habita fuerit, mendis obsita, et imperita distinctione confusa. miraberis tantum errorum relictum fuisse a Scaligero, Casaubono et Hoeschelio. nam Morelliana editio [quae a. 1606 prodiit, et Scymni opus sub titulo Marciani habet, sicuti Vindingii editio a. 1662 in lucem emissa Havniae] inepta plane est, nec versio ullius precii. nosti hominis ingenium. susceperam eius versionem emendandam: . . . . . huic opusculo plurimum me studii ac curae impendisse prae caeteris omnibus fateor. auctoris nomen nulla coniectura assequi potui, quamvis varie nec sine fructu ingenium torserim. Si quid felicius divinare possis, maximam promerebere gratiam; maiorem tamen, si integrius exemplar alicunde protuleris. necdum enim totum in rebus humanis esse desiisse puto."

1) Verba *πέντε ἡμερῶν ὁδὸν Εἰς Πόντον* (v. 193 et 194.) uncis inclusa sunt. Quod ostendit, illa non esse ab Holstenio inventa apud anonymum, ubi omnino desiderantur. Vid. Geogr. min. Vol. III. p. 10. Addidit ea ex Herodoto, quem auctor ipse nominat.

tem venisset, ex alio codice Holstenii, quem edere constituerat in collectione fragmentorum geographicorum, quae non prodiit (Vid. Fabric. Bibl. gr. Vol. IV. p. 664. ed. Harlesii), quem denique tamen Hudsonus publici iuris fecit tertio volumine Geographorum minorum. Si Dodwellus, qui a. 1711 in vivis esse desiit, non ignorasset hunc anonymum, de manuscripto, quod perhibet, sententiam certe mutasset et fortasse quod Gronovius coniectura quodammodo vaga adsumserat, argumentis probare studuisset.

8. Post ea, quae hactenus dixi, ordo, qui alius in Periplo, alius in *περιηγήσει* Hoeschelii est, ne minimam quidem difficultatem parare potest. Holstenius differentiam hanc animadvertens Scymni Chii opus totum edere, eique fragmenta subiungere constituerat. (Vid. Fabricium l. c. p. 663.) Debebat igitur ordinem peripli multum immutare et illi, quem auctor ubique secutus est, accommodare. Sed quare nihil de his omnibus dixit? Explicasset sine dubio rem, si editionem perfecisset aut certe fragmenta haec ipse in lucem emisisset. Sed impressa sunt, ut supra vidimus, post mortem eius; Rycquius autem nihil recepit nisi textum graecum et versionem latinam; praefatio et notae, si unquam scriptae sunt, aut perierunt aut fortasse in bibliotheca aliqua cum materia, ex qua Holstenius syllogen illam construere voluit, adhuc sepultae iacent.

Periplo nostro cum fragmentis Scymni curate comparato sententiae meae aliquid obstare videatur, quod ipse indicabo. Holstenio si volupe fuisset, dixerit aliquis, hos versus facere, sine dubio loca anonymi omnia numeris accommodasset, in quibus id facili negotio fieri poterat. Sed exstat locus p. 14. l. 1 sqq., qui sine ulla mutatione in versus duci potest hunc in modum:

Αἶμος μέγιστόν ἐστιν ὑπὲρ αὑτὴν ὄρος,
Τῷ Κίλικι Ταύρῳ τὸ μέγεθος προσεμφερὴς
Τῇ τε κατὰ μῆκος τῶν τόπων παρεκτάσει·
Ἀπὸ γὰρ Κροβύζων, τῶν τε Ποντικῶν ὁρῶν
Ἄχρι τῶν Ἀδριατικῶν διεκβάλλει τόπων[1]

1) Retinui hunc versum non admodum elegantem, quod talem

Hi versus iam a Vossio in notis p. 88 (ed. a. 1639.) laudati non exstant inter fragmenta a Rycquio edita. Quodsi vero Holstenius, dicat forte quis, anonymi codicem legisset, versus illi eum fugere non potuissent, cognitos vero collectioni suae sine dubio inseruisset; quod cum non fecerit, sequitur, ut fragmenta sua non ex hoc periplo, sed ex alio quodam manuscripto, cui versus illi deerant, transscripserit. Ad quam obiectionem equidem haec habeo quae respondeam: Holstenius hos versus, quos quisque primo intuitu agnoscit, et ipse sine dubio animadvertit, sed cum Scymni ordinem sequeretur, illos intra fragmenta recipere non potuit. Agunt enim de monte Haemo, de quo auctor loquitur in fine fragmenti maioris, editi ab Hoeschelio. Reperiuntur versus posteriores huius fragmenti apud anonymum nostrum et adeo completiores, quam in manuscripto Hoeschelii. Itaque opus erat, ne quid ex divina arte, in nostro periplo dissimulata, perderetur, versus de monte Haemo non fragmentis minoribus, sed parti περιηγήσεως praecipuae inserere; nec dubitandum est, quin inserti essent, si Holstenius plenam, quam animo conceperat, Scymni Chii editionem perfecisset.

Sed satis de fragmentis huius Geographi. Hoc unum tamen addendum est, sententiam meam Holstenii epistola supra a me commemorata, nuper interius cognita, extra omnem dubitationem poni. Ita enim ille ad amicum suum

se offert in msto et quod re vera ignoratur, Scymnus bonosne versus an malos fecerit; nam omnes, quos habemus, et quorum plurima pars, ut supra dixi, incondita est, non tam ab ipso, quam ab editoribus profecti sunt. Proinde mihi certe licebit non priores facere, quam isti fecerunt, et admittit metrum comicum saepius versus non ad amussim elaboratos i. e. iambos senarios paullo liberiores, ut Heynius V. Cl. dicit, de versibus Scymni loquens. (Apollod. t. I. p. 405.) Versu meo non contenti eum facili negotio emendare poterunt reciso articulo et facta transpositione; qua licentia editores saepe usi sunt:

Ἀδριατικῶν ἄχρις διεκβάλλει τόπων.

Loca similia, in quibus ἄχρι genitivo, quem regit, postponitur exstant passim, v. c. apud Libanium Vol. IV. p. 538 ed. Reiske τῆς ἡλικίας .... ἐκβάντα τοὺς ὅρους, ὧν ἄχρι παιδεύεσθαι ἐφίδιον.

Nicol. Peirescium (Cf. Sainte-Croix in Comment. literar. l. l. p. p. 680): „Vix quarta totius operis (*περιηγησεως*) pars nobis superest. Totum enim internum mare descripserat, sed solatur dolorem meum, quod ducentos et amplius versus repererim hactenus non editos, in descriptione Ponti Euxini, quae falso Arriani nomen praefert, de qua infra XIV. loco scribam prolixius: quibus auctior haec *περιήγησις* nostra opera prodibit.“ Incommodum est, quod tota epistola Holstenii, quae Carpentoractae Meminorum in bibliotheca publica adversatur, dum haec scribo, inedita est. Fortasse Bredovio meo, cuius Parisiis nuper commorantis cum voluptate recordor, mox continget, ut eam in adspectum lucemque protrahat.

Periplus Anonymi minori cura, quam cetera omnia, quae manuscriptum tanti pretii nostrum complectitur, opera, descriptus est. Cum vitiosae lectiones Salmasii in omnibus editionibus repetitae sint, emendationes, quas ex manuscripto hausi, Tecum communicandas haud gravatim accipies. Videbis, tantum abesse, ut versentur in minutiis, ut etiam geographiae antiquae aliquid subsidii afferre possint. Uti illis licebit Clarissimo Bredovio in nova, quam parat, editione Geographorum minorum, quae viris doctis eo gratior et acceptior erit, quo rarior liber est vel in ipsa Anglia.

LUCAS HOLSTENIUS

DE FRAGMENTO PERIPLI. EXCERPTUM EX EIUSDEM EPISTOLA AD PEIRESCIUM, NO. XIV [1].

„Alia descriptio Ponti Euxini, confecta ex tribus antiquis auctoribus, Arriano scilicet, Anonymo Periegete Iambico, de quo supra loco VII. et Marciano seu potius

1) Haec consilio hoc loco exhibui ex Bredovii Epistolis Paris. p. 16. De auctore peripli huius conf. Dodwelli diss. §. 7.

Menippo, quem Marcianus transcripsit, ex horum fragmentis invicem coniunctis quasi emblematis tessellatum hoc opus concinnatum, forte a Constantino Porphyrogeneta; cuius coniecturae rationes nuper tibi exposui. Posteriorem partem primo in Palatino codice reperi a Bosporo Cimmerio Byzantium usque, dein primam ab eodem Bosporo usque ad Phasin in alio Msto Vaticano, eo nomine gratissimum mihi fuit inventum, quod CCXL versus Anonymi illius poetae nobis conservati fuerint: eoque vehementius desidero integrum exemplar alicunde protrahi, quo damnum illud resarciatur. Posteriorem illam partem Cl. Salmasius passim citat nomine *περίπλου* paludis Maeotidis Arriani, cum nihil nisi ostium in transitu tangat, et recentior sit non Arriano solum, sed Marciano quoque Heracleota."

ΠΟΝΤΟΥ ΕΥΞΕΙΝΟΥ ΚΑΙ ΜΑΙΩΤΙΔΟΣ ΛΙΜΝΗΣ ΠΕΡΙΠΛΟΥΣ.

. . . . . .

. . . . . .

. . . . . .

[Pag. 1. Huds.]

[δε] σμοῦ τε πάθος[1] τόδ' ἐποψόμενοι.
Ἔπειτα καταλέγουσιν, ὅσην χώραν ἐπῆλθον,
τῇ μεν διδυμον χθονος Εὐρώπης
μέγαν ἠδ' Ἀσίας[2] τέρμονα Φάσιν

PONTI EUXINI ET MAEOTIDIS PALUDIS PERIPLUS.

. . . . . .

. . . . . .

. . . . . vinculorumque hosce dolores visendi gratia. Deinde commemorant, quantam regionem peragrarint; qua duplicis [regionis], Europae et Asiae, latius porrectum terminum, Pha-

1) Ex Arriani Periplo haec suppleri possunt; unde ea, et multa huius opusculi alia, sunt hausta. Omnia enim fere fragmenti huius auctor ex Scymno Chio et Arriano, accepit. Sed de eo iam nos in Prolegomenis. Voss. Cf. Arriani locum p. 20. Huds. supr. p. 82, ubi Vossius legi vult τῇ μὲν . . . ἠδ' Ἀσίας τέρμονά φασιν. Gail. Esse utroque loco (Scymni Fragm. et libello hocce) eundem auctorem, et eum Scymnum, intelligendum, post ea quae Bastius (Lettre crit. p. 4—27) [cf. t. II. p. 308—314. G.] disseruit, collata Holstenii epistola in Bredovii Epp. Paris. p. 13 et 16, nemo infitias ibit. Marxius (in Ephor. Fragm. p. 192). Legimus in Arriano, l. c.: Λέγουσιν γοῦν αὐτῷ (τῷ Αἰσχύλῳ) οἱ Τιτᾶνες πρὸς τὸν Προμηθέα, ὅτι ἥκομεν κ. τ. λ. Codex palatinus habet αυτο (sic), quod Sigismundus Gelenius bene mutavit in αὐτῷ, apud illum. Videatur de hoc casus tertii usu Toupius ad Longin. (ed. 1778), p. 296. Aelianus de Nat. anim. l. IV. cap. 45. Θαυμάσαι λόγον ἄξιόν φησιν Εὔδημος· καὶ τῷ γε τῷ ἀνδρὶ ὁ λόγος οὑτός ἐστι. In linguam latinam qui transtulit, non expressit verba τῷ γε ἀνδρὶ τῷδε. Bastius in Epist. crit. ad Boisson. p. 12, ed. Lips. 1809. Gail. Versus adornavi, qui peripli fragmento, quale superest, praemissi sunt. Priores editores hoc prorsus neglexerunt.

2) Edd. τῇ μὲν . . . ἠδ' Ἀσίας. Cod. πῃ μὲν . . πῃ δ' Ἀσ. Sic in ed. Basil. Gelenii, ubi verius Bast. vidit. in cod. πῇ μὲν . . . ἢ δ' (sic, quo in ἠδ' traducimur, ut ait Bast. l. c. p. 12). Quam lectionem praetuli, ut sententiae accommodatiorem: sic apud Arrianum reponere debuissem, et Vossii versionem fere admittere: ubi geminum Europae et Asiae terminum esse aiunt magnum Phasin. At πῇ non vero ubi,

ποταμὸν [3]. Τῆς δὲ λίμνης τῆς Μαιώτιδος [4] περίπλους ἐν κύκλῳ, λέγεται σταδίων ἀμφὶ τῶν ϑ, μίλια ϛσ' [5]. ἡ δὲ Μαιῶτις λίμνη λέγεται εἰς ἥμισυ εἶναι τοῦ Πόντου [6]. Τὸν δὲ Τάναιν ποταμὸν, ὅς ἐστι τῆς Ἀσίας ὅρος, τέμνων τὴν [2] ἤπειρον ἑκα-

sin fluvium [deveniunt]. Paludis autem Maeotidis ambitus dicitur esse stadiorum circiter 9000, millium MCC. Maeotis palus putatur dimidia fere esse Ponti. Tanaim vero fluvium, qui terminus est Asiae, secans utrumque continentem in partes duas,

sed qua ἐπῆλθον Titanes ad Phasin: διδυμον a substantivo τέρμονα, ad regiones ipsas retuli: μέγαν, non tam ad magnitudinem fluvii ipsius, quam ad longitudinem finium respicere censui: et tandem ἠδέ cum Vossio et Bastio, ut copulativam admisi; nam τῇ δὲ, vel πῇ δὲ, quod alii in textum admiserunt, ut priori τῇ μὲν, vel πῇ μὲν, responderet, minime huic contrarium est, quam linea una intelligenda sit, Europam simul et Asiam dividens. — Φάσιν servavi, nec vero Φᾶσιν, accentum metricum, ut videtur. Cf. supr. pag. 82. Gail. ubi conf. Hermannum.

3) Φᾶσιν πταμόν. Ms. addit ποταμόν. Salmasius, verisimiliter consilio, omittit hoc verbum, quia neque in Arriano invenitur, neque convenit orationi poeticae. Bothius, vir. cl., sic versus digerit (Fragm. Aeschyl. p. 584):

Πέταμαι (pro πῇ μὲν) δίδυμον χθονὸς Εὐρώπης
Μέγαν ἠδ' Ἀσίας τέρμονα Φᾶσιν. Bast.

4) λίμνης τῆς Μαιώτ. Scriptura codicis, τῆς δὲ λίμνης τῆς Μαιώτιδος, sine ulla dubitatione recipienda est. Graece enim dicitur, aut ἡ Μαιῶτις λίμνη, aut ἡ λίμνη ἡ Μαιῶτις. Utrumque recte habet, idemque significat. Eandem medicinam exspectant innumerabiles scriptorum graecorum loci, ubi cum posterior constructio usurpata esset, articulus substantivum sequens, per scribarum negligentiam excidit. Conf. quae dedit amicissimus Schaefer, Melet. crit. p. I. p. 8 sq. Bast. Add. Epist. crit. p. 92. In Aeliano, N. A. XIV. c. 29. Codex 997 recte legit τῇ μὲν ὥρᾳ τῇ χειμερίῳ. V. Epist. crit. p. 109. Herodotus IV. c. 41. ἐν τῇ ἀκτῇ ἑτέρῃ, intolerabili vitio, quod miror in editionem Reizianam irrepisse. Aliae recte habent ἐν τῇ ἀκτῇ τῇ ἑτέρῃ. Dionys. Halic. Aniquit. rom. IV. c. 34. t. II. p. 272, ὁ δῆμος Ῥωμαίων. Bene Cod. Vat. ὁ δῆμος Ῥωμαίων. Schaefer.

5) Videmus milliarium Anonymi B, ut prioris, continere stadia 7 et dimidiam. Cf. Bastium infra, p. 254—255. Gail.

6) εἰς ἥμισυ ε. τ. Πόντου] Dele praepositionem, aut lege ὡς ἥμισυ. Scylax (t. I. p. 283 extr.)... λέγεται ἥμισυ εἶναι . . .; unde fortassis hausit. Vossius. Dissentio. εἰς verbo numerali adiunctum significat circiter, ferme, propemodum. Arrianus [supr. pag. 6, Huds.]: ἀπέχει Τῆσσον λιμένος ἐς ἐνενήκοντα σταδίους μάλιστα. P. 10: διέχει τοῦ Χώβου σταδίους ἐς δέκα καὶ διακοσίους μάλιστα· Aelianus N. A. V. 3. p. 143: ἀφίησι δὲ ἕκαστον ζῶον εἰς κοτύλας δέκα. Libanius vol. IV. pag. 632: εἴ τοί τις ὑμῶν οἰκέτης (pro-

τέραν δίχα, πρῶτοι νέμονται [αὐτὸν] Σαρμάται[1], ... διαχίλια στάδια ἐπέχοντα, γινόμενα μίλια σ'. Εἶτα μετὰ τοὺς Σαρ-

primi accolunt Sarmatae, per regionem 2000 stadiis, id est, CC. millibus, patentem. Post Sarmatas gens est Maeotarum, qui

ximum verbum deest in codice parisiensi n. 3017): *δύναιτο φέρειν δέκα τῆς ἡμέρας δραχμὰς, ὑπὸ δὲ ἀρχίας εἰς ἥμισυ φέροι, τοῦτον οὐκ ἄν κ. τ. λ.* Reiskius in adnotatione quaerit: „*εἰς* num delendum est.“ Minime: *εἰς* significat circiter. Cf. Fischer. ad Weller. 2, p. 156. [Conf. Matth. Gr. p. 558, f. G.] Bast. Non assentimur, *εἰς* hoc loco esse adverbium, quam quidem vim non magis quam Latinorum ad habere potest. *Εἰς ἥμισυ* explicandum est ad dimidium, ita ut auctor dixerit, paludem Maeotidem ad dimidium exaequare Pontum.

1) Edd. *ἑκατέρα*, cod. *ἑκάτερα*. Melius Holsten. in fragm. Scymn. 136 *ἑκατέραν. Τὸν δὲ Τάναιν... πρῶτοι νέμονται αὐτὸν Σ.* Phrasis perturbata, ubi *νέμονται* duplicem regit accusat. *Τάναιν* et *αὐτόν*. Forsan genuina lectio similis erat huicce: *Τὸν δὲ Τάναιν ποταμὸν πρῶτοι νέμονται Σαρμάται· εἶτα μετὰ τοὺς Σ.* Poetica et paululum redundantia, ni fallor, imo praecedentibus contraria de terminis Europae et Asiae, verba aliunde auctor mutuatus est, vel ex Scymno, vel ex Scylace nostro (T. I. p. 284), at fort. ex fonte communi, *ὃς ἐστι τ. Ἀσ. ὅρος, τέμνων τὴν ἤπειρον ἑκατέραν δίχα.* Quibus quum interruptam seriem orationis nescio quis crederet, mox *αὐτόν* inseruit. Similes insertiones notavimus ad Anon. A, p. 3; p. 6, 2; p. 15, 1; p. 22. Vossius infra suspecta iudicat *δισχίλια ἐπέχοντα, γιν. μίλια σ'*. Eo magis mihi suspecta, aut potius aliunde cum perturbatione inserta videntur, quod Sarmatarum regioni stadia 2000, id est, millia 250, interpolatio tribuat, sed stadia intelligendo, quorum octo milliario uni respondent, dum Anonymus uterque A. et B. ubique stadiis 7 tantum et dimidio milliarium impleant. Sin aliter legendum foret *μίλια σξε'* (266 ⅔). Cf. mox pag. 254, et Dodwell. supr. p. 185—100. Hic stadiorum usus forsan ad Ephorum, vel Hecataeum, aut Demetrium Calatianum, vel ad auctorem quemlibet antiquum, nos revocat, quos Scymnus saepius exscribebat. Anonymus noster B, modo Scymnum, modo alios prosae orationis scriptores secutus est, unde ortae discrepantiae. — De Tanaide, Asiae termino, cf. Ammian. Marcell. XXX, 2, praeter ter Scylacem, et quos laudat Tzschuck. ad Mel. I. 1, p. 6. — Delendum *αὐτὸν* cum Holsten. Fragm. 137. Gail. — *Πρῶτοι... Σαρμάται.* Emenda *Συρμάται*: Eos hic recenset Scylax (T. I, p. 284, l. 4; at forsan diversa manus ab ea, quae mox p. 285 init. scripsit: *Πρῶτον ἔθνος ... Σαυρομάται*, fort. ex Ephoro, cui Anon. noster hanc adpellationem tribuit §. 1. p. 206. Conf. nostra T. II. p. 402. G.). Vide quoque Stephanum, qui sic legit. Est autem ea Sauromatarum natio (procul dubio, *Συρμάται, Σαυρομάται, Σαρμάται*, sunt varietates nominis vicissim usurpatae. *Συρμάται* germanae formae fort. prior est; sed seriores epitomatores ad arbitrium varias adhibuerunt. Ab anonymo igitur emendando abstinendum est. G.) Quae sequuntur, valde

μάτας, Μαιωτῶν γένος Ἰαξαματῶν[2] λεγόμενον, ὡς Δημήτριος εἴρηκεν, ἐφ' οἷς καὶ Μαιῶτις λίμνη λέγεται. ὡς δὲ Ἔφορος λέγει, Σαυροματῶν λέγεται ἔθνος. τούτοις δὲ ἐπιμεμίχθαι τὰς Ἀμάζονας τοῖς Σαυρομάταις λέγουσιν, ἐλθούσας ποτὲ ἀπὸ τῆς περὶ τὸν Θερμώδοντα[3] γενομένης μάχης· ἐφ' οἷς ἐπεκλήθησαν οἱ Σαυρομάται Γυναικοκρατούμενοι[4]. Εἶτα ἔστι Φαναγόρου πόλις[5], Κῆποι πόλις. Εἶτα ἔστιν Ἑρμώνασσα, Φαναγο-

Iazamatae adpellantur, teste Demetrio; a quibus palus Maeotis nomen duxit: Sauromatarum vero gens vocatur, si Ephoro credamus. Cum illis dicunt coisse Amazones, quum olim huc venissent a praelio circa Thermodontem commisso; unde vocati sunt Sauromatae Gynaecocratumeni. Deinceps est urbs Phanagori, Cepi civitas. [Deinde est Hermonassa et Phanagoria,

mihi suspecta sunt. Vossius. Et mihi prorsus; vide supra. Ἐπέχοντα pendet a voce quadam, quae cum aliis in textum nostrum non transposita fuit. Recte igitur Vossius adiicit: Deest aliquid. Gail.

2) Vulgo Ἰαξαματῶν. Codex habet Ἰαξαμάτων, uti legimus in fragmentis Scymni Chii, v. 140. [De scriptura vocis cf. Tzschuck. ad Mel. not. crit. I. p. 640 sqq. G.] Vid. Stephanus Byzantinus de voce Ἰαξαβάται. Literulae ξ et ζ interdum commutatae sunt a librariis. Pseudo-Plutarchus, de Fluminibus, cap. 20. 5, 1 ed. Wyttenbachii: ἑαυτὸν ἔβαλεν εἰς ποταμὸν Ζαράνδαν. Codex praebet Ξαράνδαν, quod praestat. Bast. ep. crit. p. 13.

3) Vulgo Θερμώδοντα ποταμόν. Proximum verbum desideratur et in codice et in Fragmentis Scymni, vs. 145. Bast.

4) Voss., Gronov., et codex, ut videtur, γυναικρατύμενοι. Huds. cum Holstenio in Fragm. γυναικόκρ. Sic et Scylax. Gail.

5) Εἶτα ἔστι Φαναγόρου πόλις. Haec, ut et caetera ferme omnia, ex Scymni Chii Periplo, qui comicis conceptus erat versibus, in suam περιήγησιν transtulit noster auctor. Sic autem reducenda sunt ea in senarios:

Εἶτ' ἔστι Φαναγόρου πόλις, Κῆποι πόλις.
Εἶτ' ἔστιν Ἑρμώνασσα, Φαναγόρειά τε,
Ἣν Τηΐους λέγουσιν οἰκῆσαί ποτε.
Καὶ Σινδικὸς λιμὴν ἔχων οἰκήτορας
Ἕλληνας ἀπὸ ἐγγὺς ἥκοντας τόπων.
Ταύτας περιέχει τὰς πόλεις διακειμένας
Ἡ νῆσος, κατὰ τὴν Μαιῶτιν ἄχρι Βοσπόρου
Χώραν ἀπολαμβάνουσα πολλὴν πεδιάδι,
Ἥτις τὰ μὲν τοῖς τε ἕλεσιν, τοῖς τε ποταμοῖς
Ἀδιάβατος, τενάγεσί τε τοῖς ἐν τῷ πέραν
Ἀδὲ τῇ θαλάσσῃ, τῇδε λίμνῃ . . . .
Τὸ δὲ στόμα ἐκπλέοντα Κιμμερὶς πόλις,
Ἀπὸ Κιμμερίων μὲν βαρβάρων κεκλημένη.
Κτίσις δὲ τυράννων οὖσα τῶν ἐν Βοσπόρῳ.
Κῆπος δ' ἀποικισθεῖσα διὰ Μιλησίων.

Phanagori πάλιν hic distinguit [minime. Vid. mox Gail.] a Phanagoria insula, quam Phanagoras Tejus, cum Persas fugeret, deduxit. Rescripsimus itaque, Ἦν Τηΐους λέγουσιν οἰκῆσαί ποτε. Non Τίους, ut antea. Miror vero, Sindicam appellare insulam, cum revera sit peninsula. Sed nihil novi, saepissime insulas cum pene insulis confundi. Multis id iam ante probarunt viri docti: neque id tantum apud Graecos, sed etiam apud Latinos obtinet. Sic Trapezunta, et Pityunta, insulas adpellat Ammianus Marcellinus, lib. XXII. Ipsam quin etiam Sindicam insulam vocat. Locum, qui est libro dicto, adscribam: „Longo exinde intervallo bene est insula, quam incolunt. Sindi ignobiles, post heriles in Asia casus coniugiis potiti dominorum et rebus.“ Sed legendum, pene est insula, non bene. Sequentia vero in senarius ita digere, et emenda:

. . . . . Μαιώτιδος
Λίμνης τὸ Παντικάπαιόν ἐστιν ἔσχατον
Τοῖς Βοσπόρου βασιλεῦσιν ὠνομασμένην [sic. G.]
Ἄνω δὲ τούτων ἔστι Σκυθικὴ Βάρβαρος·
Πρὸς τὴν τ' ἀοίκητον συνορίζουσ' ἔστι γῆν,
Καὶ πᾶσι τοῖς Ἕλλησιν ἀγνοουμένην.
Πρώτους δὲ παρὰ τὸν Ἴστρον εἶναι Κάρπιδας
Εἴρηκεν Ἔφορος. Εἶτ' ἀν' Ἀρωτῆρα πρόσω
Νευρούς τε μέχρι γῆς πάλιν ἐρήμου διὰ πάγων.
Πρὸς ἀνατολὰς δ' ἐκβάντι τὸν Βορυσθένην
Τοὺς λεγομένην Τλαιαν οἰκοῦντας Σκύθας·
Εἶναι δὲ Γεωργοὺς ἐχομένους τοὺς τῶν ἄνω·
Ἔπειτα πάλιν ἔρημον ἐπὶ πολὺν τόπον·
Ὑπὲρ δὲ αὐτὴν Ἀορσφάγων Σκυθῶν ἔθνος.
Ἐπέκεινα πάλιν ἔρημον εἶναι ἐχομένην·
Τὸν Παντικάπην διαβάντι Λιμναίων ἔθνος,
Ἕτερά τε πλείονα οὐ διωνομασμένα,
Νομαδικὰ δὲ καλούμενα, εὐσεβῆ πάνυ·
Ὧν οὐδεὶς ἐμψύχων, ἀδικῆσαί ποτ' ἄν·
Οἰκοφόρα δ' ὡς εἴρηκε, καὶ σιτούμενα
Γάλακτι, ταῖς Σκυθικαῖς τε ἱππημολγίαις.
Ζῶσιν δὲ τήν τε κτῆσιν ἀναδεδειχότες
Κοινὴν ἁπάντων τηνθ' ὅλην τῶν οὐσίαν.
Καὶ τὸν σοφὸν δ' Ἀνάχαρσιν ἐκ τῶν Νομαδικῶν
Φησὶν γενέσθαι τοῦ σοφοῦ εὐσεβεστάτων.

Haec omnia ad verbum noster περιηγήτης ex Scymno Chio; iste vero ex Herodoto, apud quem libro IV eadem leguntur. Sed non ille eius, unde hausit, nomen suppressit: siquidem in prologo ad regem Bithyniae Nicomedem, inter eos, unde sua depromsit, etiam Herodotum recenset. Carpidas autem, quorum hic meminit, alii non norunt. Carpos hic locant historici; et dubito, an sint iidem. Diversos puto esse ab his Καρπιανούς, quos Ptolomaeus describit μεταξὺ Πευκίνων καὶ Βαστέρνων. Longiuscule enim illi absunt ab ostiis Istri. Forte sunt Κάρπιοι Ptolomaeo (III, 10) in Moesia inferiori. Τὴν δὲ ἀπὸ τοῦ ἀρκτικωτάτου στόματος τοῦ Ἴστρου παράλιον, μέχρι τῶν τοῦ Βορυσθένους ποταμοῦ ἐκβολῶν, καὶ τὴν ἐντὸς χώραν μέχρι τοῦ Γεράσου ποταμοῦ κατέχουσι μὲν Κάρπιοι ὑπὸ τοὺς Τυραγγέτας. Βριτολάγγαι δὲ ὑπὲρ τοὺς Πευκίνους. Sic scribendum. Cave autem hic confundas Peucinos, qui in Peuce insula, cum illis Sarmatiae,

ρία [6] τε, ἣν Τηίους λέγουσιν οἰκῆσαί ποτε. καὶ Σινδικὸς λιμὴν, ἔχων οἰκήτορας Ἕλληνας ἀπὸ τῶν ἐγγὺς ἥκοντας τόπων, ταύτας περιέχει τὰς πόλεις διακειμένας ἡ νῆσος [7], κατὰ τὴν Μαιῶτιν ἄχρι

quam Teios quondam habitasse ferunt]; et Sindicus portus, graecos habens incolas, qui istuc a proximis locis confluxerunt. Has urbes [Phanagoriam et Cepos], inter se [satis] distantes, continet insula, regionem Maeotidi contiguam, vastam et campestrem,

qui ad Peucem montem, iuxta Basternas. Sed ignoti mihi videntur fuisse Carpi ad Danubium, hoc saltem nomine, aevo antiquiori. Et praeterea Herodotus, unde omnia haec petita sunt, non meminit eorum. Retinendam itaque arbitror lectionem vulgatam; nisi pro *Κάρπιδας*, malis *Καλπίδας*. *Καλπίδαι* vero sunt, quos Herodotus, Mela, Plinius, Calipidas vocant. Saepissime enim litterae mediae, metri gratia, auferuntur. Sic apud Dionysium Periegeten, *Σάμαται* pro *Σαρμάται*: et apud Valer. Flaccum, lib. VI, Baternae pro Basternis, et alia huiusmodi. Potest etiam legi *Καλίπιδας*. Inter Hypanim et Istrum, ab omnibus collocantur Callipidae. Licentius in carmine ad Augustinum:

Hexampeosque lacus fugiens Hypaneius amnis
Callipidum scythicas resonat spumosus ad undas.

Sic restitue. Reliqua vero, quae sequuntur, confer cum Herodoto. Voss. In his versibus est quod attendas, lector. Nam Vossius septimum ita constituit versum: *Ἡ νῆσος κατὰ τὴν Μαιῶτιν ἄχρι Βοσπόρου*, quum in contextu edat *ἡ νῆσος, κατὰ τὴν Μαιῶτιν ἄχρι τοῦ Βοσπόρου*. Unde longe prudentius elicietur primus, ille articulus *Ἡ*, quam genitivus *τοῦ*, si modo gradus colligas. Nonum ita ampliat: *Ἥτις τὰ μὲν τοῖς τε ἕλεσιν, τοῖς τε ποταμοῖς*, quum in codice exstet, *ἥτις τὰ μὲν τοῖς ἕλεσι, καὶ τοῖς ποταμοῖς*, in quibus exstat versus numerosissimus. Sed magis miror sequentem versum, *Ἄνω δὲ τούτων ἔστι Σκυθικὴ Βάρβαρος*, ut ille ausus est digerere, quum in ms. legatur *Ἄνωθεν δὲ τούτων ἡ Σκυθικὴ πόλις*, ubi manifeste patet transpositionem innui faciendam una litera dempta, *Ἄνωθε τούτων ἥδε Σκυθικὴ Βάρβαρος*. Certe verbum *ἔστι* fatue geminatur et copula audacter interponitur, ubi non requiritur. Gronov. Iterum ibi noster ex plurimis auctoribus sua hausit. Phanagori urbem a Phanagoria distinguere videtur, dum verba ex diversis auctoribus congerit, et eumdem locum bis cum duplici adpellatione laudat. Suspicor ex Ephoro fluxisse haec: *Εἶτα ἔστι Φαναγόρου πόλις, Κῆποι πόλις, καὶ Σινδικὸς λιμήν . . .*: eosdem locos tantum memorat Scylax noster, p. 285, fort. ex Ephoro; et simul ex alio, fort. Scymno, Anonymus adiecit cum perturbatione: *Εἶτα ἔστιν Ἑρμώνασσα, Φαναγορία τε . . . οἰκῆσαί ποτε*. Gail.

6) *Φαναγορία*. Sic Strabo, p. 757 Alm. De variis nominis formis vid. Tzschuck. ad Mel. exeg. l. 19, 15. Gail.

7) *ταύτας περιέχει . . . . ἡ νῆσος*. De qua insula vid. Strabon. p. 756 extr. et p. 757 init. Almel. At insula illa Phanagoriam (vel Phanagori urbem) et Cepos tantum continet, ut liquet ex Strabone, sed non Hermonas-

τοῦ Βοσπόρου χώραν ἀπολαμβάνουσα πολλὴν πεδιάδα[8] ἥτις τὰ μὲν τοῖς ἕλεσι, καὶ τοῖς ποταμοῖς ἀδιάβατος, τενάγεσί τε τοῖς ἐν τῷ πέραν[9], τὰ δὲ τῇ θαλάσσῃ τῇ τε λίμνῃ γίνεται[11]. Τὸ δὲ στόμα ἐκπλέοντι[12] Κιμμερὶς[13] πόλις, ἀπὸ Κιμμερίων μὲν

usque ad Bosporum comprehendens: cuius insulae partes nonnullae paludibus et fluviis imperviae sunt [locisque coenosis, ex adverso iacentibus], quaedam vero mari et lacu. Egredienti vero os offert se Cimmeris urbs, a Cimmeriis barbaris adpellata, et

sam et Sindicum portum. Suspicor igitur verba *ταύτας περιέχει*, ab auctore quodam fluxisse, qui ea adhibuerat de Phanagoria atque Cepis; et confuse ibi reposita fuisse post laudatas alias civitates, Hermonassam et Sindicum portum. — Supra *διακειμένας*, quam vocem versio vetus omittit, intellexi ceu *ἀποκειμένας*. Gail.

8) *πεδιάδα*. Vulgo vertunt planitiem. At vox est adiectiva *πεδιάς*, de quo silent lexica, et non satis constat inter viros doctos. Herodot. IV. 23 et 47: *ἥ τε γὰρ γῆ ἐοῦσα πεδιάς*.... Plurima verba in *ας-αδος*, *ις-ιδος*, desiuentia, sunt adiectiva, ut *ἐν τῇ Θεσπρωτίδι ἠπείρῳ*, Pausan. IX. 36, pag. 783 init., Sylb.; *Θεσπρώτιδα Δωδώνην*, Pindar. Fragm. XIII. p. 87 Heyn.; *ἄμπνυα δρομάδα*, Sophocl. Philoct. 676 Erf.; *Τραχινίαν τε δρομάδα*, ib. 490; *τὴν Εὐροῖδα γῆν* Eustath. ad Dionys. 476, p. 191, ed. Bernh.; Minerva *πολιάς*, Soph. Philoct. 134; Eurip. Med. 132, *ἔλινον δὲ βοᾶν τᾶς ὀνοτάνου πολιᾶδος*; ib. 2, *Κυανέας ξυμπληγάδας*; ibid. 981, *τὸν ἄϊδα κόσμον*; Harpyiae *πτωκάδες* (quae formidinem incutiunt; lectio servanda, iudice patre venerando, in Essai sur les désin. p. XVII. Sic *τοκὰς λέαινα*, sensu activo, Eurip. Med. 184.) Soph. Philoct. 1079. — Vertit Vossius: usque regionem Bosporanorum, vastam comprehendens planitiem, quasi legeret *ἄχρι τῆς τοῦ Β. χάρας*, quia nempe redundare *χώραν* crederet, et *πεδιάδα* substantivum esse vellet. Gail.

9) *τενάγεσί τε τοῖς ἐν τῷ πέραν*. Haec, nescio unde, inserta sunt, et includenda erant in secunda phrasis parte: prior enim interiores regionis tractus respicit, posterior maria et lacus, quibus ora insulae adluebatur; et insuper *τενάγεσι κ. τ. λ.*, male succedunt post *ἀδιάβατος*, qui *τοῖς ἕλεσι* et *ποταμοῖς* supra quasi involvit. Saltem scribendum erat . . . *τὰ μὲν . . . ἀδιάβατος, τὰ δὲ τῇ θαλάσσῃ τενάγεσί τε τοῖς ἐν τῷ πέραν, τῇ τε λίμνῃ*. Gail.

10) Vulgo *ἅδε τῇ θ.*, *τῇδε λ.* Codex servavit verum plane eundem, qui legitur in Fragm. Scymni, 861: *ἃ δὲ τῇ θαλάσσῃ τῇ τε λίμνῃ γίνεται*. Bast. Reposui *τὰ δὲ τῇ θ.*, oppositum praecedenti *τὰ μέν*. — Priscam lectionem *τῇδε λίμνῃ*, vertit Vossius: et supradicta palude. Credidit vir cl. hanc *λίμνην* quasi subintelligi in *ἕλεσι*, vel in *τενάγεσι τοῖς ἐν τῷ πέραν*: at monstravimus haec verba esse suspecta: *λίμνη* illa est *Κορακονδαμῖτις* Strabonis, p. 756 extr. Alm., vel Maeotis palus, si *θαλάσσῃ* mare proprium, Euxinum, *λίμνῃ* inclusam magis Maeotidem, exprimere voluerit. Gail.

11) *γίνεται* reposuit Bast., quod deest in edd.

12) Vulgo *ἐκπλέοντα*. Malim *ἐκπλέοντι*. Huds. Sic Holsten. in Scymni Fragm. 148. Gail.

13) *τὸ Κιμμερικὸν* Straboni, p.

βαρβάρων κεκλημένη, κτίσις δὲ τυράννων οὖσα τῶν ἐν Βοσπόρῳ· Κῆπός τε[14] *ἀποικισθεῖσα διὰ Μιλησίων. καὶ ταῦτα μὲν ἐν τῷ* [3] *τῆς*[1] *Ἀσίας μέρει. Τῆς δὲ Εὐρώπης, ἐπ' αὐτοῦ τοῦ στόματος τῆς Μαιώτιδος λίμνης, τὸ Παντικάπαιόν ἐστιν*[2] *ἔσχατον, τοῦ Βοσπόρου βασίλειον*[3] *ἐπωνομασμένον. Ἄνωθεν δὲ τούτων*[4] *ἡ Σκυθικὴ βάρβαρος πρὸς τὴν ἀοίκητον συνορίζουσά*[5] *ἐστι γῆν καὶ πᾶσι τοῖς Ἕλλησι ἀγνοουμένην. Πρώτους δὲ παρὰ τὸν Ἴστρον εἶναι Κάρπιδας εἴρηκεν Ἔφορος· εἶτ' ἀν' Ἀροτῆρας*[6] *πρόσω,*

colonia tyrannorum in Bosporo regnantium; atque Cepus a Milesiis condita: et haec quidem loca sunt in parte Asiae. At in Europa, in ipso ore Maeotidis paludis, insidet Panticapaeum ultimum, Bospori regia cognominatum. Supra haec est Scythia barbara, usque ad inhabitabilem terram conterminam porrecta, omnibusque Graecis ignotam. Primos ad Istrum habitare Carpidas Ephorus tradidit: deinde Aroteras ulterius, Neurosque ad

716 init. Alm. Quae civitas in tabulis geographicis saepius omittitur. Suspicatur Mannertus, IV. 326, eam exstitisse ubi ruinae reperiuntur fere in medio peninsulae: at eam collocat Plinius in ultimo ostio [Et tamen geographi veteres laxius has dicendi formas adhibebant. Noster ipse ponit Cimmerium quasi extra fretum, et mox Porthmium, fere in Maeotide sitam, etiam in ore freti collocat: iterum contra „in ore ipso Maeotidis paludis," *ἐπ' αὐτοῦ τοῦ στόματος τῆς M.*, Panticapaeum reponit, quod vere ab ore illo satis distabat. Sic Plinii in ultimo ostio forsan non examussim intelligamus oportet.] (VI. 6); Anon. noster: *τὸ στόμα ἐκκλίοντι*, id est, os egresso Maeotidem versus; cf. T. II. p. 377. Et tandem Strabo l. c. eam facit distantem ab Achilleo pago 20 stadiis. Insidebat hic pagus ad exitum parvulae ibi peninsulae cuiusdam meridionalem. Ergo Cimmericum collocari potest ad sept. et orientem Achillei pagi et in eadem peninsula. — *κτίσις τυράννων*. Cf. ad Scym. Fragm. vs. 150. T. II. p. 403, 404. Gail.

14) Vulgo *Κῆπος δέ. Κῆπος τε* cod. — Ibi etiam, neglecta serie rerum sibi propria, auctor iterum laudat Cepos, nunc Cepum numero singulari, quasi hinc et inde verba aliquot decerperet. — Plinius VI. 6, cum nostro testatur Cepos coloniam esse Milesiorum. *ἀποικισθεῖσα* composit. poetice pro simplici, sed exquisitiore sensu hic carens. Gail.

1) Voss. et Huds. *ἐν τῷ Ἀσίας*. Gronov. et cod. *τῷ τῆς*. Gail.

2) Sic Bast. ex cod. Vulgo *Παντικάπαιον ἐστὶν*. Gail.

3) Sic ego cum Holsten. in Scymni Fragm. 98: vid. ibi varr. lectt. Vulgo *ἔσχατον τῶν B. βασιλέων*. Voss. *τοῖς B. βασιλεῦσιν ὠνομ.* Gail.

4) *ἀνωθεν δὲ τούτων*. Haec abrupte posita, ex alio auctore manant, Ephoro scilicet, qui ipse ex Herodoto fortasse sumserat. Cf. Schweigh. ad Herod. IV. 18. p. 180. Gail.

5) Vulgo *συνορίζουσαν ἐστὶν γῆν*. Voss. et Holsten. *συνορίζουσ' ἐστὶ γῆν*. Huds.

6) Vulgo *Ἀρωτῆρα πρόσω*. Edit Vossius *Ἀρωτῆρα*, quum in chi-

Νευρούς τε[7] *μέχρι γῆς πάλιν ἐρήμου διὰ πάγων. πρὸς ἀνατολὰς δὲ ἐκβάντι τὸν*[8] *Βορυσθένην ποταμὸν, τοὺς τὴν λεγομένην Ὑλαίαν*[9] *οἰκοῦντας Σκύθας· εἶναι δὲ Γεωργοὺς ἐχομένους τούτων*[10] *ἄνω· ἔπειτα πάλιν ἔρημον ἐπὶ πολὺν τόπον. Ὑπὲρ δὲ αὐτὴν Ἀνδροφάγων Σκυθῶν ἔθνος*[11]*· ἐπέκεινα πάλιν ἔρημον εἶναι ἐχομένην. Τὸν Παντικάπην διαβάντι Λιμναίων ἔθνος*[12]*, ἕτερά τε πλείονα οὐ διωνομασμένα, Νομαδικὰ δὲ ἐπικαλούμενα,*[13] *εὐσεβῆ πάνυ· ὧν οὐδεὶς ἔμψυχον*[14] *ἀδικῆσαι ποτ' ἄν. oi-*

regionem iterum desertam ob glaciem. Versus orientem vero transgresso Borysthenem, obvios esse Scythas, qui Hylaeam vocatam inhabitant: supra hos autem iuxta habitare Georgos: deinde rursus desertum [patere] in magna spatia. Quod supra Scytharum Androphagorum natio: et iterum excipiunt solitudines. Panticapen transgresso offert se Limnaeorum gens, aliaeque permultae, nominibus haud distinctae, sed Nomadicae [generatim] adpellatae, religiosae admodum: quarum nemo animatum aliquid

rographo suo notaverit *ὑκροσω*: unde erat corrigendum *Ἀροτῆρας πρόσω*. Gronov. Vulgo *ἀν' Ἀρωτῆρα*. Cod. *εἰτ' ἐναρωτῆρας* [sic] *πρόσω νευρού τάστε* [sic] *μέχρι γῆς*. Bast.

7) Vulgo *Νευρούτας τε*. Leg. *Νευρούς τε*. Voss. Sic Herodot. IV. 17 et pass. Gail.

8) *ἐκβάντι τὸν Βορ.* Herodot. IV. 18: *ἄταρ διαβάντι τὸν Β.*

9) Vulgo *Ὕβλαν*. Leg. *Ὑλαίαν*. Voss. Ex Herodoti *Ὑλαίη*, IV. 18, 54, 55, 76. Gail.

10) *ἐχομένους τούτων*. Vulgo *τοὺς τῶν*. Legitur in codice *τους* (sic). Semper animadverti, librarium accuratissimum locis, quibus errorem inesse crederet, verbis non addidisse accentus. In nostro loco nullum exstat dubium, quin Holstenius (fragm. v. 107) restituerit verba, dum reciperet *ἐχομένους τούτων ἄνω*. Ultimum vocabulum significat a mari remotiores (vid. notam Valckenaeri ad Herodotum IV. 18, p. 289, et Reiske ad Constantin. Porphyrog. cerem. p 119). Obiter animadverto, huic loco inniti posse coniecturam excellentissimi huius critici, qui loco verborum Herodoti, *ἀπὸ δὲ ταύτης ἄνθρωποι*, lectionem *ἀπὸ δὲ ταύτης ἄνω οἰκέουσι Σκύθαι γεωργοὶ* proponit. Credo hanc coniecturam satis esse probabilem, etsi verba *ἄνθρωποι Σκύθαι γεωργοὶ*, per se loquendi usum non offendunt. Hanno p. 2: *παρὰ δ' αὐτὸν, Νομάδες ἄνθρωποι Λιξῖται, βοσκήματ' ἔνεμον*. Bast.

11) Herodotus IV. 18: *Ἀνδροφάγοι, ἔθνος ἐὸν ἴδιον, καὶ οὐδαμῶς σκυθικόν*. Gail.

12) *Λιμναίων*. Eo magis liquet Limnaeos illos non habitare Maeotidis oram, quod adcolas fluvii Panticapes eos faciat noster. De quibus regionibus vide I. B. Gaillii Atlas, pl. 5. Gail. Cf. Steph. Byz. *Λίμναι*.

13) Vulgo *δὲ καὶ*. Codex: *νο* *μαδικὰ* (sic) *δὲ ἐπικαλούμενα*. Proxima vox adest quoque in Fragm. 113. Bast.

14) Vulgo *ἐμψύχων*. Verba manuscripta non differunt. Constructio tamen verbi *ἀδικεῖν* cum genitivo plane inusitata est. Bast. *οὐδέν* legerat Holsten.

κοφόρα δὲ, ὡς εἴρηκε[15], καὶ σιτούμενα γάλακτι[16] σκυθικαῖς ἱπποµολγίαις.[17] ζῶσι δὲ τήν τε κτῆσιν[18] ἀναδεδειχότες κοινὴν ἁπάντων, τὴν θ' ὅλην[19] οὐσίαν. καὶ τὸν σοφὸν δὲ Ἀνάχαρσιν ἐκ τῶν Νοµαδικῶν φησὶ γενέσθαι τῶν σφόδρα εὐσεβεστάτων,

unquam laeserit. Portant hae suas domos, ut tradidit [Ephorus idem], et scythicis equarum mulctibus victitant. Vivunt autem possessione et bonis communibus omnes inter se. Quin et sapientem Anacharsin tradit natum esse apud Nomadicos illos, qui

15) οἰκοφόρα, ὡς εἴρηκε] φερέοικοι ἐόντες, Herodot. IV. 46. — Has gentes non ita religiosas, εὐσεβῆ, depingit Herodotus, l. c., sed σοφωτάτας, id est, cautas et callidas, quod per solitudines hostem latere didicerint. Hic confuse ait noster eadem ac Herodot. IV. 23, de Argyppaeis, quos οὐδεὶς ἀδικέει ἀνθρώπων· ἱροὶ γὰρ λέγ. Haec verba forsan detorta sunt in οὐδεὶς ἐµψύχων ἀδικήσαι ποτέ. Neque lacte tantum vesci solitos ait Herodot., sed et massis quibusdam; πρόβατα γάρ σφι οὐ πολλὰ ἔστι. Gail.

16) Voci γάλακτι possunt proximae per adpositionem iungi; at suspecta est γάλακτι, fort. glossa sequentium. Gail.

17) ἱπποµολγίαις. Vulgo ἱππηµ. Vocem ἱππηµολγία non reperimus in vocabulariis. Quaeritur, codicis lectio [ἱπποµ. et fragm. Scymn. 116] an possit defendi. Multis eiusmodi in compositionibus nunc litteram ο, nunc η adhiberi licet. Incidi in locum memoratu dignissimum operis inediti Apollonii Dyscoli περὶ ἐπιῤῥηµάτων hunc: „Ἔστι πρὸς τοῦτο φάναι, ὡς πλείστη µετάθεσίς „ἐστι τοῦ ο εἰς τὸ η κατὰ τὴν ἰά„δα διάλεκτον, οὐ µὴν ἀλλὰ καὶ „κατὰ τὸ κοινὸν ἔθος. παρὰ τὴν „βάλανον βαλανηφόρος. παρὰ τὸ „κάλαθος καλαθοποιὸς, ἀλλὰ καὶ „καλαθηφόρος· παρὰ τὸ ἔλαφος „ἐλαφοκτόνος Ἄρτεµις, ἀλλὰ καὶ „ἐλαφηβόλος· στεφανοποιὸς, ἀλλὰ „καὶ στεφανηφόρος. Ἴωνες δὲ καὶ „τοὺς ὁρκιοτόµους φασὶ, καὶ τοὺς „αἱµοπότας αἱµηπότας." Neque ὑλησκόπος et ὑλοσκόπος analogiae repugnat; ὑλισκόπος a Iacobsio (Anim. in anthol. gr. T. IX. pag. 147), aliisque repudiatur. Oppiani quoque ἀµαλητόµος (Cyneg. I, 522), ex nulla parte offendit contra consuetudinem loquendi, etsi lexicographi non aliam vocis ἄµαλλα cum altera iunctionem huic similem afferunt. Secundi vero loci vox si a litera vocali incipit, res aliter sese habet. Dicitur κακήγορος, νεφεληγερέτης, nec κακόγορος, νεφελογερέτης. Iure in Callimacho, in Del. 52, ἀντιµοιβὸν, ut analogiae repugnans, Ernestius repudiavit, eiusque loco ἀντηµοιβὸν scripsit. Nec minus falsum est περιµοιβὴ in Manethone, cuius emendatio petenda est ex Dorvill ad Charit. pag. 651. ed. Beck. Schneiderus in dubium vocat verbi ἱπποµολγὸς veritatem; equidem vero illud damnare non audeo, mihi enim non procul abesse a veritate videtur, Graecos dixisse µέλγω et ἀµέλγω, quod cernas in voce µολγός. Cf. Hesychius, v. µολγὸς, et Scholiastes Aristophanis ad Equit. v. 959. Bast. ep. crit. p. 17.

18) Vulgo κτίσιν. Vossii correctio κτῆσιν, confirmatur codice et Fragm. 117. Bast.

19) Vulgo τήν τε ὅλην. Codex θ' ὅλην. Bast.

καὶ κατοικῆσαί τινας εἰς τὴν Ἀσίαν ἐλθόντας[20], οὓς δὴ [4] καὶ Σάβακας[1] καλοῦσιν. εὐσημότατον δὲ εἶναί φησιν τὸ τῶν Σαυ-

maxime religiosi habentur: et quosdam, quum in Asiam transiissent, ibi sedem tenuisse, quos vocant Sabacas. Maxime vero

20) Forsan ἐλθόντα. Huds. Procul dubio rescribebat etiam Hudsonus supra κατοικίσαι, quod requirit Vossii interpretatio: et quosdam, quum in Asiam redilisset, deduxisse .... Gail.

1) Sabacum nullus meminit. Forte sunt, quos Procopius Σαγίνας, vel Σαγίδας (variant codices) appellat. Nam Hunnis et Maeotidi proximos facit libro IV Gothicarum rerum. Πρῶθεν δὲ Σαγίνας, Οὐννικὰ ἔθνη πολλὰ ἴδρυνται. Τὸ δ' ἐντεῦθεν Τλαια μὲν ἡ χώρα ὠνόμασται. Sic scribendum. Quae sequuntur, in senarios cogenda, et emendanda sunt:

..... εὐσημότατον δ' εἶναί φασιν
Τὸ τῶν Σαυροματῶν, καὶ Γελώνων, καὶ τρίτον
Τὸ τῶν Ἀγαθύρσων ἐπικαλούμενον γένος.
Ἀπὸ δὲ τῶν Μαιωτῶν λαβοῦσα τοὔνομα
Μαιῶτις ἐξῆς ἐστὶ λίμνη κειμένη
Εἰς ἣν ὁ Τάναϊς . . . . . .
Ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ λαβὼν τὸ ῥεῦμ' Ἀράξεως
Ἐπιμισγέσθω ἑκατέως ἐφοτιεις . . . .
Ὡς δ' Ἔφορος ἱστόρηκεν, ἐκ λίμνης τινὸς,
Ἧς τὸ πέρας ἐστὶν ἄφραστον· Ἐξίησι δὲ
Δίστομον ἔχων τὸ ῥεῖθρον εἰς τὴν λεγομένην
Μαιῶτιν, ἐς τὸν Κιμμερικόντε Βόσπορον.

Agathyrsos hic λιμναίους, sive Maeoticos, facit Scymnus. Mire de iis dissentiunt geographi. Quidam in Thracia ad Haemum montem collocant; plures vero, inter quos et Ptolomaeus, in Sarmatia Europaea, ad Oceanum Hyperboreum. Marcianus Heracl. (p. 56 Huds.) in περίπλῳ Sarmatiae: Ἐξῆς ἐστιν ὠκεανὸς συνάπτων τῇ ὑπερβορείῳ καὶ ἀγνώστῳ γῇ. παροικοῦσι τὸν Χέουνον ποταμὸν οἱ Ἀγάθυρσοι τὸ ἔθνος τῆς ἐν Εὐρώπῃ Σαρματίας ὄντες. Sic corrigendum. Pessime hunc locum Marciani legit Stephanus Byzantinus in Ethnicis. Namque pro οἱ Ἀγάθυρσοι, vitiosum secutus codicem, habet Σιαγάθυρσοι, vel Σιαγατουργοί. Σιαγαθουργοὶ, ἔθνος περὶ οὗ φησὶ Μαρκιανὸς ἐν περίπλῳ Σαρματίας. Sed sexcenties ἐθνικογράφων in similibus lapsum esse, quod depravatis usus fuerit codicibus, alibi videbimus. Correximus etiam:

Ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ λαβὼν τὸ ῥεῦμ' Ἀράξεως.

Idque Aristotelis auctoritate factum a nobis. Is namque in Meteorologicis (l. c. 13, p. 545 ed. 1619) docet, veterum nonnullos credidisse, Tanaim flumen ex Araxe profluere: Ἐν μὲν οὖν τῇ Ἀσίᾳ πλεῖστοί τε ἐκ τοῦ Παρνίσσου καλουμένου φαίνονται ῥέοντες ὄρους καὶ μέγιστοι ποταμοί. τοῦτο δὲ ὁμολογεῖται πάντων εἶναι μέγιστον ὄρος τῶν πρὸς τὴν ἔω τὴν χειμερινήν. Πρόβαντι γὰρ ἤδη τοῦτο φαίνεται ἡ ἔξω θάλαττα, ἧς τὸ πέρας οὐ δῆλον τοῖς ἐντεῦθεν. ἐκ μὲν οὖν τούτου ῥέουσιν ἄλλοι τε ποταμοὶ, καὶ ὁ Βάκτρος, καὶ ὁ Χοάσπης, καὶ ὁ Ἀράξης. τούτου δὲ Τάναϊς ἀποσχίζε-

ται μέρος ὢν, εἰς τὴν Μαιῶτιν λίμνην. Sic scribendus ille locus. Παρνισὸς Dionysio περιηγήτῃ, et aliis, dicitur Paropamisus. Frustra Olympiodorus Parnassum in Asia quaerit. Inepte idem Orpheus in Argonauticis (vs. 752 ed. Herm.).

ἔνθα δ' Ἀράξεω ῥεῦμα μεγαβρεμέτου ποταμοῖο,
ἐξ οὗ Θερμώδοων, Φᾶσις, Τάναΐς τε ῥέουσιν.

Nugatur, more suo, poeta ille. Sed pergamus,

. . . . . ἐξίησι δὲ
Δίστομον ἔχων τὸ ῥεῖθρον, ...

Recte hic Tanain δίστομον vocat, ut alii omnes. Ne fallant Troades Senecae Tragici, cuius in exordio statim Tanais septem ora habere dicitur:

. . . . . Columen eversum occidit
Pollentis Asiae, coelitum egregius labor.
Ad cuius arma venit, et qui frigidum
Septena Tanain ora pandentem bibit;
Et qui renatum primus excipiens diem,
Tepidum rubenti Tigrin immiscet freto.

Sic legendum ex ms. Sed nemo unquam Graecorum tam imperitus fuit, ut Tanain ἑπτάστομον esse proderet: error iste solum est Romanorum. Quod iam Acron in commentario ad Horatium videtur subodoratus fuisse. Romani namque solent saepe confundere Tanain et Istrum; testis eius rei etiam est Seneca, in Quaestionibus natural. lib. VI: Hinc qui medius inter pacata, et hostilia, fluit, Danubius, ac Rhenus, alter Sarmaticos impetus cohibens, et Europam Asiamque disterminans; alter Germanos, avidam gentem belli, repellens. Non sollicitanda est haec lectio, quod tamen quidam faciunt. Danubium etiam Tanain vocet Tibullus, lib. IV ad Messallam, cum inquit:

Quaque Hebrus, Tanaisque, Getas rigat, atque Sigynos.

Sic emendandus hic versus. Getae enim, et Sigyni, ad Istrum sunt, non Tanain. Noli audire alios, qui Mosonos substituunt: nam immensum quantum ab Istro et Tanai distant. Ineptissimi vero, qui Morinos cogitarunt, qui tantum absunt, quantum Hypanis Veneto distat ab Eridano. Mirabitur forsan aliquis, quod hic inquiat, in Bosporum Cimmerium exonerari Tanain; et quod infra os Maeotidis paludis idem faciat ac os Tanaidis, cum tamen tam vastum intersit spatium. Sane idipsum quoque inquit Arrianus in περίπλῳ Ponti p. 75. Hunc locum frustra emendare aggressi sunt viri docti. Plutarchus iunior in fragmento de fluminibus Criu-metopon ad Tanain collocat: Παράκειται δὲ τῷ Τανάϊδι (rescribit Letronnius τῇ Ταυρικῇ. G.) ὄρος τῇ διαλέκτῳ τῶν ἐνοικούντων προσαγορευόμενον Βριξάβα, ὅπερ μεθερμηνόμενόν ἐστιν Κριοῦ μέτωπον. Alibi quoque similia occurrunt exempla ubi urbes Bosporanae, Tanaiticae dicuntur. Ratio eius rei est, quod Bosporus Cimmerius etiam Tanais appellatus fuerit. Ostendit hoc Procopius lib. IV. de Gothis: Τάναϊν δὲ καλοῦσιν οἱ ἐπιχώριοι καὶ τὴν ἐκβολὴν ταύτην ἐκ λίμνης ἀρξαμένην τῆς Μαιώτιδος, ἄχρι ἐς τὸν Εὔξεινον Πόντον. Ammianus Marcellinus hoc fretum appellat angustias Panticapes, a Panticapaeo urbe,

ροματῶν, καὶ Γιλώνων, καὶ τρίτον τὸ τῶν Ἀγαθύρσων[2] ἐπικαλούμενον γένος. Ἀπὸ δὲ τῶν Μαιωτῶν λαβοῦσα τὸ ὄνομα Μαιῶτις ἐξῆς ἔστιν λίμνη πεμένη, εἰς ἣν ὁ Τάναϊς, ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ λαβὼν τὸ ῥεῦμα Ἀράξεως, ἐπιμίσγεται, ὡς Ἑκαταῖος[3] εἴφ' οὑρετριεύς· ὡς δὲ Ἔφορος ἱστόρηκεν, ἐκ λίμνης τινὸς, ἧς τὸ πέρας ἐστὶν ἄφραστον[4]. ἔξεισι δὲ δίστομον ἔχων τὸ ῥεῖθρον,

celebre inquit esse Sauromatarum, et Gelonorum, et tertium quod Agathyrsorum nuncupatur genus. Deinde est Maeotis palus, quae a Maeotis nomen id sortita est: in quam Tanais, ex Araxe flumine profluens, exoneratur, ut ait Hecataeus Eretrius, ut vero prodidit Ephorus, e palude quadam, cuius terminus in-

non minus ibi clara, quam Cimmerium. Utrumque enim dicitur, *Παντικάπη*, et *Παντικάπαιον* sive *Παντικάπαια*. Verba eius sunt lib. XXII: Prope palus est Maeotis amplissimi circumgressus: ex cuius uberrimis venis, per Panticapes angustias, undarum magnitudo prorumpit in Pontum. Male vulgo legitur, per patares angustias. Voss. — *Σάκας* pro *Σάβακας* reponit Holsten. Huds. Ait Herodotus VII. 64, Scythas omnes a Persis Sacas vocari: immo Sacas gentem Caspio mari vicinam laudat III. 93. Procul dubio haud absimiles sunt Sabaces a Sacis, et optima videtur Holstenii emendatio, saltem ad sensum. Gail.

2) Sic codex et Fragm. Vulgo *Ἀγαθυρσῶν*. Conf. Lettre à M. Osann p. 12.

3) *ἐπιμίσγεται, ὡς Ἑκατ.* Sic emend. Buttmann. ap. Niebuhr. opusc. T. I. p. 397 sq. Vulgo *ῥεῦμα ῥάξεως ἐπιμισγόσθω ἑκατέως ἐφοτιεύς*. Non videntur mihi haec verba esse desperata adeo, ut non apparet, quo auctor dirigat. Nam in media voce sedet manifeste *ἑκατέρως*, quo notari vult duobus ostiis devolvi in Maeotida, unde *δίστομον* appellari constat ex hoc fragmento et nota Vossii. Lege igitur *ἐπιμίσγεθ' οὕτω ἑκατέρως ἐπαφιείς*. Haesit quoque in his Holstenius. Gronov. Toupius, Emend. in Hesych. vol. IV. p. 5, hanc edit coniecturam:

Ἐπιμίσγεθ' ὡς Ἑκαταῖος μέν γ' ἐφιστορεῖ,
ὡς δ' Ἔφορος . . . Bast.

Emendationem cl. Buttmanni admisi; cf. Letronnium, in Journal des savans, févr. 1829, p. 113. Gail.

4) Salmasius et Holstenius rationes habuere retinendi verbum *ἄφραστον*, contra correctionem libraril *ἄφραστον*, i. e. *ἀόρατον*. Signum ὁ verbo superscriptum per integrum codicem errorem indicat, et saepissime litteram eam, cui superiacet, esse reliciendam. [Cf. p. 267 extr., 269, 270 et 273 med. G.]. *Ἀόρατον* sola explicatio est vocis *ἄφραστον*, quae, derivata a verbo *φράζομαι*, animadverto (vid. quae infra dicentur de Anton. Liber. c. 11), significat: non animadversum et interdum, improvisum, ex gr. Euripid. Hippol. v. 820. Vid. Heathius et Valckenaerius. Interpres Apollonii Rhodii (II, 224), explicat per *ἀνεπίγνωστος*, *ἀπρο-*

εἰς τὴν λεγομένην Μαιῶτιν, ἐς τὸν Κιμμερικόν τε Βόσπορον. τὸ δὲ στόμα τῆς λίμνης λέγεται Βόσπορος. Ἀπὸ δὲ Πορθμίου[5] χωρίου, ἤτοι τοῦ στομίου[6] τῆς Μαιώτιδος λίμνης, εἰς πολίχνιον Μυρμηκίονα[7] λεγόμενον, στάδια ξ', μίλια η'[8]. Ἀπὸ δὲ

cognitus est. Exit autem cum bifido fluento in dictam Maeotim atque Bosporum Cimmerium: os huius paludis adpellatur Bosporus. A Porthmio oppido, sive ab ore Maeotidis paludis, usque oppidulum Myrmecium dictum, stadia 60, millia VIII. A Myr-

ὁρατος, ἄδηλος. Bast. ep. crit. p. 18.

5) Stephanus: Πορθμία, καὶ Πορθμίον, κώμη ἐπὶ τῷ στόματι τῆς Μαιώτιδος λίμνης. Voss. Mox meminit noster Πορθμίτιδος, mutata nominis forma. Gail.

6) Vulgo στόματος. Cod. στόματος i. e. στομίου. Bast.

7) πολίχνιον. Haec est lectio codicis, quae non derelinquenda. Minus cognita minusque forsan casta est lectio πολύχνιον, cuius exempla obviam mihi fuere. Eudocia, p. 153: ἐν Ἀφίδναις πολυχνίῳ τῶν Ἀθηνῶν. Ibid. p. 399: Μύρινα πολύχνιον Τροίας. Utrumque locum Villoison., qui alias ea, quorum pravitas patet, corrigere solet, ad codicem expressit. Phavorinus, V. Μύρινα, item dat πολύχνιον et πολύχνη. Tzetzes vero (ad Lycophr. 243), quem ille transcripsit, consuetam vocem πολίχνη. Cf. quoque Phavorin. v. Κύλλα, πολύχνιον ἦν Τρωϊκόν κ. τ. λ. Bast. Μυρμηκίονα. Alii Μυρμηκίον, et Μυρμηκίαν, vocant; non Μυρμηκίονα. Viginti a Panticape stadiis situm esse, tradit Strabo. Voss. Recte Mannertus IV. 309, ait Myrmecium esse non ipsissimum Jeni-Kaleh, sed iacere ad sud-ouest hodierni loci Jeni-Kaleh. Non intervalla in Fragmento nostro data, et cum tabula geogr. Gautterii collata, illud omnino poscunt. Sunt enim 25 tantum stadia a Myrmecio ad Panticapaeum; imo Strabo p. 310, viginti tantum numerat. Sunt 60 a Myrmecio ad Porthmium, id est, ad os septentrionale freti. — Hic Myrmecium non est urbs, sed tantum oppidulum, de quo silet Arrianus. Gail.

8) στάδιοι ξ' μίλια η'. Codex
δ
plerumque fert στα, quo tam στάδιοι, quam στάδια, notari potest. Priorem formam huic praepono; vox enim ista quoties ad omnes litteras integra exprimitur, genere gaudet masculino. Pag. 8. l. 12. cum restitutione Bastii. G.: οἱ προειρημένοι στάδιοι. ibid. l. 4. ἐπὶ σταδίους ᾳς', μίλια ρξ'. Pag. 10. l. 5. σταδίους ,δυκ', μίλια φπθ' γ'. [Et insuper pag. 7 fin. noster scribit εἰσὶν στάδιοι τ': si formam στάδια adhibuisset, fort. haberemus ἔστι στάδια. Sic sub fin. fragmenti: Ὁμοῦ γίνονται ὁ πᾶς περίπλους . . . στάδιοι (στάδια posceret γίνεται). Habet tamen noster, p. 22: ἐφ' ἑπτακόσια στάδια.] Eiusmodi abbreviationes, in quibus lectori syllabas finales explendi potestas datur, multis erroribus ansam praebuere. In Eudocia, pag 223, textus, quem Villoison. recepit, hic est: κρατῆρές εἰσι δύο, ὧν ὁ ἕτερός ἐστι τὴν περίμετρον τριστάδα. Stupeo Villoisonum, doctum hunc palaeographum, tam malam construere potuisse lectionem; nam τριστάδα prorsus est vox nihili.
δ
Codex praebet τριστά, quod le-

τοῦ Μυρμηκίονος εἰς[9] Παντικάπαιον, πόλιν ἐπίσημον Βοσπόρου, στάδια κε', μίλια γ', γ. ἔχει δὲ καὶ λιμένα μέγαν καὶ νεώρια. Ἐπ' εὐθείας[10] δὲ πλέοντι ἀπὸ Βοσπόρου ἐπὶ τὸ στόμα τῆς Μαιώτιδος λίμνης, ἤτοι τοῦ Τανάεως[11], στάδια ξ', μίλια ή. Ἀπὸ δὲ Παντικαπαίου πόλεως εἰς Τυριστάκην[12] πόλιν, στάδια ξ', μίλια ή. Ἀπὸ δὲ Τυριστάκης πόλεως εἰς Νυμφαῖον[13] πόλιν, στάδια κε', μίλια γ', γ'. [δ] Ἀπὸ δὲ τοῦ Νυμφαίου εἰς Ἄκρας κώμιον, στάδια ξέ, μίλια ή Δ'ς'[1]. Ἀπὸ δὲ Ἄκρας εἰς

mecio vero usque Panticapaeum, civitatem inclytam ad Bosporum, stadia 25, millia III ½: habet et illa portum magnum, atque navalia. Recta autem naviganti a Bosporo, ad os Maeotidis paludis, sive Tanaidis, stadia 60, millia VIII. A Panticapaeo urbe ad Tyristacen urbem, stadia 60, millia VIII. A Tyristace civitate ad Nymphaeum civitatem, stadia 25, millia III ½. A Nymphaeo vero ad Acras vicum, stadia 65, millia VIII ½. Ab Acra

gendum esse τριστάδιος contextus docet. Sic quoque legimus in Apollonii Rhodii scholiaste III. 41, quem Kudocia reddidit. Bast.

9) Vulgo *μέχρι εἰς*. Cod. om. *μέχρι*. Bast.

10) *ἐπ' εὐθείας* . . . Haec, usque ad *ἀπὸ δέ*, non ex eodem fonte sumta videntur. Ceterum Arrianus postquam ad Panticapaeum devenit, adiicit haec: *ἐνθένδε ἐπὶ Τάναϊν ποταμόν* (id est, ad os Paludis) *ἐξήκοντα*. Gail.

11) Vulgo *Τάνεως*. Pro *Τανάϊδος*. Voss. Cod. *Τανάεως*. De Bosporo conf. schol. ad Apoll. argon. II. 168. De Tanaide, eodem ac ore Paludis, vide supra Vossii adnot. p. 169. Gail.

12) Vulgo *ἀπὸ δὲ Παντικαπαίου πόλεως εἰς Νυμφαῖον* . . Salmasius praeteriit integrum versum. Legendum est, uti in codice manuscripto invenimus: *ἀπὸ δὲ Παντικαπαίου πόλεως εἰς Τυριστάκην πόλιν, στάδιοι ξ', μίλια ή. ἀπὸ δὲ Τυριστάκης πόλεως εἰς Νυμφαῖον πόλιν* κ. τ. λ. Animadversio Vossii (mox pag. 260) docet, hunc interpretem similem suspexisse omissionem, quamvis intervallum, quod fecit linearum, non bene conveniat verbis manuscripti. — Pro *Τυριστάκη* alii auctores scribunt *Τυριτάκη*. Plin. Hist. nat. lib. VI. cap. 4 (T. II. p. 546, ed. Franz.) Oppida in ripis habuit complura celeberrima, Tyndarida, Circaeum, Cygnum, etc. Primum legebant pro Tyndarida, Tyritacen; relicta vero est haec lectio, quia huius urbis, ut dicit Harduinus, in hoc tractu nullum apud ceteros scriptores vestigium. Vid. porro Holstenii Castigat. posth. in Steph. Byz. p. 332, v. *Τυριτακίτη*. Invenimus ibi haec: Apud Ptolemaeum corrupte *Τυριπτάνη*, apud Anonymum *Τυριστάκη*. Geographi usque ad hodiernum diem non mirer si laboraverint in detegendo hoc anonymo. Bast.

13 *Νυμφαῖον*. Circa hodiernum Kamuich, sed paullo remotior ad meridiem. Mannertus IV. 307, Nymphaeum collocat, ubi hodie Paulowskische Schanze. Gail.

1) *Ἄκρας κώμιον*. Erat Acra

Κύτας πόλιν, τὴν πρώην λεγομένην Κυδεάκαι[2], στάδια λ', μίλια δ'. Ἀπὸ οὖν Ἀθηναιῶνος[3] μέχρι Κυτῶν[4] Σκύθαι κατοικοῦσιν· μετὰ δὲ ταῦτα[5] Βόσπορος ὁ Κιμμερικός ἐστιν. Ἀπὸ δὲ Κυτῶν ἐς Κιμμερικὸν[6] πόλιν, στάδια ξ', μίλια η'. ἐνταῦθα

autem ad Cytas urbem, quae olim Cytaea dicebatur, stadia 30, millia IV. Ab Athenaeone autem usque Cytas Scythae habitant. Inde Bosporus Cimmerius sequitur. A Cytis vero ad Cimmericum urbem, stadia 60, millia VIII: ibi est statio navium, quam

Panticapaeorum vicus, oppositus Corocondamae. Testis Strabo, lib. XI, (p. 756 C, Alm.). In tabulis Peutingerianis male Acria. Voss. De situ hodierno obscuriora tradit Mannertus IV. 306. Ego suspicor hoc promontorium non esse hod. Takli, sed aliud paullo remotius ad septentrionem. Gail. στάδιοι ξε', μίλια ηL'ς'. Ad rationem numerorum fractorum graecorum intellectu faciliorem reddendam adfero, quae in nobilissimi Delambrii de Arithmetica Graecorum commentatione egregia ac philologis valde commendanda, p. 580 [Continetur hic libellus in fine Operum Archimedis in linguam francogallicam translatorum, affixo commentario, auct. F. Peyrard, 4°, Paris 1807. B.], leguntur: „Lineola in dextra superiorisque numeri parte posita, hunc denominatorem indicat numeri fracti, cuius numerator unitas erat. Sic est $\gamma' = \frac{1}{3}$; $\delta' = \frac{1}{4}$; $\xi'\delta = \frac{1}{64}$. Numerus fractus $\frac{1}{2}$ proprium habebat signum: (vel $<$ vel (' vel L'. Quando numerator uno erat maior, denominator locum eundem obtinuit, quem apud nos exponentes. Sic 15^{64} notat $\frac{15}{64}$ vel ιε ξδ; $\frac{7}{121}$ scribebatur ζρκα." Modus, quo codex noster atque editio numerum fractum $\frac{2}{3}$ exprimunt, diversus est. Scribitur enim $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{6}$ i. e. $\frac{4}{3} = \frac{2}{3}$. Huius quoque scribendi rationis doctissimus Delambrius, p. 589, mentionem facit, de multiplicatione graeca disserens: „Videmus, inquit, Graecos amasse numeros fractos, quibus numerator est unitas: pro $\frac{4}{6} = \frac{3}{6} + \frac{1}{6}$ scribebant $\frac{1}{2} + \frac{1}{6}$." Bast.

2) Κυδεάκαι. Nescio, num legendum sit, τὴν πρώην λεγομένην Κύδαιαν; sic sane Scylax. Alii tamen omnes Κύταιαν vocant. Ptolomaeo est Κύταιον. Sed is eam perperam in mediterraneis ponit, contra quem omnes alii. Apud Plinium lib. IV. cap. 12. scribendum est: Ultra fuere oppida, Cytae, Zephyrium, Acra, Nymphaeum, Dia. Voss. Hanc civitatem collocarem ad occidentem promontorii Takli, fort. Zephyrii (Plin.). Illud suadet noster, qui mox ait a Cytis incipere Bosporum; insidet ergo haec civitas iuxta promont., unde litus deflectitur et fretum incipit. Gail.

3) ἀπὸ οὖν Ἀθηναιῶνος . . . Haec paullulum rumpunt seriem orationis; ut ut est, de terminis hic Taurorum et Scytharum, cf. nostra ad Scymn. Fragm, vs. 90. T. II. p. 396. Gail.

4) μέχρι Κυτῶν. Ἄχρι τῶν Κυτῶν. Holsten.

5) Locum sic constituit Holsten.: μετὰ ταῦτα Βόσπορος Ὁ Κιμμέριός ἐστι καὶ Κιμμερικὸν πόλις. Ἐνταῦθα ναυσὶν ὅρμος τοῖς ἀφ' ἑσπέρας Ἐστὶν ἀνέμοις· ἐν τῇ θαλάττῃ δ' ἀντικρύς. Huds.

6) Vulgo Κιμμερικῶν. Malim, εἰς Κιμμερίων πόλιν. Infra etiam

ὅρμος νανσὶ, τοῖς ἀφ' ἑσπέρας ἀνέμοις. ἔντικρυς[7] *δὲ ἐν τῇ Θαλάσσῃ νῆσοι πετρώδεις*[8]*, οὐ πάνυ μεγάλαι δύο, ἀπέχουσαι*[9] *ὀλίγον τῆς ἠπείρου. Ὁμοῦ ἀπὸ τοῦ στομίου τῆς Μαιώτιδος λίμνης ἕως τοῦ Κιμμερικοῦ, στάδια τ'*[10]*, μίλια μ'. Ἀπὸ δὲ Παντικαπαίου πόλεως ἕως Κιμμερικοῦ, στάδια σμ', μίλια λβ'*[11].

ventis ab occidente spirantibus petunt. In maris parte obposita [sunt] insulae binae, saxosae, non admodum magnae, neque multum a continente distantes. Ab ore Maeotidis paludis usque Cimmerium, stadia circiter 300, millia XL. A Panticapaeo urbe ad Cimmericum, stadia 240, millia XXXII. A Cimmerico ad vi-

aliquoties *Κιμμερικὸν* vocat, quam alii *Κιμμέριον*. Ptolomaeus hanc quoque mediterraneam facit: nescio qua ratione. Cave autem confundas id oppidum cum altero (mihi ignoto. G.) eiusdem nominis, quod *ἐν τῇ περαίᾳ* atque itidem in ore Bospori. Voss. Quod oppidum ibi plane ignoro: in Chersoneso etiam erat Cimmerium quoddam alterum Ptolomaei, de quo vid. Mannert. IV. 311. — Quae civitas videtur collocanda iuxta hodiernum Stabache, et promont. Karak. Doct. Koehlerus (Mém. de l'Acad. de St. Pétersb. T. IX. p. 666) vituperat Mannertum (IV. 304—305), quod Cimmericum civitatem Anonymi posuerit ubi hod. Baki-Krim: Je présume (ait vir cl.) que cet auteur n'a pas indiqué exactement la distance de Panticapaeum à Cimmerium, lorsqu'il l'a évaluée à 250 stades (50 verstes, dum 55 vere sunt), non plus que celle de Cazéka à Cimmer., en la faisant de 180 stades (35 verstes; verius 41.)

7) Codex ita distinguit: quam interpunctionem Holstenius quoque Fragm. 93, retinuit. Vulgo: *νανσὶ τοῖς ἀφ' ἑσπέρας* (cod. prave: *ἑσπέραν*. Cf. p. 226) *ἀνέμοις ἄντικρυς. Ἐν δὲ τῇ Θ.* Bast.

8) *νῆσοι πετρώδεις*. Quarum una est hodierna Iechankaleh. Vid. tab. geogr. Gautterii. Gail.

9) Vulgo *ἀπέχουσιν ὀλίγον τῆς ἠπείρου. ἀπὸ μεν* .... Lege, uti codex et fragmenta Seymni habent: *ἀπέχουσαι ὀλίγον τῆς ἠπείρου. ὁμοῦ ἀπὸ τοῦ στομίου*. Vox *ὁμοῦ* eodem sensu redit [pag. 7; p. 10 et 16]. Vide etiam Peripl. Pont. Euxin. ab alio auctore anonymo [supr. pag. 4]: *ὁμοῦ ἀπὸ τοῦ ἱεροῦ ἕως Ἡρακλείας κ. τ. λ.* et Agathemerum, Geogr. min. vol. II. p. 8 et 9 (Huds.) Bast. Mox vulgo *ἀπὸ μὲν στομίου*. Vulgo *ὁμοῦ* deest.

10) *στάδιοι τ'*. Stadia 300 non sunt ab ore meridionali freti, id est, a Myrmecio ad Cimmerium urbem, sed 240 tantum, quod sigillatim numeri adstruunt: a Porthmio, id est, a septentrionali ore, 300 st. vere sunt. Gail.

11) *ἀπὸ δὲ Παντ. πόλεως ἕως Κιμμ.* Lege *πόλεως ἕως Κιμμ.* Voss. Vulgo *πόλεως Κιμμ.* et deest *ἕως*, quod rec. Gail. Mox vulgo *στάδια σμ', μιλία αμ'*. Hunc locum esse corruptum apparet. Cum septem stadia et dimidium milliare romanum expleant, 240 stadia aequare nequeunt milliaria 1040. Legendum, uti in cod. (et cum Vossio. G.) *στάδιοι σμ', μίλια λβ'*. Bast. Suidas: *στάδιον· ὁ τόπος τοῦ ἀγῶνος, καὶ μέρος τι τοῦ λεγομένου μιλίου. ἐκτὰ γὰρ ἥμισυ στάδια ποιοῦσι μίλιον*. Unde emendandus schol. Luciani vol. I. pag. 500 Reitz.

Ἀπὸ δὲ Κιμμερικοῦ εἰς κώμην Καζέκας[12] ἐπὶ θαλάσσῃ ὡσαμί-

cum Cazecam, mari adsitum, stadia 480, millia XXIV. A Ca-

σταδίων· ὁ τ. τ. ἀ. καὶ μ. τι τοῦ μιλίου. ζ' γὰρ καὶ ς' στάδια ποιοῦσι μίλιον. Bipontinus editor, nimio scribendi compendiorum odio flagrans, excudi iussit (T. III. p. 41 et 383), καὶ σ' (sic) στάδια. De quo sic Hemsterh. ad l. „καὶ ς', quae deleri volebat M. du Soul, intelligenda sunt καὶ ἥμισυ· persimilis est ac paene eadem notae forma, qua Graeci dimidium significant.“ Vide quoque I. C. Schweighaeuseri Epist. ad Millinum de locis quibusdam Theophrasti, Suidae et Arriani, Paris. 1803. p. 13. Inter signa numeri fracti ½, supra (p. 173) adducta ex egregio Delambrii libello, quem in philologorum usum latine versum pervellem, nullum video quod cum ς' facilius confundere potuerint librarii. In mente habuit Hemsterhusius notam s" vel $_{\mu}$, quae saepissime occurrit in libris scriptis Syncelli. Notam hanc et nonnullas alias, quibus partes indicantur, accurate repraesentavit Montefalconius, Analect. graec. T. I. p. 319, in fronte Rationarii antiqui Augusti Caesaris etc. Conferatur etiam Ducangius, Glossar. med. et infim. graecit. Append. p. 8, v. 42; p. 12, v. 13; et p. 22, v. 25 et 26. Ceterum idem, quo scholium illud Luciani corruptum est, error, quod vehementer miror, reperitur etiam in scholiis ad Platonis Critiam, ubi p. 311, ed. Ruhnk., haec legas: Στάδιόν ἐστι μέρος τι μιλιοῦ ἑβδομον τεσσαρεσκαιδέκατον· τὸ γὰρ μίλιόν ἐστι ζ' στάδια. Praeclarus codex Paris. 1807, unde hoc scholium sumtum est, recte habet Ζ ς, h. e. ἑπτὰ καὶ ἥμισυ. Itaque stadium aequat $\frac{1}{7}$ τοῦ μιλίου. Sed cum hac ratione quomodo verba quae praecedunt, ἑβδομον τεσσαρεσκαιδέκατον, conciliari possint, me ignorare fateor. Numerus quidem τεσσαρεσκαιδέκατον, quem librarius codicis 1807 sic plene scripsit, corruptus videtur: nisi profectus est a glossatore, qui τι illud scholiastae interpretari vellet. Vid. de stadiis et milliaribus Dodwell. (supr. p. 187 G.) Bast. Stadia 240 vere sunt a Panticapaeo ad Cimmericum, quamvis contrarium scripserit mox Vossius ad §. 9. pag. 260. Gail.

12) κώμην Καζέκας. Arrianus [p. 76], legit κ. Καζέκα: sed verior est altera lectio. Sic Acram vicum, Ἄκρας κώμιον vocat, et ita passim. [Interdum, sed corrupte, Anonymi ambo huiusmodi genitivos usurpant. Cf. ad Anon. A, §. 15. I. p. 174. Nihili igitur est forma corrupta recentioris aetatis ad deligendam genuinam. Gail.] Ex Arriano hic locus emendandus est. Is enim intervallum inter Panticapaeum, et Cazeca vicum, taxat stadiorum 380. [Minimé: sed 420, quod requirit Anonymi textus ipse: 60 a Pantic. ad Tyrist.; 25 ad Nymph.; 65 ad Acram; 30 ad Cytas; 60 ad Cimm; 180 ad Cazecam: id est, summatim 420. Iterum 240 st. habet supra a Panticap. ad Cimm., quibus cum stad. 180 ad Cazecam, adimplent 420. Gail.] Nostri itaque auctoris verbis sic emendandis: Ἀπὸ δὲ Π. πόλεως ἕως Κ. στάδια υμ', μίλια λβ'. Ita igitur stadia a Panticapaeo ad Theudosiam. Ita et Arrianus. Plinius tamen XXXV. P. M. a Theudosia illam abesse tradit. Sed mss. exhibebant XXXVII. P. M. Totus ergo locus ita concipiendus est. Restat longe vali-

νην, στάδια ρπ', μίλια κδ'. Ἀπὸ δὲ Καζίκας εἰς Θευδοσίαν[13], πόλιν ἔρημον, ἔχουσαν καὶ λιμένα, στάδια σπ', μίλια λζ', γ'· καὶ αὕτη παλαιά ἦν ἑλλὰς πόλις[14], τῶν Μιλησίων ἄποικος, καὶ μνήμη αὐτῆς ἐστὶν ἐν πολλοῖς συγγράμμασιν[15]. νῦν δὲ λέγεται ἡ Θευδοσία τῇ ἀλανικῇ ἤτοι τῇ ταυρικῇ διαλέκτῳ Ἀρδάβδα[16], τουτέστιν ἑπτάθεος. ἐν ταύτῃ δὲ τῇ Θευδοσίᾳ λέγεταί ποτε [6] καὶ φυγάδας ἐκ τοῦ[1] Βοσπόρου οἰκῆσαι. Ἀπὸ δὲ Θευδοσίας εἰς Ἀθηναιῶνα[2] λιμένα, ἤτοι Σκυθοταύρων[3] λιμένα ἔρημον,

xeea ad Theudosiam, urbem desertam, instructam portu, stadia 280, millia XXXVII ½. Haec antiqua civitas graeca erat, Milesiorum colonia, multis passim literarum monumentis celebrata: nunc autem Theudosia alanica sive Taurorum dialecto adpellatur Ardauda, id est, Heptatheos [sive, septem habens deos]. In hac Theudosia dicuntur aliquando Bosporanorum exsules habitasse. A Theudosia ad Athenaeona portum, sive Scy-

dissimum in ipso Bospori introitu, Panticapaeum Milesiorum, a Theodosia mill. LXXXII pass. A Cimmerio vero oppido, trans fretum sito, mill. quinque, ut diximus, pass. Haec ibi latitudo Asiam ab Europa separat, etc. Tantundem enim, mill. LXXXVII, et stadia 700. Strabo (pag. 476, Alm.), alios secutus, 530 stadia ponit inter Theodosiam et Panticapaeum. Voss. — De situ urbis vid. p. 83.

13) *Θευδοσίαν*. Habet noster cum Scylace formam antiquiorem, Arrianus contra *Θεοδοσίαν*. Cf. Raoul-Rochette, Antiquit. du Bosph. Cimmer. p. 30. De stadiasmo vide nostra ad Arrian. p. 83 sq. Gail.

14) *παλαιὰ ἦν ἑλλάς*. Malim legere, ut habet Arrianus, *καὶ αὕτη πάλαι ἦν ἑλλὰς, πόλις Ἰωνική, Μιλησίων ἄποικος*. Quamvis Stuckius ediderit, *ἑλληνίς*. Male. Tractus enim Theodosianus Hellas dicebatur. Unde Maeotin paludem *ἐν τῇ Ἑλλάδι* ponit Hesychius: *Μαιῶτις λίμνη, ἐν τῇ Ἑλλάδι*. Mox pro *συγγράμμασιν*, Arrianus habet *γράμμασιν*. Voss.

15) Arrian. *γράμμασιν*.

λέγονται Καρέαι. Ἀπὸ δὲ Καρῶν λιμένος εἰς Τετρισιάδα [4], ἤτοι Τίριζαν ἄκραν [5] λεγομένην, ἔχουσαν καὶ ὕφορμον τοῖς ἀφ' ἑσπέρας [6] ἀνέμοις, νῦν λεγομένην Ἄκραν, στάδια ρκ', μίλια ις'. Ἀπὸ δὲ Τετρισιάδος [7] ἤτοι Ἄκρας εἰς Βιζώνην [8] πολίχνιον, ἐν ᾧ σάλος, στάδια ξ, μίλια ή. τοῦτο τὸ πολίχνιον τίνες μέν φασιν βαρβάρων, τίνες δὲ ἄποικον γεγονέναι Μεσημβρίας. Ἀπὸ δὲ Βιζώνης [9] εἰς Διονυσόπολιν, στάδια π', μίλια ί, L' ς' αὕτη ἡ Διονυσόπολις [10] πρῶτον ὠνομάζετο Κρουνοὶ διὰ τὰς τῶν

Carum portu ad Tetrisiadem, sive Tirizam dictum promontorium, instructum abdito recessu, quem petunt ventis ab occidente flantibus, nunc Acram vocatum, stadia 120, milliaria XVI. A Tetrisiade, sive Acra, ad Bizonen oppidulum, in quo salum, stadia 60, millia VIII. Id oppidulum nonnulli, barbarorum, quidam vero Mesembriae esse coloniam aiunt. A Bizone ad Dionysopolin, stadia 80, millia X½: haec urbs antea Cruni adpellaba-

auctore recentiore, quum nomen serius *Καρέαι* adferatur, et forma singularis *Καρία* Arriani, in *Κάριαι* mutata, confuse alteri adpellationi succedat. Gail. *αἱ ναραι* male Codex. Bast.

4) Vulgo *Τετρισιάδαν*. Scribe, *Τετρισιάδα*, ut Arrianus (pag. 95), et ipse infra. Aliis hoc promontorium est, Tiristria, sive Tiristris. Voss.

5) Codex τιριζανακρος [?] λεγόμενον. Vulgaris lectio retinenda est cum Gailio.

6) Codex et hic et p. 14 habet *ἀφ' ἑσπέραν*. Bast.

7) Codex praebet: *ἀπὸ δὲ τετρισιάδος*, quo indicatur librarium syllabam τε deleri maluisse. Bast.

8) *Βιζώνην*. Male apud Arrianum *Βίζον* et *Βίζου* legitur, pro *Βιζώνην* et *Βιζώνης*. Hic vero statim, pro *Βύζωνος*, lege *Βιζώνης*. De hac sequuntur versus Scymni Chii:

Τοῦτο τὸ πολίχνιον τίνες φασὶ Βαρβάρων,
Τίνες δ' ἄποικον γεγονέναι Μεσημβρίας. Voss.

9) V. antea Vossium. Cod. *Βιζῶνος*; edd. *Βυζῶνος*.

10) *αὕτη ἡ Διονυσ.* Versus Scymni ita constitue:

Ἡ Διονυσόπολις πρῶτον ὠνομάζετο
Κρουνοί, διὰ τὰς τῶν ὑδάτων ἐγγὺς ἐκρύσεις·
Διονυσιακοῦ δὲ προσπεσόντος ὕστερον
Ἐκ τῆς θαλάττης τοῖς τόποις ἀγάλματος,
Διονυσόπολιν κληθῆναι πάλιν. Ἐν μεθορίοις
Κροβύζων δὲ Σκυθῶν τε χώρας κειμένη
Μιγάδας Ἕλληνας οἰκητὰς ἔχει . . . .

Pro *Ματιόπολις*, scribe *Μαρτιανόπολις*, vel potius *Μαρκιανόπολις*. Ne autem credas esse Scymni Chii hunc versum: *Ἔκειτα μετωνομάσθη Μαρκιανόπολις*. Marcianopolis enim dicta est a Marciana, Traiani uxore. Scymnus vero iam diu ante, nimirum sub

ἐγγὺς ὑδάτων ἐκρύσεις· ἔπειτα δὲ μετωνομάσθη Ματιόπολις ὕστερον δὲ, Διονυσιακοῦ ἀγάλματος προσπεσόντος ἐκ τῆς θαλάσσης τοῖς τόποις, Διονυσόπολιν λέγουσι κληθῆναι πάλιν[11]. ἐν μεθορίοις δὲ τῆς[12] Κροβύζων καὶ Σκυθῶν χώρας κειμένη, μιγάδας Ἕλληνας οἰκητὰς ἔχει. Ἀπὸ δὲ Διονυσοπόλεως εἰς Ὀδησσὸν πόλιν, ἐν ᾗ ὅρμος νανσὶ, στάδια σ'[13], μίλια κς', Λ' ς'. Ὀδησσὸν κτίζουσι Μιλησιοι, ὅτε Ἀστυάγης ἦρχε τῆς Μηδίας. ἐν κύκλῳ δὲ αὐτῆς[14] ἔχει Κροβύζους[15] Θρᾷκας. Ἀπὸ δὲ Ὀδησσοῦ εἰς τοῦ Αἵμου τὰς ὑπωρείας, αἳ δὴ εἰς τὸν Πόντον καθήκουσιν, ἐν αἷς ὅρμος νανσὶ, στάδια σξ'[16], μίλια λδ, Λ' ς'. Αἶ-

tur, ob vicinas aquarum scaturigines: deinceps vero dicta est Maticopolis. Tandem vero, quum e mari adpulsa eo fuisset Bacchi statua, Dionysopolis vocata est. In confiniis vero Crobyzorum et Scytharum regionis sita est, [et incolas habet Graecos aliis mixtos. A Dionysopoli ad Odessum urbem, in qua statio navium, stadia 200, milliaria XXVI⅔. Odessum condidère Milesii, quo tempore Astyages regnabat in Media: cingunt illam Crobyzi Thraces. Ab Odesso ad Haemi montis radices, quae usque in Pontum pertingunt, in quibus statio navium, stadia 260,

Nicomede, floruit, Falsum praeterea Dionysopolin Marcianopolin dictam. Diversae sunt eae urbes, et multum inter sese distant. Docet hoc Ammianus; docet et Aethicus, qui Pseudantonimus, Dionysopolin sive Crunos esse inter Callatin et Odissum: Marcianopolin vero inter Odissum et Anchialon. Sed luculentissimum est testimonium Stephani, qui ubi hunc locum Scymni exscribit, nullam Marcianopolis facit mentionem: *Διονύσου πόλις ἐν τῷ Πόντῳ, ἣ πρότερον Κρουνοὶ ἀπὸ τῆς τῶν ὑδάτων καταῤῥοῆς, Διονυσιακοῦ δὲ προσπεσόντος ὕστερον ἐκ τῆς θαλάττης τοῖς τόποις ἀγάλματος, οὕτως ἐκλήθη.* Hoc nemo, nisi stolidus, negaverit. Voss. Vid. Stephan. in *Διονύσου πόλις*. Huds.

11) Huetius transmutavit *πάλιν* in *φασίν*. Legendum est, sicuti in manuscripto et fragmentis legitur: *Διονυσόπολιν λέγουσι κληθῆναι πάλιν*. Bast. Vulgo *Διονυσ. κληθῆναι* omisso *λέγουσι*.

12) *δὲ τῆς* .. Vulgo *τοῖς*. In codice et fragmentis (v. 10) legitur *τῆς Κροβ.*, sensusque ita melior redditur. Bast.

13) Vulgo *στάδια αμ'*. Repone *στάδια σ', μίλια κ. π. λ*, [ex Arr. p. 88]. Voss.

14) *Αὕτη* ex Holstenio. Huds.

15) Vulgo *Κροβύζης*. Lege *Κροβύζους*. Versus vero sic disponendi:

. . . . . Ὀδησσὸν κτίζουσι πρὶν
Μιλήσιοι, Ἀστυάγης ὅτ' ἦρχε Μηδίας·
Κύκλῳ δ' αὐτῆς ἔχει Κροβύζους Θρῄκας. Voss.

16) *στάδιοι σξ'*. Omnino sic legendum. Arrianus habet stadios τριακοσίους καὶ ἑξήκοντα, ab Odesso ad Haemi montis promontorium. Sed sine dubio altera lectio verior est. Nam et

μος [14] μέγιστόν ἐστιν ὑπὲρ αὐτὴν ὄρος, τῷ[1] Κίλικι Ταύρῳ τὸ μέγεθος προσεμφερὴς, τῇ τε κατὰ μῆκος τῶν τόπων παρεκτάσει. Ἀπὸ γὰρ Κροβύζων, τῶν τε Ποντικῶν ὀρῶν[2], ἄχρι τῶν ἀδριατικῶν διεκβάλλει τόπων. Ἀπὸ δὲ τοῦ Αἵμου εἰς Μεσημβρίαν[3] πόλιν, στάδια ϟ, μίλια ιβ'. αὕτη ἡ Μεσημβρία πόλις παρὰ τὴν ὑπώρειαν[4] τοῦ καλουμένου Αἵμου κειμένη, τῇ Θρᾳκίᾳ τε καὶ τῇ[5] Γετικῇ συνορίζει γῇ. Καλχηδόνιοι δὲ ταύτην καὶ Μεγαρεῖς ᾤκισαν[6], ὅτε ἐπὶ Σκύθας Δαρεῖος ἐστρατεύετο[7].

milliaria XXXIV ½. Haemus excelsissimus est mons, imminens huic [urbi Odesso], non absimilis Tauro Ciliciae [monti] magnitudine, et latitudine per locos illos patente: a Crobyzis enim, et finibus Ponticis, usque ad Adriaticos excurrit tractus. Ab Haemo ad Mesembriam urbem, stadia 90, millia XII. Haec Mesembria urbs ad radices montis dicti Haemi sita est, Thraciae Geticaeque telluri contermina: Chalcedonii et Megarenses hanc condiderunt, Dario in Scythas movente. A Mesembria ad Anpolis, non plura quam L millia passuum recenset. De Haemo monte sequuntur versus Scymni:

Nubes Geographus ab نس, id est Haemo, usque ad امن بق quae est Crunus, sive Diouyso-

Αἷμος μέγιστόν ἐστιν ὑπὲρ αὐτὴν ὄρος
Τῷ Κίλικι Ταύρῳ τὸ μέγεθος προσεμφερὴς,
Τῇ τε κατὰ μῆκος τῶν τόπων παρεκτάσει·
Ἀπὸ γὰρ Κροβύζων, τῶν τε Ποντικῶν ὀρῶν,
Ἄχρι τῶν Ἀδριατικῶν διεκβάλλει τόπων. Voss.

1) Vulgo τὸ *Κίλικι Τ.* τῷ Cod. Gronov.; τὸ Voss. et Huds.

2) Vulgo *ὀρῶν*. Letronnius in not. ms. *ὄρων*, quod admisi: nam Haemus non extenditur ex Ponticis montibus, quum montes illi Pontici Haemus sint. Gail. Cf. Strab. VII. p. 313. 318. 319 323. IX. p. 440. Liv. XL. 21. 22.

3 Hic finit fragmentum illud Scymni, quod editum est sub falso nomine Marciani Heracleotae. Quaecunque igitur praecesserunt, hactenus sunt inedita. Versus eius de Mesembria sic corrige:

Περὶ τὴν ὑπώρειαν δὲ τοῦ καλουμένου
Αἵμου πόλις ἐστὶ λεγομένη Μεσημβρία,
Τῇ Θρᾳκίᾳ Γετικῇ τε συνορίζουσα γῇ·
Χαλκηδόνιοι δὲ ταύτην Μεγαρεῖς τ' ᾤκισαν,
Ὅτ' ἐπὶ Σκύθας Δαρεῖος ἐστρατεύσατο. Voss.

4) Scymnus *περιήγ.* v. 737, unde hic locus descriptus est, dicit: *περὶ τὴν ὑπώρειαν*. Anonymi lectio magis placet. Antoninus Lib. 22: *ᾤκει . . . παρὰ τὴν ὑπώρειαν τῆς Ὄθρυος.*

5) Artic. deest in cod. Mox cod. *καρχηδόνιοι.*

6) Vulgo *ᾤκησαν*.

7) Sic cod. Sed edd. *ἐπεστρατ.* Mox cod *ἀφ' ἑσπέραν.*

Ἀπὸ δὲ Μεσημβρίας εἰς Ἀγχίαλον πόλιν, ἔχουσαν καὶ λιμένα τοῖς ἀφ' ἑσπέρας ἀνέμοις, στάδια ο', μίλια θ', γ'. Ἀπὸ δὲ Ἀγχιάλου εἰς Ἀπολλωνίαν πόλιν, τὴν νῦν Σωζόπολιν[8] λεγομένην, ἔχουσαν καὶ λιμένας μεγάλους δύο, στάδια ρπ', μίλια κδ'. ταύτην τὴν Ἀπολλωνίαν[9] πόλιν κτίζουσιν εἰς τοὺς τόπους ἐλθόντες οἱ Μιλήσιοι πρὸ πεντήκοντα ἐτῶν τῆς Κύρου βασιλείας. πλείστας γὰρ ἀποικίας ἐξ Ἰωνίας ἔστειλαν εἰς τὸν Πόντον, ὃν πρὶν Ἄξενον[10] λεγόμενον διὰ τὰς ἐπιθέσεις τῶν βαρβάρων, προσηγορίας ἐποίησαν Εὐξείνου τυχεῖν. Αὗται πᾶσαι αἱ πόλεις ἑλληνίδες εἰσὶν ᾠκισμέναι ἐν τῇ Σκυθίᾳ ἐν ἀριστερᾷ ἐσπλέοντι εἰς τὸν Πόντον. Ἀπὸ δὲ Ἀπολλωνίας, τῆς καὶ Σωζοπόλεως, εἰς Χερρόνησον, ἐν ᾗ ὅρμος νανσὶ, στάδια ξ', μίλια η'. Ἀπὸ δὲ Χερρόνησον εἰς Αὐλαίου τεῖχος τὸ[11] λεγόμενον Θήρας [15] χωρίον, ἐν ᾧ καὶ ὕφορμος,

chialum, urbem iustructam portu, quem ventis ab occidente spirantibus petunt, stadia 70, milliaria IX ½. Ab Anchialo ad Apolloniam urbem, nunc Sozopolin dictam, binis magnis portubus instructam, stadia 180, milliaria XXIV. Hanc Apolloniam urbem condiderunt Milesii, quum in haec loca devenissent, annis ante Cyri regnum quinquaginta. Plurimas enim colonias ex Ionia deduxerunt in Pontum: cui prius Axeno [inhospitali], propter barbarorum irruptiones, dicto, cognomentum Euxini [hospitalis] imposuerunt. Omnes hae civitates sunt graecae, conditae in Scythia, Pontum intrantibus ad sinistram sitae. Ab Apollonia, quae et Sozopolis, ad Chersonesum, in qua statio navibus, stadia 60, millia VIII. A Chersoneso ad Castellum Aulaei, quod et

8) *Σωζόπολιν*. Nubaeo Geographo Apollonia est Sexopolis. Et sic etiamnunc appellatur. Versus Scymni de Apollonia ita lege:

Μεθ' ἣν δὲ πρότερον ἔτεσι πεντήκοντά που
Κτίζουσι τῆς Κύρου βασιλείας τὴν πόλιν
Εἰς τοὺς τόπους ἐλθόντες οἱ Μιλήσιοι.
Πλείστας ἀποικίας γὰρ ἐξ Ἰωνίας
Ἔστειλαν εἰς τὸν Πόντον, ὃν πρὶν ἄξενον
Διὰ τὰς ἐπιθέσεις λεγόμενον τῶν Βαρβάρων,
Προσηγορίας ἐποίησαν Εὐξείνου τυχεῖν. Voss.

9) Ex Scymn. Perieg. 730 sqq.

10) *ὃν πρὶν Ἄξενον*. [Sic codex ut apud Scymnum 734.] Vulgo τόν. Ita edidit Vossius, non ex auctoritate autographi Salmasiani, sed sua incuria, aut si quid tunc aliud ei adfuit. Nam ipse in chirographo suo scripsit ὃν πρὶν Ἄξενον. Quae scriptura quum prorsus desideretur, non cunctatus fui eam restituere. Quid quaeris? quum poëtizat Vossius, verum retinet. Gronov.

11) Sic edd. Codex: *ἐν ᾧτ* i. e. *φ*. Bast.

1) V. Arrianum p. 83. *Θήρας* autem *χωρίον*, meminerunt tabu-

στάδια σν', μίλια λγ', γ'. ἐντεῦθεν τὰ μέρη τῶν Βυζαντίων ἐκδέχεται· τὰ δὲ πρότερα Θρᾴκης[2] τῆς εἰς τὸν Πόντον καθηκούσης τοῦ ἐν τῷ εὐρωπαίῳ μέρει τοῦ Πόντου περίπλου. Ἀπὸ δὲ Θηρῶν χωρίου ἤτοι λεγομένου Αὐλαίου τείχους[3], εἰς Θυνιάδα ἀκρωτῆρα[4], ἐν ᾧ καὶ ὅρμος νανσὶ, στάδια ρκ', μίλια ις'. Θυνιὰς, εὐλίμενος ἄκρα τῆς Ἀστικῆς[5] Θρᾴκης ὑπάρχουσα. Ἀπὸ δὲ Θυνιάδος εἰς Ἁλμυδησσὸν στάδια σ', μίλια κς', Ⅼ' ς'. τούτου τοῦ χωρίου μνήμην ποιεῖται[6] Ξενοφῶν ὁ πρεσβύτερος, καὶ μέχρι τούτου λέγει τὴν στρατείαν ἐλθεῖν τῶν Ἑλλήνων, ἧς αὐτὸς ἡγήσατο, ὅτε τὰ τελευταῖα σὺν Σεύθῃ τῷ Θρᾳκὶ ἐστράτευσεν· καὶ περὶ τῆς ἀλιμενότητος τοῦ χωρίου πολλὰ ἀνέγραψεν, ὅτι ἐνταῦθα

Theras [Venationis] adpellatur oppidum, in quo etiam statio abdita, stadia 250, millia XXXIII½. Deinde tractus byzantini excipiunt: superiora vero sunt Thraciae ad Pontum pertingentis, quae in europaea parte est ponticae circumnavigationis. A Theris oppido, sive Castello Aulaei dicto, ad Thyniadem promontorium, in quo statio navium, stadia 120, millia XVI. Thynias promontorium, quod commodum habet adpulsum, Thraciae Asticae est. A Thyniade ad Halmydessum, stadia 200, milliaria XXVI⅔. Huius loci meminit Xenophon maior, et tradit Graecorum exercitum, cui ipse praeerat, postremo cum Seuthe Thrace militantem, huc usque processisse: deque importunitate eius tra-

lae Peutingerianae. Voss. Pro τὸ coniecit Gailius ἤτοι.

2) τὰ δὲ πρότερα Θρᾴκης . . . Locus corruptus. Voss. Minime. Solent geographi genitivos huiusmodi adglomerare. Anonym. C, sub fin., ὁ πᾶς περίπλους τοῦ Εὐξείνου Πόντου, τῶν τε δεξιῶν τῶν τε παρὰ τὴν Ἀσίαν μερῶν τοῦ Πόντου κ. τ. λ. Idem paullo supra: . . τῷ παράπλῳ τῆς Ποντικῆς τῶν τῆς Ἀσίας μερῶν. Reposui tantum μέρει pro μέρος. Gail.

3) Vulgo: εἰς τὸ λεγόμενον Αὐλ. τεῖχος. Lego: ἀπὸ δὲ Θηρῶν χωρίου, τὸ λεγόμενον Αὐλαίου τεῖχος, εἰς Θυνιάδα etc. Statim post lege:

Εἶτ' εὐλίμενος ἄκρα συνάπτει Θυνιὰς,
Τῆς Ἀστικῆς Θρᾴκης ὑπάρχουσ' ἐσχάτη. Voss.

Quid sibi vult τὸ λεγόμενον in medio abrupte positum? Aliter locum composui, ad versionem ipsam Vossii latinam. Gail.

4) Vulgo ἀκρωτήριον κ. ἀ. ἐν ᾗ. Codex εἰς Θυνιάδα ἀκρωτῆρα . . ἐν ᾗ. Vox ἀκρωτῆρα fortasse non malae notae est, quamvis ignota. Bast.

5) Ἀττικῆς in ed. Hoeschelii [et in cod. ipso.] Huds. Haec verba: Θυνιὰς εὐλίμενος . . . ὑπάρχουσα, mihi videntur ex alio libro hausta, et ideo inserta (quamvis superiora repetant), quod aliquid novi inesset in τῆς Ἀστικῆς ὑπαρχούσα. Gail.

6) Sic cod. Editt. ποιεῖ. Arr. πεποίηται.

ἐκπίπτει τὰ πλοῖα χειμῶνι βιαζόμενα, καὶ οἱ Θρᾷκες οἱ πρόσχωροι ὅτι ὑπὲρ τῶν ναυαγίων ἐν σφίσιν διαμάχονται. οὗτος δ' ὁ Ἁλμυδησσὸς[7] αἰγιαλὸς, ἐφ' ἑπτακόσια στάδια τεναγώδης ἄγαν, καὶ δυσπροσόρμιστος[8], ἀλίμενός τε παντελῶς παρατέταται ταῖς ναυσὶν ἐχθρότατος τόπος. Ἀπὸ δὲ Ἁλμυδησσοῦ εἰς Φρυγίαν[9] τὴν καὶ λεγομένην Φιλίαν, καὶ Βυζαντίων χωρίον, καὶ ἀκρωτήριον, στάδια τί', μίλια μά', γ'. Ἀπὸ δὲ Φρυγίας, ἤτοι[10] τῆς Φιλέας, ἐς Κυανέας ἤτοι Κύλας[11], στάδια τκ', μίλια μβ', Λ' ς'. αὗται δὲ αἱ Κυανέαι εἰσὶν[12], ἃς λέγουσιν οἱ ποιηταὶ πλαγκτὰς πάλαι εἶναι, καὶ διὰ τούτων [16] πρώτην ναῦν περάσαι τὴν

ctus multa prodidit, quod navigia tempestate adacta eo eiiciantur, ac contermini Thraces de naufragii tabulis inter sese decertent: litus id halmydessium ad septingenta extenditur stadia, estque admodum coenosum, aditu difficile, penitusque importuosum, navibus locus inimicissimus. Ab Halmydesso ad Phrygiam, quae etiam Philia dicitur, Byzantiorum oppidum et promontorium, stadia 310, milliaria XLI $\frac{1}{3}$. A Phrygia, quae et Philea, ad Cyaneas sive Cylas, stadia 320, milliaria XLII $\frac{2}{3}$. Hae sunt Cyaneae, quas poetae quondam erraticas fuisse inquiunt, per

7) Scymnus Chius:

Εἴτ' αἰγιαλός τις Ἁλμυδησσὸς λεγόμενος
Ἐφ' ἑπτακόσια στάδια τεναγώδης ἄγαν,
Καὶ δυσπρόσορμος ἀλίμενός τε παντελῶς
Παρατέταται ταῖς ναυσὶν ἐχθρότατος τόπος.

Ita corrige. Voss. Vulgo Ἁλμυδισσός, et mox Ἁλμυδισσοῦ.

8) Vulgo δυσπρόσορμος. Librarius noster, ut est accuratus cum in accentibus dispensandis parissime peccet, atque syllaba ορ versus finem faciat, opinari possimus, illum δυσπροσόρμιστος, scribere in animo habuisse, syllabam vero ιστ negligentia oppressam esse. Nihilominus autem forma δυσπρόσορμος, etsi alias occurrere non videatur, non in dubium vocari debet, cum analogiae linguae sit adaptata. Simili modo dicebant Graeci δύσορμος et δυσόρμιστος. Bast.

9) Scymni Chii versum lege sic:

Βυζαντίων χώρα Φίλιας καλουμένη.

Male pro eo Phrygiam reponit Ferdinandus Valisoletensis apud Pomponium, Arriani auctoritate. Idem enim est utrumque, ut ex hoc loco apparet. Voss.

10) ἤτοι cum Gailio recepi.

11) ἐς Κυανέας ἤτοι Κύλας. Margo codicis haec addit: Περὶ τῶν Κυανέων ἤτοι Πλαγκτῶν. V. Lennepium ad Phalaridem, p. 53. Bast.

12) Vulgo αὗται δὲ αἱ Κυανέαι, ἃς λέγουσιν. Duce codice restituas sic: α. δὲ αἱ Κ. εἰσὶν, ἃς λέγουσιν. Ita quoque Vossius transfert: Haec sunt Cyaneae, quas etc. Bast.

Ἀργὼ, ἥτις εἰς Κόλχους Ἰάσονα[1] ἤγαγεν. Ἀπὸ δὲ Κυανέων εἰς τὸ ἱερὸν τοῦ Διὸς Οὐρίου, ἴναπερ τὸ[2] στόμα τοῦ Πόντου, στάδια μ΄, μίλια ε΄, γ΄. Ἀπὸ δὲ τοῦ ἱεροῦ εἰς λιμένα Δάφνης τῆς Μαινομένης τὸν νῦν λεγόμενον Σωσθένην[3], στάδια μ΄, μίλια ε΄, γ΄. Ἀπὸ δὲ Σωσθένους εἰς τὸ Βυζάντιον στάδια π΄, μίλια ι΄, Λ΄ ς΄ Τάδε[4] καὶ τὰ ἀπὸ τοῦ Βοσπόρου τοῦ Κιμμερίου καλουμένου ἐπὶ Βόσπορον τὸν Θρᾴκιον καὶ Βυζάντιον. Ὅρμοῦ[5] ἀπὸ τοῦ ἱεροῦ στόματος τοῦ Ἴστρου ποταμοῦ, ἕως τοῦ ἱεροῦ Διὸς Οὐρίου, ἤτοι στόματος τοῦ Πόντου, στάδια ,γχμ΄, μίλια ,υπέ΄ γ΄[6]. Ἀπὸ δὲ Βορυσθένους ποταμοῦ, τοῦ καὶ Δα-

quas etiam primam navem Argo, quae Iasonem ad Colchos perduxit, transiisse aiunt. A Cyaneis ad fanum Iovis Urii, ubi est os Ponti, stadia 40, millia v ½. A fano hoc ad portum Daphnes Insanientis, qui nunc Sosthenes dicitur, stadia 40, millia v ½. A Sosthene ad Byzantium stadia sunt circiter 80, milliaria x ⅔. Haec vero sunt inter Bosporum, Cimmerium dictum, et Bosporum Thracium, ac Byzantium. A Sacro Istri ostio, usque ad fanum Iovis Urii, id est, ad os Ponti, stadia circiter 3640, milliaria CCCCLXXX ½. A Borysthene fluvio, qui et Danapris dicitur,

1) Edd. τὸν Ἰάσονα. Articulus in cod. et apud Arrian. deest. Bast.

2) Vulgo ἐν ᾧ τὸ. Ut Arrianus ip. 85. Voss. Cum Gallio Vossii em. recepi: ἴναπερ τὸ.

3) Σωσθένην. Aliis quoque Σωσθένειον dicitur hic locus. Vide Arrianum, qui in numero stadiorum discrepat. Voss. Hic locus unicus et memorabilis, si inspexeris haesitationem Harduini ad Plinium in Addendis ad Tomum primum, p. 811, ubi ad confirmationem huius nominis citat Nicephorum ex Ortelii indicio, dissimulato doctore, quum egregius sit hic Peripli auctor. Gronov. Hic locus arcessitus est ex Arriani Periplo: etsi Vossius adnotat, hunc auctorem a nostro in stadiorum numero differre. Discrimen illud tantummodo est in editionibus; Salmasius enim versum praeteriit integrum et dimidium. Nam ita sese habet locus in manuscripto: ἀπὸ δὲ τοῦ ἱεροῦ εἰς λιμένα Δάφνης τῆς μαινομένης τὸν νῦν λεγόμενον Σωσθένην, σπάδια μ΄, μίλια ε γ΄ (stadia XL, milliaria V ½), ἀπὸ δὲ τοῦ Σωσθένους εἰς τὸ Βυζάντιον, στάδια π΄, μίλια ι Λ΄ ς΄. Bast.

4) Vulgo τὰ δὲ. Melius Arrianum codicemque sequimur, legentes τάδε καὶ τά. Bast.

5) Vulgo ὁ μὲν ἀπὸ. Verba ὁ μὲν carent sensu. Mutanda sunt secundum codicem in ὁμοῦ ἀπὸ τοῦ ἱεροῦ στ. Vid. quae dicta sunt ad p. 5. l. 13. Bast.

6) Vulgo στάδια ,γχ΄, μίλια ,υπέ΄. γ΄. Emenda, στάδια ,γχμ΄, μίλια ,υπέ΄. γ΄. Statim lege, ἕως τοῦ ἱεροῦ Διὸς Οὐρίου στάδια ,εχ΄, μίλια ,ψμς΄. Λ΄ ς΄. ἀπὸ δὲ Χερσῶνος ἕως τοῦ ἱεροῦ Διὸς Οὐρίου, στάδια, ,ηρν΄, μίλια ,απς΄. Λ΄. ς΄. Voss. Lege, uti codex exhibet, στάδια ,γχμ΄, μίλια ,υπεγ΄, stadia III, MDCXXXX, milliaria CCCCLXXXV ½. Bast.

νάπρεως καλουμένου, ἕως τοῦ ἱεροῦ Διὸς Οὐρίου, στάδια ,εχ΄, μίλια ,ψμς΄, L΄ ς΄[7]. Ἀπὸ δὲ Χερσῶνος ἕως τοῦ Ἱεροῦ Διὸς Οὐρίου, στάδια ,ηφ΄, μίλια ,αρπς΄, L΄ ς΄[8]. Ἀπὸ δὲ τῆς Πορθμίας κώμης, τῆς ἐν τῷ τέλει τῆς Εὐρώπης, τοῦ Πόντου μερῶν τῆς ἐν τῷ στομίῳ τῆς[9] Μαιώτιδος λίμνης κειμένης, ἤτοι Βοσπόρου τοῦ Κιμμερίου καλουμένου, ἕως τοῦ ἱεροῦ Διὸς Οὐρίου, στάδια μ.,αρ΄[10], μίλια ,αυπ΄. Λέγεται δὲ τῆς Εὐρώπης ὁ παράπλους[11] ἴσος εἶναι τῷ περίπλῳ[12] τῆς Ποντικῆς τῶν τῆς Ἀσίας μερῶν. Ἀπὸ δὲ τοῦ ἱεροῦ Διὸς Οὐρίου ἕως Ἀμισσοῦ, στάδια ,δχξ΄, [17] μίλια ,χπα΄, γ΄[1]. Ἀπὸ δὲ Ἀμισσοῦ ἕως τοῦ Φάσεως ποταμοῦ, στάδια ,γωβ΄, μίλια ,φζ΄. Ἀπὸ δὲ τοῦ Φάσεως ποταμοῦ[2] ἕως τοῦ στομίου τῆς Μαιώτιδος λίμνης, ἤτοι

usque ad fanum Iovis Urii, stadia 5600, millia DCCXLVI⅔. A Chersone usque ad fanum Iovis Urii, stadia 8900, milliaria MCLXXXVI⅔. A Porthmia vico, qui in termino Europae ad Pontum in ostio Maeotidis paludis, sive Bospori dicti Cimmerii, insidet, usque ad fanum Iovis Urii, stadia 11100, millia MCCCCLXXX. Europae vero praetervectio dicitur aequalis esse praetervectioni ponticae, quae in Asiae partibus. A fano Iovis Urii usque ad Amisum, stadia 4660, milliaria DCXXI⅓. Ab Amiso usque ad Phasin fluvium, stadia 3802, milliaria DVII. A Phasi fluvio usque ad ostium Maeotidis paludis, sive vicum Achilleum, stadia

7) Vulgo στάδια ,εχ΄, μίλια . . Codex στάδια ,εχ, μίλια ψμ L΄ ς΄; sed cum Vossio legendum est, μίλια ,ψμς΄ L΄ ς΄. Bast. Noster stadia 5600 habet, rectius quam 5670 Anon. C. Gail.

8) Vulgo στάδια ,ηυ, μίλια ,απς΄ L΄ς΄. Codex: στάδια ,ηυ΄ (lege ,ηφ΄ i. e. 8900), μίλια ,αρπς΄ L΄ ς΄. Bast.

9) Deest τῆς in editt.

10) Vulgo στάδια ,αρ΄. Editores non tentarunt huius loci correctionem, quamvis, corruptus quin sit, non dubitandum. Secundum codicem verba sic restituenda sunt: στάδια $\overline{\text{,α.}}$ $\overline{\varrho}$, μίλια $\overline{\text{,αυπ΄}}$, i. e. stadia $\overline{\text{XI.}}$ $\overline{\text{HC}}$, milliaria MCCCCLXXX. Bast.

11) Forte: λέγεται δὲ τῆς Εὐρώπης τῆς Ποντικῆς ὁ παράπλους, etc. Voss.

12) Edd. et cod. παράπλῳ. Bast. corr. περίπλῳ. In codicis margine legitur, σημείωσαι ὅτι ὁ περίπλους (sic lege, nec παράπλους, quod in textu conspicitur) ἴσος ἐστὶ τῶν τε Ἀσιανῶν καὶ Εὐρωπαίων τοῦ Πόντου μερῶν, et postea (ad p. 234. l. 13. G.), τῶν τοῦ περίπλου τοῦ Πόντου σταδίων ἐπισυναγωγή. Bast.

1) ἀπὸ δὲ τοῦ Ἱεροῦ . . . ἕως Ἀμίσσοῦ. Ceteri Ἀμισοῦ. Habet noster 4660 stadia ad Amisum, quod parum recedit ab Arriano (sigillatim 4810). Marcianus p. 74 Huds., mendose habet στάδιοι ,αφκ΄ (1520 stad.). Leg. ,δχξ΄ cum Osanno p. 293. Gail.

2) ἀπὸ δὲ Ἀμισσοῦ ἕως Φάσεως ποταμοῦ ἕως τοῦ στομίου. Sic

Ἀχιλλείου κώμης, στάδια ,δκέ[3], μίλια φλς΄, L ς΄. Ὡς γίνεσθαι ἀπὸ τοῦ ἱεροῦ Διὸς Οὐρίου, ἕως τοῦ στομίου τῆς Μαιώτιδος, στάδια ,ϛβυπζ΄[4], μίλια ,ϛχξέ. Ὁμοῦ γίνονται[5] ὁ πᾶς περίπλους τοῦ Εὐξείνου Πόντου, τῶν τε δεξιῶν τῶν τε παρὰ τὴν Ἀσίαν μερῶν τοῦ Πόντου, καὶ ἀριστερῶν δὲ τῶν παρὰ τὴν Εὐρώπην μερῶν τοῦ Πόντου[6], ἀπὸ τοῦ Ἱεροῦ Διὸς Οὐρίου, στάδια βγ[7] ,φπζ΄, μίλια ,γρμέ. Ἔστι δὲ καὶ ὁ περίπλους τῆς Μαιώτιδος λίμνης στάδια ,θ[8], μίλια ,ασ΄.

4025, milliaria DXXXVI ½. Adeo ut a fano Iovis Urii usque ad ostium Maeotidis, stadia fiant 12487, milliaria MDCLXV. Tota autem circumvectio Ponti Euxini, quique ad dexteram secundum Asiae ponticae partes, et qui ad sinistram secundum Europam, a fano Iovis Urii, usque ad id ipsum fanum Iovis Urii, stadia 23587, milliaria IIIMCXLV. Est vero et circumvectio paludis Maeotidis, stadiorum 9000, millium CIↃCC.

vulgo. Codex recte legit et addit, *ἀπὸ δὲ Ἀμισσοῦ ἕως τοῦ Φάσεως ποταμοῦ στάδια ,γωβ΄, μίλια ,φξ΄* (stadia III. MDCCCII, milliaria DVII. Milliaria 507, accuratissime rem si spectas, non aequant stadia 3820, sed 3802 et dimidium; facilius credam, auctorem scripsisse *στάδιοι ,γωβ β΄*, librarios autem omisisse ultimum *β΄*), *ἀπὸ δὲ τοῦ Φάσεως ποταμοῦ ἕως τοῦ στομίου κ. τ. λ.* Bast.

3) *στάδια ,δκέ*. A Phasi ad ostium Maeotidis numerat noster 4025 stadia. Cf. adnot. ad Anon. C. infra qui Anonymi B numerum adstruit. Arrianus sigillatim 3700 tantum. Gail.

4) *στάδια ,ϛβυπζ΄*. Pro stadiis 12487 Anonymi, Arrianus sigillatim habet 12285 a Bosporo Thracio ad Bosporum Cimmericum. Gail.

5) Potius *γίνεται* ex Anon. C. Gail.

6) Sic cod. et Anon. C. Vulgo desunt *τοῦ Πόντου*.

7) *στάδια βγ΄ ,φπζ΄*. Noster non multum recedit ab Arriani summa. Cf. nostra ad Arrian. p. 98. Gail.

8) *στάδια ,θ*. Illud iterum ad init. fragmenti. Concinit Arrianus. Cf. nostra ad Arrian. p. 83. Gail.

EXCERPTA

ex F. Osanni, Prof. eloq., Disputatione, Gissae a. MDCCCXXIX. edita, de fragmento peripli graeco e codice Hafniensi deprompto.

. . . . Sumpsi fragmentum geographicum Graece scriptum, quod si neque exacta neque nova rerum tractatarum expositione excellit, inde tamen commentationis nonnihil fortasse nanciscitur, quod e codice manuscripto nunc primum, ut videtur, in lucem emittatur . . . . . Fragmentum illud, de quo dixi, in quo Periplus Ponti Euxini continetur, servatur in codice Bibliothecae Regiae Hafniensis forma quarta scripto, 1085 numerato, ex quo custos eius O. Blochius, humanissimus litterarum antiquarum cultor, meum in usum transcripsit. Praeterea Codex complecitur Demetrii Chrysolorae, Libanii et aliorum epistolas, Pselli opuscula quaedam et alia[1]. Iam age apo-

1) In folio codicis penaltimo, teste Blochio, haec leguntur: *Τὰ Ἑλληνικὰ γράμματα συμψηφιζόμενα πάντα ὁμοῦ συμπεσοῦνται* [melius legit postea vir doctus in cod. *συμποσοῦνται*, quod mecum amice communicavit cl. Osannus; de qua voce vid. Steph. Thesaur. Londin. col. 7876, B. Gail.] *εἰς ἀριθμὸν γ[illegible]θ*, h. e. 3999. Ex litteris, quas F. Osannus, V. A., nuperrime benigne mecum communicavit, adiungo haec: „Legendum *συμποσοῦνται*, quod reapse in Codice legi, Olaus Bloshius Hafniensis ille, cuius humanitati fragmentum illud debeo, per litteras d. VIII Aug. 1829 mihi significavit. Vocem, hoc uno quod sciam loco repertam, Lexicis adde. Frequentior est simplicis, *ποσόω*, usus: Theophrasti loco, quem Schneiderus Lex. affert, adde Incerti de magnitudine et forma terrae opusculum ap. Siebenkees. ad Strab. T. I. p. XXVIII. et Herennium ap. Kopp. ad Damasc. de princ. p. 398.

spasmatium illud, si pauca excipias, quae sine cunctatione corrigenda videbantur, tot verbis exhibeamus, quot codex refert [1].

Apparet hoc fragmento, quod infimae aetati adscribendum, ante Iustiniani imperium conscriptum esse vix poterit, excerpta contineri ex geographorum veterum libris nonnullis, ac quidem esse ea duplicis argumenti et rationis. Priori enim parte, quae de circuitu terrae in universum agit, exponitur magnitudo terrae ad Eratosthenis computandi rationem, eo ipso testis loco laudato [2], posteriori, in qua a verbis *τοῦ Πόντου ὁ περίμετρος* ad finem usque comprehenditur descriptio Ponti Euxini, et adiacentium terrarum, distantiae singulorum locorum peculiariter tractantur, quae ab Eratosthene non sumptae, sed aliunde adsutae videntur. Quae vero posteriori parte exponuntur, ea cum Eratosthene nihil commune habere, ex eo videtur certo colligi posse, quod iuxta stadiorum accuratam descriptionem simul mentio fiat mensurae milliariae, quae abest a parte Eratosthenica, et iure. Nam ut Eratosthenem negem in Geographia sua distantiis lo-

[1 Inde sequitur textus fragmenti. G a i l.] — [2] Differt autem Strabo II. p. 133 dicens: *Ὑποθεμένους ὥσπερ ἐκεῖνος (Ἵππαρχος), εἶναι τὸ μέγεθος τῆς γῆς σταδίων εἴκοσι πέντε μυριάδων καὶ δισχιλίων, ὡς καὶ Ἐρατοσθένης ἀποδίδωσιν.* Cf. Cleomed. II. 1, p. 83 de Hipparchi computatione terrae magnitudinis, haec: *τὸν δὲ Ἵππαρχόν φασι καὶ χιλιοκαιπεντηκονταπλασιόνα τῆς γῆς ὄντα αὐτὸν ἐπιδεικνύναι.* p. 80 extr. de Eratosthene locum a Letronnio V. Cl. emendatum habemus: *ἐπεὶ οὖν ἡ γῆ πέντε καὶ εἴκοσι μυριάδων καὶ σταδίων δισχιλίων (β′).* V. etiam Letronnii dissertationem: Ueber die Erdmessungen der alexandrinischen Mathematiker, quam germanice reddidi Lips. 1838, p. 95 sqq. 110 sqq. Eratosthenis numerum terrae magnitudinis praebet etiam Marciani liber p. 6 ed. Huds. p. 35 ed. nostr., ubi v. nostram not. 1), ubi olim *σταδίους κε′ καὶ θσ′* legebatur, et Miller retinuit, quod emendandum erat. V. deinde Schol., quod primus edidit Miller, et nos una cum Marciano p. XXI sq., atque alium locum, quem Haasius ex Heronis libro *περὶ διόπτρας* edidit, et nos p. XXII. praefat. ad Marcianum recepimus. Terrae magnitudinem significat locus quidam fragmenti A. Conf. Uckerti Geographie der Griechen und Römer. Vol. I. P. II. pag. 42.]

corum designandis milliaria mensura usum esse, multis iisque gravissimis argumentis adducor, tanto magis hic licet in transcursu percensendis, quanto minus hac de re adhuc dubitatum esse videatur[1], quum praesertim Iuliani architecti accedere videatur testimonium, Eratosthenem dicentis hoc modulo usum esse. Primum qua aetate vixerit Eratosthenes, reputanti id mirum videri debet, graecum hominem, popularibus suis geographiam explicantem, iuxta stadiorum mensuram per totam Graeciam et ultra cognitam et usurpatam, non abstinuisse a metiendi genere peregrino, quod illa aetate paucissimis hominibus iisque tantum in Graeciae tractibus cognitum esset, quos tum Romani tenerent subactos. Quorum igitur bono Eratosthenem putaveris mensuras ad millia passuum exegisse, quum suorum nemo, ubi ratio ad stadia computabatur, de distantia locorum dubitare posset? Neque Graecorum antiquorum scriptorum moris fuisse videtur, peregrinum usum suum facere, ubi eo opus non esset. Gravius vero hoc est. Unde, quaeso, Eratosthenes mensuram milliariam accepit? Nonne a Romanis? Ita ne? Sero vero apud Romanos locorum distantiae mille passuum signis sive milliariis distinguebantur, quamquam nolim negare, mensuram spatii ad mille passuum longitudinem vulgaris vitae in usum apud Romanos iam ante exactam fuisse. Indubitatum vero est, milliariorum computationem haud prius usu communi recepi potuisse, quam viae stratae essent, eaeque ex more Romanorum lapidibus milliaribus ad millesimum quemque passum collocatis distinctae essent. Quod antiquis tem-

1) Danvillii commentationem: Sur le mille romain in Mem. de l'Acad. des inscript. T. XLVIII. ed. 8vo, inspicere haud licuit. Videtur tamen aliquid huius rei suboluisse Dodwello, cuius verba Diss. de Periplo anonymo Euxini maris, p. 161 [v. supra p. 135 sq.] haec sunt: „Inde factum, ut praeter octonos stadios, tertiam praeterea stadii partem milliari romano tribuerint Polybius et Eratosthenes. Sic enim de Polybio testatur Strabo, de Eratosthene autem Julianus architectus apud Harmenopulum. Nam post bellum cum Pyrrho pacem inibant cum Ptolemaeo Philadelpho Romani. Inde evenit ut Eratostheni aliquatenus innotuerit milliare romanum."

poribus raro, certe multum post Eratosthenis aetatem institutum traditur, a C. Graccho, de quo haec leguntur apud Plutarchum[1]: πρὸς δὲ τούτοις διαμετρήσας κατὰ μίλιον ὁδὸν πᾶσαν (τὸ δὲ μίλιον ὀκτὼ σταδίων ὀλίγον ἀποδεῖ) κίονας λιθίνους σημεῖα τοῦ μέτρου κατέστησεν. ἄλλους δὲ λίθους ἔλαττον ἀπέχοντας ἀλλήλων ἑκατέρωθεν τῆς ὁδοῦ διέθηκεν, ὡς εἴη ῥᾳδίως τοῖς ἵπποις ἔχουσιν ἐπιβαίνειν ἐπ' αὐτῶν, ἀναβολέως μὴ δεομένοις. Neque sententiae meae quod nonnulli adversari fortasse putent, apud Polybium iam reperiri illud metri genus, revera adversatur, sed ipsum, quod contendo, etiam magis demonstratum dat. Primum enim Polybius rarissime ea mensura utitur, omnia plerumque ad stadia revocans. Binis tantum apud Polybium locis, nisi memoria fallor, eius mensurae mentio fit, et quidem in fragmentis apud Strabonem[2]. Deinde novam rem fuisse Polybii aetate vias per milliaria distinguere, luculenter ipse prodit[3]: ἀπὸ δὲ ταύτης εἰσὶν ἐπὶ μὲν τὸν Ἴβηρα ποταμὸν, ἑξακόσιοι στάδιοι πρὸς διςχιλίοις. ἀπὸ δὲ τούτου πάλιν εἰς Ἐμπορεῖον, χίλιοι σὺν ἑξακοσίοις. καὶ μὴν ἐντεῦθεν ἐπὶ τὴν τοῦ Ῥοδανοῦ διάβασιν, περὶ χιλίους ἑξακοσίους· ταῦτα γὰρ νῦν βεβημάτισται καὶ σεσημείωται κατὰ σταδίους ὀκτὼ διὰ Ῥωμαίων ἐπιμελῶς. Res in Eratosthene eo conficitur, quod a serioribus scriptoribus, ubi Eratosthenicas rationes ad stadia exactas afferunt, simul addi solet, quantum spatii ad mensuram romanam hinc efficiatur:. unde certo colligitur, ab Eratosthene additum non fuisse milliarium modulum. Unum testem Plinium affero, qui[4]: „Universum autem", inquit, „hunc circuitum Eratosthenes, in omnium quidem litterarum subtilitate, et in hac utique praeter ceteros solers, quem cunctis probari video, ducentorum quinquaginta duorum millium stadium protulit; quae mensura romana computatione efficit trecenties quindecies centena millia pass." Non audiendus igitur videtur in tanto argumentorum con-

1) Vit. C. Gracchi 7. — 2) Vide XXXIV. II 8. 12, 3 seq. — 3) III. 39, 6. — 3) H. N. II. 112 fin. Similis locus reperitur apud Vitruv. I. 6.

sensu Iulianus Ascalonites ille aetatis incertae architectus, qui quidem, teste Constantino Harmenopulo [1], quot stadia ex Eratosthenis mensura milliarium romanum comprehenderit, refert, sed non tantam habere potest auctoritatem, ut, quum alia omnia repugnent, ei uni prae ceteris fidem tribuas. Nec dubium esse potest, quin Iulianus ille, ubi de stadiorum et milliariorum ratione ad Eratosthenem et Strabonem facta loquatur, aliud quidquam docere voluerit, quam quot stadia Eratosthenica vel Strabonica milliarium aequaverint. Neque denique latet, cur Eratosthenem serioris aetatis scriptores mensura milliaria usum tradant. Etenim romani geographi, utpote Romanis scribentes, non poterant non ea mensurae ratione uti, quae iis, quibus opera destinabant legenda, cognita esset. Quod igitur ab Eratosthene ad stadiasmum descriptum erat, nunc per millia passuum exigendum videbatur. Ex quo scriptorum genere, ut unum afferam, Plinius est, qui ut alibi plerumque milliaria mensura utitur, ita passim mensuras Eratosthenicas ad milliaria romana computatas affert [2].

Sed in viam redeo. Et primum quidem ex ordine de Eratosthenis parte seorsum dicendum est. Apparet illo fragmenti nostri loco non ipsa Eratosthenis verba, sed vim eorum exhiberi. Neque dubium esse potest, qua parte trium Eratosthenis de geographia librorum locum olim obtinuerint. Ex Strabone enim constat de generali operis Eratosthenici divisione: unde certo colligitur, quae nostro fragmento legantur, ea in libro secundo olim exposita fuisse, quo geographiae mathematicae, quam vulgo dicunt, explanandae Eratosthenes maxime operam dedit [3], et de circumferentia terrae, re ipsa postulante, copiose

1 Promptuar. iur. II. tit. 4. p. 115: τὸ μίλιον κατὰ μὲν Ἐρατοσθένην καὶ Στράβωνα τοὺς γεωγράφους ἔχει σταδίους ἡ καὶ γ' ἤτοι ὀργυιὰς ,ωλς'. — 2) Vide VI. 28. Quae ibi affertur ratio Eratosthenica, eiusdem auctoris nomine apud Strabonem XVI. p. 765 (T. VI. p. 380 Tzschuck.) recurrit, et per stadia quidem distributa, dum Plinius milliaria tantum enumerat. Adde Plin. VI. 33. — 3) Vide Eratosthenis Geographicorum fragmenta, ed. Seidel. Gottingae, 1789. p. 44.

egit [1]. Et primum quidem in fragmento nostro discernitur universam inter et habitatam terram, et hoc ex auctoritate geographorum antiquorum, universo terrae orbi aliam magnitudinem, habitabili eius parti aliam adscribentium [2]. Ex Eratosthenis mensura circuitus terrae amplectebatur **250000**, vel si alios testes audimus, **252000** stadia [3] [stadia **259200** numerat Eratosth. apud Marcian. p. 6, ubi Hudsoni vid. emend. G.]: quae computationis differentia tam exigua est, ut in censum vix veniat, quum praesertim meminimus, ex numerorum notis antiquis saepe male intellectis innumeras mensurarum discrepantias natas esse, quae non scriptorum errori sed librariorum potius vitio et oscitantiae adscribendae sunt. Nec maioris vix est momenti ea mensurae differentia, qua fragmenti nostri auctor ab Eratosthenis calculo vulgari discedit. In numero enim consignato *μυριάδες δισχίλιαι τριάκοντα πέντε*, h. e. **200035**, vix dubito quin mendum insit. A circuitu terrae universae noster ad magnitudinem habitatae terrae progrediens*), fines eius ita circumscribit, ut longitudinem spatii Gangem inter et Gades, sive ortum solis inter et occasum, **8808** stadia, latitudinem a mari Aethiopico usque ad Tanaim fluvium, quae Artemidori ratio fuisse videtur [4], hoc est a meridie usque ad septentrionem **3500** stadia interiacere ponat. Qui dimensionum numeri utrique rursus, neque si per se spectes, neque si cum traditis Eratosthenicarum mensurarum numeris conferas, ullo modo coeunt. Neque iidem sunt termini longitudinis vel latitudinis, quos Eratosthenem constituisse alii tradunt, de quorum fide non est quod dubitemus. Latitudo enim spatii ab aequatore usque ad Thulen ex Eratosthenis mensura complectitur stadia **46400**, longitudo ab Indo usque ad terminos Europae extremos, ultra Herculis columnas, stadia **78000** [5]. De nostri iam

1) V. Strab. I. pag. 62 (T. I. pag. 167 seq. ed. Tzschuck.). — 4) Strab. XVII. p. 824 (T. VI. p. 636 ed. Tzschuck.). — 5) Vide Uckerti Geographie der Griechen u. Römer. vol. I. P. II. p. 42.

[*) Conf. fragm. A. a Millero primum editum, quod nos infra adiecimus.] — 4) Plin. II. 112. — 5) Vide Uckert. l. c. vol. I. P. II. p. 221. 325. [v. nos ad Agathemerum, lib. I. 4.]

rationibus quid iudicandum sit, dictu difficile. Ut concedamus calculorum discrepantiam oscitantiae librariorum tribui posse: tamen, nisi quae Eratosthenis ex auctoritate tradantur, geographi huius nomen prorsus mentiri statuamus, scriptorem nostrum patet aut e spurcissimo fonte sua hausisse, aut munus ennaratoris negligentissime sustinuisse. Neque plane convenit distantia Euphratem inter et Tigridem, a nostro ad tria millia stadiorum computata, cum Eratosthenis calculo, qualem Strabo refert, de Mesopotamia loquens[1]: *τὸ μὲν οὖν μέγιστον, ὃ ἀφίστανται* (Euphrates et Tigris), *διάστημα ἀπ' ἀλλήλων, τὸ πρὸς τοῖς ὄρεσίν ἐστι. τοῦτο δ' ἂν εἴη τὸ αὐτό, ὅπερ εἴρηκεν Ἐρατοσθένης, τὸ ἀπὸ Θαψάκου, καθ' ὃ ἦν τὸ ζεῦγμα τοῦ Εὐφράτου τὸ παλαιὸν ἐπὶ τὴν τοῦ Τίγριος διάβασιν, καθ' ἣν διέβη Ἀλέξανδρος αὐτὸν, διοχιλίων τετρακοσίων· τὸ δ' ἐλάχιστον μικρῷ πλέον τῶν διακοσίων κατὰ Σελεύκειάν που καὶ Βαβυλῶνα.* Sed haec discrepantia non tanta est, ut scriptori serio irascamur, quum praesertim quaeri possit, an quae mensura ab uno Strabone tradatur, omni vitii suspicione libera sit. Quidquid harum discrepantiarum est, satisfecisse me arbitratus sum, si diligenter notarem, ut, si tanti videretur, ab aliis accuratius examinarentur.

Transeo nunc ad alteram fragmenti partem, quae, ut supra dictum, nullo auctoris nomine insignita, singulorum locorum Ponti Euxini distantias exhibet. Quae pars ex aliquo maris huius Periplo antiquo transcripta esse videtur. Quae sententia tanto veri est similior, quanto maiorem ea fragmenti pars cognationem habet cum anonymi auctoris Periplo Ponti Euxini [quem loco tertio edidimus] item mutilo, e quo fragmentum nostrum conflatum paene dicerem, si rerum in utroque tractatarum ordo et ratio conspirarent. Nihilo tamen minus tanta inter utrumque intercedit necessitudo, ut operae pretium esse videatur, alterum scriptorem alteri ita conferre, ut quantum alteruter ex mutua hac comparatione adiuvetur, clare perspi-

1) XVI. p. 746 (T. VI. p. 286, ed. Tzschuck.) Cf. Bernhard. Eratosth. p. 91.

ciatur. Verborum enim contextus in utroque scriptore librariorum vel in Periplo editorum quoque culpa admodum depravatus est: minus tamen vel parum Periplus, siquidem eius verbis restituendis ea adminicula adhibueris, quae Bastius larga manu nuper praebuit. Codicem enim Parisinum, quo solo Periplus ille adhuc repertus est, Bastius Epistola critica ad Boissonadium [1], secundis post Salmasium, qui primus inspexerat, curis quam diligentissime excussit, quo factum ut maxima pars vitiorum, quibus vulgatae adhuc editiones deturpabantur, nunc feliciter sublata sit. Eam igitur verborum formam, quam Bastii cura comparare nunc licet, age ante accurate hic describamus, quam ad utriusque scriptoris comparationem progrediamur *).

Primarius locus, a quo mensurae distantiarum Ponti in fragmento nostro computantur, emporium est illud celeberrimum in ipsis faucibus Bospori Thracii situm [2], a Iove Urio, non sine causa ibi culto appellatum pleno nomine *Ἱερὸν τοῦ Διὸς Οὐρίου*, vulgo in ore nautarum simpliciter *τὸ Ἱερὸν* [3], vel etiam *Ἱερὸν χωρίον* [4]: de quo sacro loco, a nautis titulis votivis propter navigationes secundis velis transactas celebrato, copiose nuper monui [5]. Quae

1) Pag. 3 seq.

*) Deinde dicit Osannus, V. Cl., „En ipsa verba, quae nostris exadverso collocentur, dignissima": *Ἀπὸ δὲ τοῦ ἱεροῦ* etc. *Ἐστὶ δὲ καὶ ὁ περίπλους τῆς Μαιώτιδος λίμνης στάδιοι ,θ, μίλια ασ'.* Sed haec consulto hoc loco omisi, v. ea p. 201 usque p. 203.

2) Vid. Mela 19. Cic. II. Verr. 4. 57. — 3) Strab. XII. p. 548 (p. 85. T. V. ed. Tzsch.) et passim. — 4) V. Polyb. IV. 52: Menippi Peripl. p. 69., ed. Oxon. — 5) Syllog. inscript. p. 228. Apposui ibi Ciceronis locum de hoc templo insignem et simul vexatissimum, de quo oblata hac occasione pauca libet addere. Leguntur ibi haec II. Verr. IV. 57, 129: „Quid? ex aede Iosis religiosissimum simulacrum Iovis Imperatoris, quem Graeci *Οὔριον* [Graecis litteris quod nomen scribendum l. c. monueram, nunc video ab Orellio probatum esse] nominant, pulcherrime factum, nonne abstulisti? Quibus mox Cicero addit: Iovem autem Imperatorem quanto honore in suo templo fuisse arbitramini? Hinc colligere potestis, si recordari volueritis, quanta religione fuerit eadem spe-

statim ex hoc loco ducuntur computationes, ad loca adiacentia et mercaturae factitandae aptissima pertinent, Byzantium et Sosthenium. Quod hic Sosthenium vocatur, auctori Peripli audit Σωσθένης, non sine vitio, ut videtur. Bis enim occurrit nomen illud apud nostrum et adiectiva

cie atque forma signum illud, quod ex Macedonia captum in Capitolio posuerat Flaminius. Etenim tria ferebantur in orbe terrarum signa Iovis Imperatoris uno in genere pulcherrime facta: unum illud Macedonicum, quod in Capitolio vidimus; alterum in Ponti ore et angustiis; tertium, quod Syracusis ante Verrem praetorem fuit.“ In quo loco editores magnopere haeserunt, neque iniuria: quo modo enim Iuppiter Imperator idem esse posset, qui a Graecis Οὔριος nominaretur, explicari posse non videbatur. Quare in romani epitheti locum subitituebant Imbricitorem, Imuberem, Imberbem, et nescio quid aliud, quum tamen repetita mentio eiusdem nominis Imperator a quovis mutandi conamine revocare debuisset, quum praeterea ne ulla quidem mutandi ratio aliqua veri specie se commendaret. Retinuit post alios nuper Orellius, de explicatione nominis haud curiosus. Quam potero brevissime quod sentio dicam, post tot tantorumque virorum tentamina sententiam pronuntiare quam periculosum sit, haud ignarus. Primum quaeritur, quis et qualis apud Romanos fuerit Iuppiter Imperator: quod facile e numis perspicitur, in quibus exhibetur Iuppiter sedens d. fulmen, s. hastam, cum epigraphe IMPERATOR. V. Raschii Lex. rei num. T. II. P. II. pag. 659 seq. Talis igitur formae Iovem Cicero, quum Imperatorem vocaret, non potuit non ob oculos habere. Iam facile videtur ad divinandum, cur Imperatorem Cicero Iovem Urium vocarit: non ut graecum epitheton Οὔριον latine redderet, sed ut, quali forma et specie Iovis Urii simulacrum fuisset, adiecta Imperatoris explicatione declararet. In nominum igitur cognatione non quaerenda Ciceronis comparatio, sed in formarum similitudine. Et quid tandem obest, quo minus Iovis Urii signum eiusdem formae fuisse dicamus, qua constat apud Romanos Iovem Imperatorem exhibitum esse! Qua specie Iovi Urio, ut terrarum mariumque gubernatori, nulla videtur aptior esse potuisse. Memini Levezovium de Iove Imperatore nuper peculiarem libellum edidisse, Ciceronisque locum tractasse, quem librum adhuc conspicere non contigit. Ex litteris Osanni iam commemoratis legas. „Adhuc explicationis huius non piguit, a Zumptio licet ad Ciceronis locum impugnatae, non suis quidem, sed alienis armis. Quam enim speciem Iovis superatoris fuisse arbitratus essem, eam ait Zumptius veram esse negasse Levezovium l. l. p. 13. cuius et nunc doleo inspicere non posse argumentatio-

forma rei aptior nomine proprio Sosthenis[1]. Praeterea qui hoc nomine certe valde novo hunc locum ex antiquis appellarit, novi equidem neminem: ne novit quidem Stephanus Byz., unde tam in nostri fragmenti quam in auctoris Peripli Euxini coniecturam facere licet[2]. Et raro

nem. Quod vero ex Raschio adstruxeram, id aliis quoque numis ab eodem allatis comprobatur, l. c. p. 884, ubi ex Pedrusii Mus. Farnes. V. Tab. 17, 2 Commodi imp. numus laudatur sic descriptus: „IOVI IMP etc. Commodus velatus sacra facit supra aram ignitam Iovi ex adverso stanti d. hastae innixo, s. fulmen gerenti, et pedem laevum gradui arae imponenti.“ Quid? quod in Amastris Paphlagonicae numis imperatoriis Iuppiter hastatus Hauscum epigraphe ΖΕΤΣ ΣΤΡΑΤΗΙΟΣ exhibetur, Romanorum Iovis imperatoris, ut puto, non sine affectatione. Propriam igitur hasta huius Iovis insigne, cuius de vi et potestate nullum est dubium. De Zumptiana vero nominis interpretatione, qua Iuppiter imperator antiquitus is vocatus sit, qui itineris sive expeditionis faustae dux sit, etymo eius nominis adeo sustentanda, quippe derivando ab eundo sive in et πιφάν, penes acutiores iudicium esto: mihi quidem, alia ut mittam, ideo displicet, quod vis nominis imperator antiquo tempore, quatenus id nunc pervestigari potest, alia omnino fuit. Nam duces exercituum, ut Mureti verbis ad Tac. Ann. I, 9 utar, antiquitus re bene gesta, gaudio et impetu victoris exercitus imperatores conclamabantur; quae Iovis hastati speciei optime conveniunt, non vero ei, qui iter licet fausto auspicio confecerit. Neque magis sese commendat quod nuper Zehlicklus ad explicandum illud epitheton excogitavit, quantum id cognoscere licet ex iis, quae ex eius scripto quodam scholastico allata sunt in Zeitschr. f. d. Alterth. 1839. p. 1008: qui ut οὔριος cum potestate nominis imperator aliquo modo conciliaret, notionem eines anordnenden, also gebietenden Juppiters, ut ipsius verba referam, in utroque inesse statuit, quae quo modo cum vocis οὔριος significatione propria conspiret, ego quidem non perspicio. Ceterum de saci, huius Iovi οὐρίῳ in Ponto dicati situ et regione Clarkio nemo uberius exposuit, Travels T. I. p. 680 ed. 4to. T. II. p. 439 ed. 8vo.

1) Idem sensisse nunc video Dodwellum Diss. de Periplo anonymo, [quem loco tertio edidimus [§. 9], qui praeterea admonet, illud portus nomen memorari a Nicephoro Patriarcha ad annum Chr. 717 et a Leontio scholastico in Anthol. Planud. p. 712. n. 284 ed. Iacobs. Anthol. Pal. T. II. De cuius poetae aetate accurate non liquet. — 2) Quibus argumentis nisus Uckertus, cuius iudi-

omnino huius emporii, Byzantium inter et templum Iovis Urii siti, mentio apud geographos fit, apud Stranonem, si bene memini, desiderata. Stephanus antiquo Daphnae nomine v. *Δάφνη* his verbis quamvis aperte vitiosis, quae in ordinem redigere nihil nunc attinet, commemorat: *ἔστι καὶ λιμὴν Δάφνη, φαινομένη ἐπὶ τῷ στόματι τοῦ Πόντου, ἐν δεξιᾷ ἀναπλέοντι. ἔστι καὶ προάστειον Δάφνη ἐν τῷ στόματι τοῦ Πόντου, ἐν ἀριστερᾷ, ἐπὶ τὴν ἀνάπλοῦν ἀνιοῦσιν, ὃ λέγεται Σέργιον.* Quocum fere consentit Eusthatius[1]: *λέγει . . . καὶ λιμένα Δάφνην ἐν τῷ στόματι τοῦ Πόντου, ἐν δεξιᾷ ἀναπλέοντι· καὶ προάστειον δὲ αὐτόθι ποῦ ἐν ἀριστερᾷ ἐπὶ τὸν ἀνάπλουν ἀνιοῦσιν.* Suburbium igitur Daphnae Sergium appellatum, ab emporio Daphne discernitur: quare dubitari nequit, apud Stephanum legendum esse *προάστειον Δάφνης*, nisi videatur *Δάφνη* potius ut glossema plane delendum esse. Ceterum proprium et plenum emporii nomen id fuisse videtur, quo auctor Peripli Ponti Euxini appellat, *Δάφνη ἡ μαινομένη*, et quo recurrit in Arriani Periplo Ponti Euxini fine[2], in distantiis Byzantii, Daphnae et templi Iovis Urii cum nostro et auctore Peripli Ponti

cium in rebus geographicis maximi semper feci et facio, nuper Periplo Ponti Euxini aetatem multo antiquiorem adsignaverit, fateor me plane ignorare. Viri eruditissimi sententiam breviter pronuntiatam loc. cit. vol. I. P. I. p. 156 ipsius auctoris verbis licebat repetere: „In dieselbe Zeit (Scymni Chii) mag auch die uns erhaltene Umschiffung des Pontus Euxinus und der Maeotis gehören, wenigstens dem Inhalte nach; zum Theil finden sich darin dieselben Angaben, die bei Scymnus vorkommen." Ut concedamus inesse quaedam in hoc fragmento posse, quae seriori aetate adscripta sint, tamen tanta appellationum et rerum noviciarum copia in eo reperitur, ut non possim non Dodwello plane adstipulari, qui Periplum seculo multo recentiori tribuit. Dodwelli vero coniectura, ad Diocletiani imperium Periplum referentis, an plane probanda sit, nunc non quaero: immo serioris aetatis Periplum esse suspicor. Neque nunc exploraverim viri sagacissimi, Koehleri puto, sententiam, qui Periplo, qualis hodie feratur, nihil aliud quam antiquiorem contractum Periplum contineri contendit in libro Petropoli ann. 1808 vulgato: Mémoire sur quatre médailles du Bosphore Cimmérien, p. XXII.

1) Ad Dionys. Perieg. p. 118. — 2) Pag. 25. ed. Hudson.

Euxini plane convenientis. In chartis geographicis iis, quae ad manus sunt, desideratur Daphne.

Porro refertur distantia eiusdem templi ad Istrum usque, et ad illud quidem eius ostium, quod Sacrum, passim etiam Peuce a cognomine insula [1] appellatum, a Bosporo Thracio ascendenti proximum est. Neque hoc sine iusta causa. Prope hoc enim Istri ostium suspicor emporium illud situm fuisse, quod Istriae nomine Arrianus profert atque iuxta quintum Istri fluvii ostium collocat [2]. Alii Istrum, alii Istriopolin vocant [3].

Iam age describamus accurate singulorum locorum distantias, et ita quidem, ut simul ex adverso ponamus eorundem locorum mensuras ab auctore Peripli Ponti Euxini traditas.

Ponti Circuitus in fragmento traditus.

	stadia.	millia
I. A Byzantio ad Sosthenium	80	$10\frac{1}{2}$ millia
II. A Sosthenio ad Sacrum Iovis Urii	40	$5\frac{1}{2}$ 16.
III. A Sacro Iovis Urii ad Istri os sacrum	3640	$485\frac{1}{3}$
IV. A Sacro Iovis Urii ad Borysthenem sive Danaprin	5670	$746\frac{1}{3}$
V. A Sacro Iovis Urii ad Porthmiam	1100	480
VI. A Sacro Iovis Urii ad Amisum	4660	$621\frac{1}{3}$
VII. Ab Amiso ad Phasin fluvium	3820	507
VIII. A Phaside ad os Paludis Maeotidis . . .	1487	$665\frac{1}{3}$
IX. Periplus Ponti Euxini a Sacro Iovis Urii		3145
X. Periplus Paludis Maeotidis		3003

Ponti Circuitus ab Auctore Peripli Ponti Euxini traditus.

	stadia.	millia.
I. A Sosthenio ad Byzantium	80	$10\frac{2}{3}$
II. A Sacro Iovis Urii ad Sosthenium	40	$5\frac{1}{3}$
III. Ab Istri ostio sacro ad Sacrum Iovis Urii	3640	$485\frac{1}{3}$
IV. A Borysthene sive Danapri ad Sacrum Iovis Urii	5600	$746\frac{2}{3}$

1) Cf. Wernsdorf ad Priscian. Perieg. 290 et Avieni Perieg. 439, ubi etiam de Istri ostiis agitur: adde Phav. h. v.— 2) Pag. 24. 3) V. Steph. Byz. v. Ἴστρος, ibique Berkel.

	stadia.	millia.
V. A Porthmia ad Sacrum Iovis Urii . . .	11100	1480
VI. A Sacro Iovis Urii ad Amisum	4660	621 $\frac{1}{3}$
VII. Ab Amiso ad Phasin fluvium	3802	507
VIII. A Phaside ad os Paludis Maeotidis . .	4025	536 $\frac{2}{3}$
IX. Periplus Ponti Euxini a Sacro Iovis Urii	23587	3245
X. Periplus Paludis Maeotidis	9000	1200

Anteaquam hae earundem distantiarum differentiae inter se comparentur, et, si fieri potest, componantur, necessario praemonendum, in subducendis calculis eo magis utendum nobis vulgari plurimisque probata ea ratione fuisse, ex qua stadia septem et dimidium milliarium romanum aequent, quo ipse nostri fragmenti auctor hanc computandi rationem ad calcem diligentius apposuerit. Et hanc ipsam rationem seriori tempore usitatissimam fuisse, demonstravit Dodwellus[1]. Praeterea etiam hoc praefandum, in emendanda numerorum ratione nos non tam religiosos fuisse, ut numerorum, quos fractos appellare solent, magnam curam haberemus, vel, ubi milliariorum numeri et stadia aliquantum discreparent, omnia ad eandem normam redigere numerorumque notas corrigere tentaremus. Cautela enim quaedam in his adhibenda videbatur, ne, dum correctoris munus sustineremus, ea mutaremus, quae auctor ipse accuratissimae rationis minime studiosus negligenter posuerit. Iam unumquemque horum calculorum, sicubi opus videtur, sigillatim consideremus.

I et II. Utriusque scriptoris dimensiones confirmat Arrianus, qui [supr. p. 97] narrat: *ἐνθένδε* (a Sacro Iovis Urii) *εἰς λιμένα Δάφνης τῆς μαινομένης, καλουμένης, στάδιοι τεσσαράκοντα· ἀπὸ δὲ Δάφνης εἰς Βυζάντιον ὀγδοήκοντα.* Idem alio loco, p. 12, a Byzantio usque ad templum Iovis Urii refert numerarii 120 stadia: recte, quum in hac navigatione non possit non tangi Daphnen sive Sosthenium.

III. Convenit in utroque numerus milliariorum, non item stadiorum: quamquam, teste Bastio, l. c. p. 33 co-

1) Dissert. de Periplo Anon. [altero loco posito] Ponti Euxini, p. 160 sqq. Huds. [supr. p. 185—190.]

dex Peripli idem quod vulgatur. Manifestum est auctori Peripli ϛχό reddendum esse pro ϛχ΄. [Minime: cf. mox p. 303. Gail.].

IV. Dubitari non potest, Nostro eundem stadiorum numerum restituendum esse, qui nunc post codicem accurate inspectum in Periplo revocatus est. Ac quum noster forma στάδια utatur, facile perspicitur priorem notam ϛ, quae desideratur, a littera finali praecedentis vocis στάδια interceptam esse. Eodem modo depravatus est milliariorum numerus, nota ϛ propter praecedens μίλια pariter decurtatus.

V. Ab hac distantiae computatione, in qua nostri consentiunt, mirum quantum distat Marcianus[1] dicens: ἀπὸ δὲ Ἱεροῦ εἰς Ἀμισὸν εἰσὶ στάδιοι ϛφκ΄ h. e. 1520. Sed si maiusculis litteris numeri illius notas scriptas cogites, haud diu cunctabere, quin Marciano reddas ΔΧΞ΄ pro ΑΦΚ΄.

VI. Cum Peripli auctore milliariorum numerus apud nostrum plane consentit, ita ut non haesitem stadiorum quoque numerum ad Peripli computationem unice veram corrigere, quum praesertim γωβ΄ et γωκ΄ facile commutari potuerit. A qua distantiae mensura aliquantum differt Strabo[2], Amiso Trapezuntem usque numerans stadia 2200, et ab hac inde urbe ad Phasin 1400, unde conficiuntur 3600, ὥσθ' οἱ σύμπαντες, ut idem pergit, ἀπὸ τοῦ Ἱεροῦ μέχρι Φάσιδος περὶ ὀκτακισχιλίους σταδίους εἰσὶν, ἢ μικρῷ πλείους ἢ ἐλάττους. Propius vero ad nostram distantiarum computationem Arrianus accedit, 3775 stadia exhibens[3].

1) Peripl. p. 74 ed. Huds. — 2) XII. p. 548 (T. V. p. 84 sq. ed. Tzsch.) — 3) Pag. 16 seq. Cf. Plin. VI. Operae pretium esse videtur totam Arriani rationem hic exponere.

Amiso ad Anconem stadia	160
Inde ad Heracleum	360
Inde ad Thermodontem fluvium	40
Inde ad Berim fluvium	90
Inde ad Thoarim fluvium	60
Inde ad Oenoen	30
Inde ad Phigamuntem fluvium	40
Inde ad Rhadisanam	150

A Phaside ad Amisum navigationem tridui aut bidui esse, Strabo auctor est [1].

Inde ad Polemonium stadia	10
Inde ad Iasonium promontorium	130
Inde ad Cilicum insulam	15
Inde ad Boonem	75
Inde ad Cotyora	90
Inde ad Melanthium fluvium	60
Indo ad Pharmatenum fluvium	150
Inde ad Pharmaceam	120
Inde ad Arrhentiadem insulam	30
Inde ad Zephyrium	120
Inde ad Tripolin	90
Inde ad Argyria	20
Inde ad Philocaleam	90
Inde ad Coralla	100
Inde ad Sacrum montem	150
Inde ad Cordylam	40
Inde ad Hermonassam	45
Inde ad Trapezuntem	60
	2325

His iunge quae idem alio loco refert p. 6 sq.

Trapezunte ad Issum portum	stadia 180
Inde ad Ophin	90
Inde ad Psychrum	30
Inde ad Calum fluvium	30
Inde ad Rhizium fluvium	120
Inde ad Ascurum fluvium	30
Inde ad Adienum fluvium	60
Inde ad Athenas	180
Inde ad Prytanin	40
Inde ad Pyxiten fluvium	90
Inde ad Archabim	90
Inde ad Apsarum	60
Inde ad Acampsin	15
Inde ad Bathyn fluvium	75
Inde ad Acinasin	90
Inde ad Isin	90
Inde ad Mogrum	90
Inde ad Phasin fluvium	90
	1450
Superiora	2325
Ab Amiso ad Phasin stadia	3775

1) XI. p. 498 (T. IV. p. 401 ed. Tzsch).

VII. Magnopere a nostro auctor Peripli discrepat, et ita quidem, ut in nostri calculo mendum inesse grave merito suspiceris. Magis ad veritatem accedit ratio auctoris Peripli, quandoquidem huius distantiae calculus ab Arriano ad stadia 3420 [3700 reperio. G.] refertur, cui eam ob causam maior fides habenda est, quod singulorum locorum interiacentium distantias accurate describat[1]. Neque tamen ipse milliariorum et studiorum numerus in Periplo plane convenit, ita ut tam nostro quam Peripli auctori librarii vim fecisse putandi sint. [Cf. nostra p. 304. G.]

VIII. Stadiorum numerum noster omisit, ex auctore Peripli supplendum: recte enim ibi numerantur 23587 (vel potius 23587½) stadia.

IX. Rursus omissa sunt stadia, et qui millium nume-

1) Numerat Arrianus, p. 10 sq.:

A Phaside ad Charientem fluvium stadia	90
Inde ad Chobum fluvium	90
Inde ad Singamen fluvium	110
Inde ad Tarsyram fluvium	120
Inde ad Hippum fluvium	150
Inde ad Astelephum	30
Inde ad Dioscuriadem sive Sebastopolin	120
A Phaside ad Dioscuriadem stadia	710

Inde pergit idem p. 18 seq.:

Ad portum Pityuntem stadia	350
Inde ad Niticam	150
Inde ad Abascum fluvium	90
Inde ad Borgya	120
Inde ad Nesim	60
Inde ad Masaeticam	90
Inde ad Achaeuntem fluvium	60
Inde ad promontorium Heracleum	150
Inde ad veterem Lazicen	120
Inde ad veterem Achaiam	150
Inde ad Pagram	350
Inde ad Sacrum portum	180
Inde ad Sindicam	300
Inde ad Panticapaeum	540
A Dioscuriade ad Panticapaeum stadia	2710
A Phaside ad Dioscuriadem	710
A Phaside ad Panticapaeum	3420

rus exhibetur, aperte falsus est. Cum auctore enim Peripli, qui in exordio libri eundem calculum iam attulerat, plane consentit Arrianus [1], ita ut de horum calculo dubitare nefas sit. Quae vero in nostro vitii causa fuerit, me prorsus latet.

His calculis iam subductis, placet eas distantiarum mensuras apponere, quae, quantum ex utroque nostro scriptore colliguntur, ad veritatem proxime accedere videantur.

Ponti Euxini circuitus, ex fragmento Hafniensi et auctore Peripli descriptus.

	stadia.	millia.	
A Byzantio ad Sosthenium	80	$10\frac{1}{2}$	millia 16.
A Sosthenio ad Sacrum Iovis Urii	40	$5\frac{1}{2}$	
A Sacro Iovis Urii ad Istri os sacrum . . .	3640	$485\frac{1}{2}$	
A Sacro Iovis Urii ad Borysthenen sive Daprim	5670	$746\frac{1}{2}$	
A Sacro Iovis Urii ad Porthmiam	11000	1480	
A Sacro Iovis Urii ad Amisum.	4660	$621\frac{1}{2}$	
Ab Amiso ad Phasin fluvium	3802	507	
A Phaside ad os Paludis Maeotidis	non liquet accurate. [Vid. pag. 304. G.]		
Periplus Ponti Euxini a Sacro Iovis Urii. .	23587	3145	
Periplus Paludis Maeotidis	9000	1200	

1) Pag. 20. Huds.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ ΠΕΡΙΜΕΤΡΟΣ ΤΟΥ ΠΟΝΤΟΥ.

Ἀναμέτρησις τῆς οἰκουμένης πάσης κατὰ σύνοψιν

ΧΡΗ γινώσκειν ὅτι πάσης τῆς γῆς ὁ περίμετρος[1] στάδιά ἐστι, μυριάδες δισχίλιαι τριάκοντα πέντε[2]· μῆκος δὲ τῆς ἡμετέρας οἰκουμένης ἀπὸ στόματος Γάγγου ἕως Γαδείρων, στάδια ὀκτακισχίλια τριακόσια ὀκτώ[3]· τὸ δὲ πλάτος ἀπὸ τῆς Αἰθιοπικῆς θαλάσσης ἕως τοῦ Τανάϊδος ποταμοῦ, στάδια τρισχίλια πεντακόσια· τὸ δὲ μεταξὺ Εὐφράτου καὶ Τίγριδος ποταμοῦ, ὃ κα-

ANONYMI AMBITUS PONTI.

Mensura totius habitatae terrae summatim data.

SCIAMUS oportet totius orbis ambitum esse stadiorum 200035; longitudinem autem nostrae habitatae terrae a Gangis ostio usque Gades, stadiorum 8308; et latitudinem ab Aethiopico mari ad Tanaim fluviam, stadiorum 3500. Intervallum ab Euphrate ad Tigrim, quod vocatur Mesopotamia, 3000 stadiis constat.

1) Ὁ περίμετρος. Recentissimae aetati adscribendum esse scriptorem nostrum, ex ipso huius vocabuli usu demonstrari potest, qui a graecitate priorum seculorum prorsus abhorret. In Leonis Diaconi Hist. VIII. I exstat τῶν γήϊσων αὐτὸς σχηματίσας τὸν περίμετρον, ubi editor clarissimus τὴν sive τὸ περίμετρον scribi malebat. Quo minus nostro simili medendi ratione succurrendum arbitrer, me retinet inferior locus, quo item ὁ περίμετρος recurrit. Nec quidquam mutare ausim in Leone. Osann. Ὁ περίμετρός στάδιά ἐστι . . . Sic Anon. B, p. 182: ἔστιν δὲ ὁ κόλπος στάδιοι . . . Id. sub fin . . . ἡ πᾶς περίπλους τοῦ Εὐξ. . . . στάδιοι κ. τ. λ. Et sic iterum in ultimis verbis. Scylax contra, T. I. p. 282: ὁ σύμπας περίπλους . . . ὀκτὼ ἡμερῶν κ. τ. λ. Anon. B, sub fin. περίπλους . . . δισμυρίων. Cf. Strab. p. 187 A, Alm.; sic et alli scribendi forma usitatiori. Gail.

2) μυριάδες δισχίλιαι τριάκοντα πέντε. Id est 200035 stadiorum. Vide supra Osannum, p. 209 et inprimis Ukert. Geogr. Gr. et Rom. I, 2, 42 sqq. Gail.

3) στ. ὀκτακισχίλια τριακόσια ὀκτώ· Vid. supra p. 286. Sic et de proximo numero. Gail. Scribendum videtur στ. μ. ὀκτακισχ. τριακ πεντε, et mox στ. μ. τρισχ. πεντακ. Littera μ. (i. e. 10,000) saepe excidit librariorum culpa. Cf. nos ad Agathem. I. 4.

λεῖται Μεσοπόταμον [4], διάστημα ἔχει σταδίων τρισχιλίων. Ταύτην τὴν ἀναμέτρησιν πεποίηκεν Ἐρατοσθένης [5], ὁ τῶν ἀρχαίων μαθητικώτατος.

Τοῦ Πόντου ὁ περίμετρος ἀπὸ τοῦ Βυζαντίου εἰς τὸ Σωσθένιον [6], στάδια ὀγδοήκοντα, μίλια δέκα καὶ ἥμισυ. ἀπὸ δὲ τοῦ Σωσθενίου εἰς τὸ Ἱερὸν, στάδια τεσσαράκοντα [7], μίλια πέντε ἥμισυ· τὸ πᾶν μίλια δεκαέξ. Ἀπὸ δὲ τοῦ Ἱεροῦ Διὸς Οὐρίου, ἤτοι στόματος τοῦ Πόντου, ἕως τοῦ ἱεροῦ στόματος τοῦ Ἴστρου ποταμοῦ, στάδια τρισχίλια ἑξακόσια τεσσαράκοντα, μίλια τετρακόσια ὀγδοήκοντα πέντε ἥμισυ.

Ἀπὸ δὲ τοῦ Ἱεροῦ Διὸς Οὐρίου ἕως Βορυσθένους [8] ποτα-

Quam supputationem fecit Eratosthenes, inter veteres mathematicae doctrinae peritissimus.

Ponti ambitus a Byzantio ad Sosthenium, est stadiorum 80, millium x½; a Sosthenio ad Fanum, stadia 40, millia v½; summatim millia xvi. A Fano Iovis Urii, sive ore Ponti, ad Sacrum ostium Istri fluvii, stadia 3640, millia 485½.

A Fano Iovis Urii ad Borysthenem fluvium, Danaprim etiam

4) Hanc nominis formam alibi non inveni: vix adducor ut sanam credam. Videtur librarius scribere voluisse *Μεσοποτάμιον*, quamvis et hoc praeter usum dictum sit. Osann.

5) Ex litteris, quas Osannus, Vir dostissimus, nuperrime mecum communicavit, adiicio: „De ratione Eratosthenis ambitum terrae computandi conf. Scholion Basilii minoris et Heronis locum apud Hoffmannum ad Marcian. Heracl. p. XXI. XXII. Philopon. ad Aristot. met. T. I. p. 138 ed. Ideler., et quae nuper hac de re disputavit Fuhr, diss. de Pythea pag. 125.“ V. nos supra ad in. Osanni dissertationis.

6) *Σωσθένιον.* Anonymus B, p. 201, *Σωσθένης.* Alii [melius. Gail.] *Σωσθένιον*; cf. Dodwell. supr. p. 142. De quo portu silet Mannertus. — *στάδ. ὀγδοήκοντα.* Totidem Arr. p. 98 et Anon. B, p. 201, not. 3), qui milliaria x¾ accuratius exhibet, quam noster X½. — Mox noster cum aliis 40 stad. ad Fanum Iovis Urii; sed Anon. B rectius mill. V¼, quam V½ Anon. C. Gail.

7) *στάδ. ἑξακόσ. τεσσ.* A Fano Iovis ad Sacrum os Istri concinit Anon. B, pag. 201. — Mox etiam de milliaribus Anon. C, *ἥμισυ*, quod ubique adhibet pro ½ vel ¾. Diligentius alter mill. 485½. Gail.

8) Apographum Blochii fert *Βοσφόρου*, quod sine cunctatione corrigendum fuit, comprobante auctore Peripli Ponti Euxini, in mensura distantiae septuaginta tantum stadiis a nostro discrepans. Item mox eodem duce scribendum fuit *Δαγάπρεως* pro *Ἀνάπρεως*, quod codex offert. Quando hoc nomen in Borysthenis locum substitutum sit, ignoro: certum vero est, valde recenti aetati id adscribendum esse. Neque novit Stephanus Byzant. Primus, quem noverim isto nomine usum, Iornandes est, qui Getic. 5,

μοῦ, τοῦ καὶ Δανάπρεως καλουμένου, στάδια πεντακισχίλια ἑξακόσια ἑβδομήκοντα[9], μίλια ἑπτακόσια τεσσαρακονταέξ ἥμισυ. Ἀπὸ δὲ τοῦ Ἱεροῦ Διὸς Οὐρίου ἕως Πορθμίας[10] πόλεως, τῆς ἐν τέλει τῆς Εὐρώπης τῶν τοῦ Πόντου[11] μερῶν τῆς Μαιώτιδος λίμνης, ἤτοι Βοσπόρου[12], τοῦ Κιμμερίου καλουμένου, στάδια μύρια χίλια ἑκατόν[13], μίλια χίλια τετρακόσια ὀγδοήκοντα[14]. Λέγεται δὲ τῆς Εὐρώπης ὁ περίπλους ἴσος εἶναι τῷ περίπλῳ[15] τῆς Ποντικῆς τῶν τῆς Ἀσίας μερῶν.

Ἀπὸ δὲ τοῦ Ἱεροῦ Διὸς Οὐρίου ἕως Ἀμισοῦ[16], στάδια

dictum, stadia 5670 [verius 5600. G.], milliaria 746½. A Fano Iovis Urii ad Porthmiam civitatem, insidentem litori Pontico in Europae finibus et iuxta Maeotidem paludem sive Bosporum Cimmerium dictum, stadia 11100, millia MCCCCLXXX. Europae Periplum parem esse dicunt Periplo Ponticorum Asiae litorum.

A Fano Iovis Urii ad Amisum, stadia 4660, milliaria 621⅓.

ait vocari Borysthenem ab accolis Danubrum, uti legendum est ex sententia Vossii (supra p. 182[a]; Dodwell. (supra p. 140). Praeterea nomen inveni Fragmento anonymi scriptoris, quod e codice regio Paris. seculi X. Hasius descripsit in notis ad Leonem Diaconum pag. 254 (p. 496, ed. Bonnens.). Osann. Numerat noster stadia 5670, mill. 746½. Anonym. B sub fin. stadia 5600, mill. 746⅔, rectius: nam milliaria 746 utriusque efficiunt stadia tantum 5595, quod facto numero perducitur ad 5600. — Omittit noster intervallum a Fano Iovis Urii ad Chersonem, quod Anon. B ait esse stadia 8900, milliaria 1186⅔. Scripsisset noster: *Ἀπὸ δὲ τοῦ Ἱεροῦ Διὸς Οὐρίου ἕως Χερσῶνος στάδια ὀκτακισχίλια πεντακόσια, μίλια χίλια ἑκατὸν ὀγδοήκοντα ἓξ ἥμισυ.* Gail.

9) Numerus *ἑβδομήκοντα* fort. delenda. Gail. Sed nescio quo iure.

10) Cod. *Προθμίας*. Recte *Πορθμίας κώμης* auctor Peripli laudati [Anon. B, p. 202 init. G.]. Step. B. *v. Πορθμία καὶ Πορθμίον, κώμη ἐπὶ τῷ στόματι τῆς Μαιώτιδος λίμνης*. (Cf. nostra pag. 181 extr. Gail.) Hanc urbem Strabo non novit: neque reperio in chartis geographicis signatam. Osann.

11) *τῆς ἐ. τ. τῆς Εὐρώπης τῶν τοῦ* ... De quibus genitivis agglomeratis vid. supra ad alterum anonymum. Gail.

12) Cod. *Βοσπορίου*.

13) *στάδια χίλια ἑκατόν*. A Iovis Urii Fano ad Porthmiam habet vulgo Anon. B, p. 202, milliaria 1480, noster 480, unde germana lectio 1480 in utroque firmatur. Milliaria 1480 efficiunt stadia 11100, quod fere exhibet codex Anonymi B, et innuit Anon. C, desinens in *χίλια ἑκατόν*. Cf. supra Osann. p. 217. Gail.

14) Vulgo *στάδια χίλια ἑκατὸν, μίλια τετρακ.*

15) Cod. *τοῦ περίπλου* Osann.

16) Cod. *Ἀμισοῦς*, ut etiam mox. Osann. A Fano Iovis ad Amisum stadia 4660, mill. 621⅓, totidem Anon. B. — Ab Amiso ad Fanum noster stadia 3820, mill. 507; Anon. B, p. 202, stadia 3802, mill. 507, rectius.

τετρακισχίλια ἑξακόσια ἑξήκοντα, μίλια ἑξακόσια εἰκοσιέν ἥμισυ. Ἀπὸ δὲ Ἀμισοῦ ἕως τοῦ Φάσεως[17] ποταμοῦ, στάδια τρισχίλια ὀκτακόσια εἴκοσι[18], μίλια πεντακόσια ἑπτά. Ἀπὸ δὲ τοῦ Φάσεως ποταμοῦ ἕως τοῦ στόματος τῆς Μαιώτιδος λίμνης, ...[19], στάδια [μύρια δισ]χίλια τετρακόσια ὀγδοήκοντα ἑπτὰ, μίλια [χίλια][20] ἑξακόσια ἑξήκοντα πέντε ἥμισυ.

Ὁμοῦ γίνεται ὁ[21] περίπλους τοῦ Εὐξείνου Πόντου, τῶν τε παρὰ τὴν Ἀσίαν μερῶν τοῦ Πόντου, ἀριστερῶν[22] δὲ τῶν παρὰ τὴν Εὐρώπην μερῶν τοῦ Πόντου, ἀπὸ τοῦ Ἱεροῦ [Διὸς Οὐρίου, στάδια δισμύρια τρισχίλια πεντακόσια ὀγδοήκοντα ἑπτὰ][23], μίλια τρισχίλια ἑκατὸν τεσσαράκοντα πέντε. Ἔστι δὲ καὶ ὁ περίπλους τῆς Μαιώτιδος λίμνης, [στάδια ἐννακισχίλια][24], μίλια τρισχίλια τρία[25].

Ab Amiso ad Phasim fluvium, stadia 3820 [verius 3802. G.], millia DVII. A Phasi fluvio ad os Maeotidis paludis [stadia 4025, milliaria DXXXVI½. A Fano Iovis Urii usque ad os Maeotidis paludis], stadia 12487, milliaria MDCLXV.

Circumvectio tota Euxini Ponti, tum iuxta Asianas ad dextram [intrantibus] huius maris partes, tum iuxta europaeas ad sinistram, a Fano Iovis Urii, sunt circiter stadia 23587, milliaria IIIMCXLV. Est etiam periplus Maeotidis paludis [stadiorum 9000], millium MCC.

17) Memorabili lectionis vitio codex hic et infra Βάφεως. Osann.

18) Mendose. Rectius . . . ὀκτακόσια δύο. Gail.

19) A Phasi ad os Maeotidis habet noster stadia 1487, mill. 665½; Anonymus B, p. 234, stadia 4025, mill. 536⅔, quod recte habet. Mox autem deest apud Anon. C, intervallum a Fano Iovis Urii ad os Maeotidis, quod ait Anon. B esse stadiorum 12487, millium 1665. Liquet numerum supra Anonymi C, stad. 1487, mill. 665, quamvis corruptum, nihil aliud esse quam genuinum, stad. 12187, mill. 1665, a Bosporo Thracio ad Maeotidem. Ergo legendum: Ἀπὸ δὲ τοῦ Φάσεως ποταμοῦ ἕως τοῦ στόματος τῆς Μαιώτιδος λίμνης, στάδια τετρακισχίλια εἴκοσι πέντε, μίλια πεντακόσια τριακονταέξ ἥμισυ. Ἀπὸ δὲ τοῦ Ἱεροῦ Διὸς Οὐρίου ἕως τοῦ στόματος τῆς Μαιώτιδος λίμνης, στάδια μύρια δισχίλια τετρακόσια ὀγδοήκοντα ἑπτὰ, μίλια χίλια ἑξακόσια ἑξήκοντα πέντε (delendum ἥμισυ). Ceterum ex eodem fonte Anonymus uterque numeros illos summatim datos sumserunt. Gail.

20) Inserui supra μύρια δισ[χίλια], et nunc χίλια. Gail.

21) Anon. B, ὁ πᾶς π. Gail.

22) Anon B καὶ ἀριστ. Gail.

23) Haec [uncis inclusa] inserui ex Anon. B, p. 203. Gail.

24) Locum implevi ex Anon. B. verbis ultimis. Gail.

25) Mendose. Leg. μίλια χίλια διακόσια. Gail.

Περὶ τοῦ σταδίου. *Τὸ στάδιον πήχεις ἔχει τετρακοσίους, πόδας ὀκτακοσίους, ὀργυιὰς ἑκατὸν τριάκοντα τρεῖς*[26] *ἥμισυ.*

Περὶ τοῦ μίλιου. *Τὸ μίλιον ἔχει στάδια ἑπτὰ ἥμισυ, πήχεις τρισχιλίους, πόδας ἑξακισχιλίους.*

Περὶ τοῦ ἐνιαυτοῦ. *Ἅπας ἔχει ὥρας ὀκτακισχιλίας ἑπτακοσίας* [?] *ξξ, ἡμέρας τριακοσίας ἑξήκοντα πέντε καὶ τέταρτον.*

De stadio. Stadium continet 400 cubitus, 800 pedes, ulnas 133 ⅓.

De milliario. Milliarium continet stadia septem et dimidium, cubitus 3000, pedes 6000.

De anno. Annus totus continet horas 8706, dies 365 ¼.

26) Cod. τριακοντρεῖς. Osann.

ΑΓΑΘΗΜΕΡΟΥ*)

ΤΟΥ ΟΡΘΩΝΟΣ

τῆς γεωγραφίας ὑποτυπώσεων ἐν ἐπιτομῇ βιβλία δύο

LUCAS HOLSTENIUS

DE AGATHEMERI GEOGRAPHIA.

Locus, ex eiusdem de suo Syntagmate Geographorum Graecorum epistola ad Peirescium a. CIↃIↃCXXVIII. data, excerptus.

„*Ἀγαθημέρου τοῦ Ὀρθωνος γεωγραφίας ὑποτύπωσις* cuius fragmentum mihi Londini ex Cl. Casauboni bibliotheca suppeditavit Patricius Iunius Regius bibliothecarius, sed integrum postea descripsi ex tribus regiis Codicibus Lutetiae. Est egregium opusculum et ex optimis antiquis auctoribus confectum, quibus nunc caremus. puto vixisse ante DCC vel DCCC annos: cum Damascenus integra aliquot capita inde transcripserit in libros de orthodoxa fide.

*) *Ἀγαθημέρου*. Ita edidi, non *Ἀγαθημέρους*, quod vulgabatur [ed Tennulii], quia sive primus casus fuit *Ἀγαθήμερος* sive *Ἀγαθημέρης*, illa certe terminatio requiritur; tum quia sic intelligo in codice Viennensi Caesareo exstare, ubi etiam inscriptio ipsa sic concipitur, *Ἀγαθημέρου τοῦ Ὀρθωνος γεωγραφίας ὑποτύπωσις*. Facessat igitur *Ἀγαθημέρους*. Gronov. *Ἀγαθημέρου* in Cod. Savil. Huds. Gronovii sententiam Holstenius confirmat. Post tituli verba *ἐν ἐπιτομῇ* adiecit Tennulius post Godefr. Vendelinum, quod ex eiusdem Prolegomenis apparet, *Πρὸς Φίλωνα*, quae deinde Gronovius ceterique retinuerunt, sed reiiciendum est.

emendavi id nuper ad Palatinum et Altempsianum exemplar. Incipit: *Ἀναξίμανδρος ὁ Μιλήσιος ἀκουστὴς Θαλέω πρῶτος ἐτόλμησε τὴν οἰκουμένην ἐν πίνακι γράψαι.* finit *Λέσβου περίμετρος ᾱρ'*. est XVIII foliorum graecolat. in 4to."

TENNULII

PROLEGOMENA,

quae ipse notis suis praemisit.

Mansit omnis intra Balticum sinum et fluvium Nigrum rudis navigationum antiquitas, reliquam pervasti Mundi plagam rata nec fruges sustinere, nec homines ferre. Atlanticum tantum quod aspectum procul littora legentibus; Aethiopicum ut immensum, ita humanae experientiae intentatum, inagitanda remis vastitas; Pacificum ne nomen auditum: Sacrae istae aquae, nec velis violandae, propriae numinibus, secretae sanctioribus animabus ac siderum cubilia. Mare Rubrum ultimus terrarum finis, et in eius littore signa figentibus, quod vincerent, deesse credebatur, natura se in plurima secula noscendam servante, et operiente Belgicarum divitiarum causam, Magnetis efficaciam, quae esset rectura pelagi cursus. Quibus honoratior visa militia terrestris, gravabantur undas, in quibus fortuna, quanquam sit hodieque campi Domina, magis dominaretur quam virtus, victor bonusque ab ignavo vinceretur, anima eriperetur et extingueretur, remigum lacerti et magistri clavum regentis ars victoriam magis praestaret, quam frequentibus militiis induratus et discriminibus exercitatus miles. Hic timor ignorantiam, ignorantia fabulas, fabulae latratus Scyllae, monstra Charybdis et coetum Symplegadum pepererunt. Hinc Ophir et ultimam Thulen, omnium ingeniis licet decantatas insulas, toties quaesivimus in orbe, ut non in re sed in verbo esse videantur. Hinc proiecto in Colchos et Phasidis ripam Iasoni traiectus vel Pontus Euxinus dedit fidem immortalitatis; hodieque ipsa

Argo inter sideralem cursum relata ostentat Palladium opus in flammiferis campis. Improbitas Eudoxi, omnem Africam a se ambitam mentiti, ludibrium debuit omnibus seculis, et tristem notam sustinuit; Hanonius memoratus, quanquam apud celeberrimos viros fidelioris diligentiae titulum meruerit, a veteribus tamen et recentioribus fuit falsi postulatus: Nec feliciore fato Agathemerin lectum iri haud falso speraveris, utpote qui a librariis, male subsequentibus scriptum, exceptus, parum sibi saepe constet in numeris.

Verum intererat mortalitatis, ne quid periret ex antiquitate, quae semper proxime accedit ad Deos, ne dicam, quod verbum sui avunculi fuisse Plinius Iunior scribit: „nullum esse librum tam malum, ut non aliqua parte prodesset.“ Quis sit, quae docuerit Agathemer, ut sciatis, operae erit audire summum virum Godefridum Vendelinum, qui autorem edere constituerat, nisi fato fuisset occupatus; is ita scribit: „Libelli duo sunt, Geographiae veteris compendia, si non alia commendatione gratiosi, at sane de antiquitatis veneratione commendabiles; praeterquam quod multa sunt in illis, quorum primi nobis Doctores adveniunt: Quale est illud Asiae, quale Libyae, quale Europae ipsius *ἔτυμον*; quale est, quod hinc patientius aliquanto Artemidori iacturam toleramus; cuius velut compendium prior libellus complectitur. Forte caput quartum totidem prope verbis conceptum est apud Plinium, et relatum in Artemidorum. Caput quintum iam citra ambages eundem autorem praefert. Dierum magnitudines et parallelorum enarratio quin Artemidori sint, dubitari non debet, si animum intendimus. Etenim Theopompus Gnidius Artemidori pater fuit Strabone teste; isque et apud Caesarem Dictatorem plurimum autoritate valuit, et ad Strabonis aevum vixit, multis annis puta sub Augusto, *Καθ' ἡμᾶς*, inquit, *Θεόπομπος ὁ Καίσαρος τοῦ θεοῦ φίλος τῶν μεγάλα δυναμένων, καὶ υἱὸς Ἀρτεμίδωρος*, ut necesse sit Artemidori claritatem incidere in Augusti ferme extrema, et omnino circa natalem Christi; quo tempore, secundum ea quae in Loxia meo demonstravi, maxima Solis

obliquitas gradus 23 minuta 49 non excessit; et vero tantam omnes isti Paralleli et dierum magnitudines largiuntur. Tota ergo illorum structura et ratio ad illud tempus pertinet, quo floruit Artemidorus, et ab eodem illo se conditam tantum non elata voce clamat."

„Ad auctoris nomen quod attinet; marmoris sub Vespasiano exarati exemplar, apud Gruterum pag. 240 et p. 241 duos exhibet isthoc ferme nomine; legitur enim L. AELIUS AGATHEMER, itemque C. PAPIRIUS AGATHEMER. Alterum exaratum Man. Acilio Glabrione M Valerio Homulo Coss. anno nostro 152 apud eundem Gruterum p. 1077 sic habet: C. IULIUS AGATHEMERUS. moxque C. VATRONIUS AGATHEMER: Haec suadent ut Ἀγαθήμερος ex vero vocitetur; quomodo EUHEMERUS est ΕΥΗΜΕΡΟΣ, unde item illic A. CURTIUS EUHEMER. Inflexio tamen Ἀγαθημέρους iubet ut sit Ἀγαθημέρης. Usus alteruterius vocabuli penes arbitrium esto eligentis. In Arundellianis p. 34 legimus *Γ. ΑΙΛ. ΑΓΑΘΗΜΕΡΟΝ ΕΦΕΣΙΟΝ* Commodianis temporibus, et pag. 40 marmore XI. legitur *ΕΠΙ ΤΟΥ ΙΕΡΟΥ ΑΓΑΘΗΜ.....* et pag. 49 marmore XXVIII. epitaphium est CL. Agathemeri."

Aevum utrumque videor deprehendisse. Primum enim in Parallelis suis, quanquam de Artemidoro mutuatis, obliquitatemque solis grad. 23 minut. 49 identidem profitentibus, eandem tamen exserte statuit 23—45, quantam facit Tropici distantiam ab Aequatore; ut proin debeat vixisse per annum nostrum 210 circa, 220 post mortem Severi, prout Loxias meus hoc manifestat facillimo calculo. Deinde autem Libri II. c. 4 facta mentione Albionis illustri eam notâ insignitam protruduit, ἐν ᾗ τὰ στρατόπεδα ἵδρυται, Vallum Severi tunc recens anno nostro 210 exstructum indicat magnificatque, ad antiquiora isto maioraque miracula semper alibi mutus, quod profecto notandum. Et nescio quid vir doctus viderit, qui nuper admodum Plethonis ac Gazae seculo vixisse arbitratus est, quibus utrisque exemplar nostrum se probat vel de conspectu ipso vetustius. Nam alioquin Constantinopoleos nullam fieri men-

tionem toto hoc scripto antiquitatis ultimae satis idoneus character est. Atque adeo Ἀγαθημέρης τοῦ Ὄρθωνος an non sit illius C. VATRONII AGATHEMERI filius? ut Ὄρθωνος nomen Vatronium repraesentet in tanta vulgi loquentis incuria et vocabulorum corruptione?

Antiquitatem aliunde suffultam odoror ex eo, quod in Bibliothecis aliis lego exstare Agathemir Hypotyposes Geographicas, easdem dubio procul, quas hoc opus continet. In nomine enim isto nescio quid Arabicum audire videor; quasi iam olim etiam hunc verterint ex Graeco Arabes. Et habui ego schedion quoddam vetustum, in quo inter alia legebatur lemma, Geographiae Agathenoris libri duo, singulorumque capita subnotabantur; de quo illa prioris libri mea dispunxi, quae in Chifletiano codice nulla sunt; secundi enim totidem ipsa comparent.

Scriptio tota est ad morem geniumque illius aevi, quo Florus, Iustinus, Solinus, Africanus, aliique suas Χρηστομαθείας in compendia congerebant: et autores, optimos licet, certo tamen alias perituros, in parte servabant.

Addidi titulo Πρὸς Φίλωνα, quem lib. I. cap. 6 vocat ἄριστον, quod videam nomen hoc agnoscere illum tanquam olim discipuli, et grandaevum iam se quodammodo insinuare; quo verisimilius mihi fit de patre VARRONIO illo, quem divinabam."

Haec sunt, in quibus vir summus nobis facem praeluxit; optandum erat, ut vel ille maculas omnes et perpetuas mendas emaculasset, vel nos pluribus exemplaribus fuissemus ornati, quo tutius industriam periclitaremur. Sed quid tentasse nocebit?

HENRICI DODWELLI

DISSERTATIO DE AGATHEMERO

§ 1. Calculus Wendelini de Tropici distantia ab Aequatore aetate Artemidori alia quam fuerit aetate Agathemeri, etiam recte positus, non tamen sufficit ad aetatem Agathemeri eo (quem volebat V. Cl.) situ statuendam.

De Agathemero nonnulla diximus superioris voluminis Diss. VII. §. 9. cum de Marciano ageremus Heracleota. De tempore illius nihil esse necesse cur quippiam adderemus, si processissent Cl. Wendelini rationes Astronomicae. Certiores utique futurae, quam quae oppugnari possent rationibus Philologicis. Videamus ergo an exspectationi respondeant. Ita autem habent: In Parallelis: (inquit) suis (quanquam de Artemidoro mutuatis, obliquitatemque Solis grad. 23 minut. 49 identidem profitentibus) eandem tamen exserte statuit 23—45′, quantam facit Tropici distantiam ab Aequatore; ut proin debeat vixisse per annum nostrum 210. [circa] vel 220. [post] mortem Severi, prout Loxias meus hoc manifestat facillimo calculo. Sic ille. Equidem Loxiam Viri Cl. consulere non possum. Nescio unquamne ediderit. Hoc tamen vult, si recte mentem illius capio, discrimen quatuor minutorum, pro illius calculo per decennia posito, respondere spatio medio inter mortem Severi (quae anno Aerae Christianae (non 210. sed) 211. contigit, et 220. Severo iam per annos aliquot defuncto) aetatemque Artemidori, quam in Olympiadem 169. confert Marcianus noster Heracleota, nempe intervallo annorum 310. vel 320. praeter propter. Ut proinde illo ipso decennio, cuius initium inciderit in annum Septimio Severo Augusto fatalem, scripsisse necesse fuerit Agathemerum. Sed nec hypotheseon harum Astronomicarum, nec Instrumentorum Mathematicorum illius Saeculi,

tantam fuisse certitudinem, me monuit Cl. Gregorius Professor Savilianus meritissimus, ut tantillae minutorum ἀκριβείας fidem, à tanta annorum intercapidine, praestet. Idque verissimum esse docuit e Ricciolio, qui Observationes de Tropico Veterum Astronomicas omnes collegit. Nec enim illae sibi in pari annorum intervallo parem sibi invicem proportionem servant, qua tamen proportione nititur Viri Cl. omnis Argumentatio. His, inquam, antiquioribus, de quibus loquimur, Saeculis. Tantum abest ut minutorum numerus idem locum habere non possit in annis paulo pluribus, vel paulo paucioribus. Imo minorem fuisse, quam volebat Cl. Wendelinus, testis est ipse Ptolemaeus. En verba: [1] *Ἐκ δὴ τῶν τοιούτων παρατηρήσεων, καὶ μάλιστα τῶν περὶ τὰς τροπὰς αὐτὰς ἡμῖν ἀνακρινομένων, ἐπὶ πλείονας περιόδους τὰ ἴσα καὶ τὰ αὐτὰ τμήματα τοῦ μεσημβρινοῦ κύκλου, καὶ κατὰ τὰς θερινὰς τροπὰς, καὶ κατὰ τὰς χειμερινὰς τῆς σημειώσεως, ὡς ἐπίπαν ἀπὸ τοῦ κατὰ κορυφὴν ἀπολαμβανούσης σημείου κατελαβόμεθα τὴν ἀπὸ τοῦ βορειοτάτου πέρατος ἐπὶ τὸ νοτιώτατον περιφέρειαν, ἥτις ἐστὶν ἡ μεταξὺ τῶν τροπικῶν τμημάτων, πάντοτε γινομένην* $\overline{\mu\ \xi}$. *καὶ μείζονος ἢ δμοίρου τμήματος, ἐλάσσονος δὲ ἡμίσους τετάρτου. Δι' οὗ συνάγεται σχεδὸν ὁ αὐτὸς λόγος τῷ τοῦ Ἐρατοσθένους, ᾧ καὶ ὁ Ἵππαρχος συνεχρήσατο. Γίνεται γὰρ τοιούτων ἡ μεταξὺ τῶν τροπικῶν* $\overline{\iota\ \alpha}$ *ἐγγιστα οἵων ἐστὶν ὁ μεσημβρινὸς* $\overline{\pi\ \gamma}$. Hinc sane manifestum est, nullam fuisse inter Eratosthenem, et accuratiorem Eratosthene Hipparchum, atque Ptolemaeum, insignem in Tropici a Zodiaco obliquitate discrepantiam, qua quidem iudicari posset e coaevis illorum temporum Observationibus, quae tamen trecentorum, et quod excurrebat, annorum spatio satis futura erat insignis pro accuratioribus iuniorum Observationibus. Itaque vetustiorum fides suspecta habenda erit, nisi iunioribus potius fidem derogemus, quod aegre credimus facturum fuisse ipsum Wendelinum. Quod si a temporibus usque Eratosthenis tantilla fuerit ad Ptolemaeum usque in Tropici obliquitate

1) *Μεγ Συντ.* l. 1. c. 14. p. 47. 18.

discrepantia, cum tamen Artemidoro antiquior fuerit Eratosthenes; adhuc minorem fuisse consentaneum erat pro breviori spatio ab aetate Artemidori. Hinc saltem elicimus quam fuerit usque ad Ptolemaeum rude, in hac saltem parte, studium Astronomiae. Inde colligimus, ut veros haberemus Artemidori de Tropici obliquitate numeros, non tamen magni faciendos fore ad constituendam aetatem Agathemeri, ut credidit Cl. Wendelinus. Hoc satis est ad vim Argumenti declinandam.

§. 2. Non erant revera Artemidori illae, quas illi tribuebat Wendelinus, de Tropici obliquitate, rationes.

Caeterum ego rationem plane nullam video, cur de loco Tropici, aut Paralleli per Syenem, Auctorem Agathemero nostro fuisse Vir Cl. censuerit Artemidorum; aut cur Artemidori alias fuisse crediderit Wendelinus ipse rationes, quam fuerint illae Ptolemaei. Artemidori quae fuerit, de Tropici obliquitate, sententia nemo prodidit, quod quidem sciam, antiquiorum. Neminem certe reperit Ricciolus; Neminem ipse Ptolemaeus; Neminem ipse etiam Agathemerus. Has autem, quas Artemidoro tribuebat Wendelinus, rationes eidem assignari non posse, exinde colligimus, quod tam diversas a suis rationes nesciverit ipse Ptolemaeus. Ille decessorum suorum omnium peritissimos, ut ex illius loco modo prolato constat, Eratosthenem credidit et Hipparchum. Artemidorum illis antelaturus, si accuratiores fecisset Observationes. Illos ergo excolendos suscepit, non Artemidorum. Sed nec Instrumenta Astronomica se antiquiora novit post illos excogitata, quibus rem Astronomicam promovere potuerit Artemidorus, nedum ab ipso excogitata Artemidoro. Addidit et ipse Instrumenta nova, nec tamen eousque progressus est, quo progressum tanto Ptolemaeo antiquiorem Artemidorum credebat Wendelinus, ut Anomaliam aliquam notabilem in Tropici ab Aequatore declinatione deprehenderet. Undequaque incredibile et Artemidori hanc fuisse sententiam, quam illi tribuebat Wendelinus. Nulla fretus facti teste, sed nec ulla rei ipsius verisimilitudine.

§. 3. Nec vera erat Artemidori Geographi aetas quam putabat Wendelinus.

Et quidem multi sunt Cl. Wendelini de suo Artemidoro errores. „Theopompus, inquit, Cnidius Artemidori pater fuit Strabone teste; isque et apud Caesarem Dictatorem plurimum Auctoritate, et ad Strabonis aevum vixit, multis annis puta sub Augusto, *Καθ' ἡμᾶς δὲ* (inquit) *Θεόπομπος, ὁ Καίσαρος τοῦ θεοῦ φίλος τῶν μεγάλα δυναμένων, καὶ υἱὸς Ἀρτεμίδωρως.* Ut necesse sit Artemidori claritatem incidere in Augusti ferme extrema, et omnino circa natalem Christi. Quo tempore, secundum ea quae in Loxia meo demonstravi, maxima Solis obliquitas gradus 23. minuta 49. non excessit; et vero tantam omnes illi Paralleli et dierum magnitudines largiuntur. Tota ergo illorum structura et ratio ad illud tempus pertinet, quo floruit Artemidorus, et ab eodem illo se conditam tantum non elata voce clamat.“ Haec si verā, inter finem Augusti finemque Severi quatuor fuerit minutorum discrepantia in Tropici obliquitate, quod nullae ferunt veterum rationes a Ricciolo collectae. Sed causae meae non interest ut hic erraverit Cl. Wendelinus. Itane res necne habeat, videant Astronomi. Si autem spatio a fine Augusti ad finem Severi recte conveniat nota illa, fieri non potuit ut convenerit eadem spatio ab aetate Artemidori. Aetatem enim Artemidori, (quanquam fugerit Wendelinum), docuit Marcianus Heracleota, et quidem illius, de quo loquimur, Artemidori Geographi. Illam enim assignat Ol. 69, quae in annum U. C. Varronianum incidit 650. Saeculo integro ante mortem Augusti, quae anno Varroniano contigit 767. Alius autem erat a Geographo Artemidorus ille Theopompi filius Cnidius, cum Ephesum omnes Geographi patriam agnoscant, non Cnidum. Nec scriptis celebrem illum Artemidorum innuit fuisse Strabo [1]. Imo potius Scriptoribus opponit eadem patria oriundis, Eudoxo, Ctesiae, Agatharchidae. Eodemque potius nomine insignem innuit, quo et

1) Strab. Geogr. L. XIV. p. 656.

illius pater Theopompus, Caesaris nimirum amicitia. Contra Straboni non coaevum fuisse Artemidorum Geographum colligi poterat exinde, quod Artemidorum toties excolendum susceperit Strabo, nunquam tamen illum ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς recensuerit, ut facit in aliis Strabo ipse frequentissime, ut fecit etiam in Marino Ptolemaeus. Imo certum est, cum Artemidorum testem advocaverit antiquior paulo Strabone Diodorus [1]. Et quidem tanquam scriptorem memoria sua superiorem, qui ea de Aegypto tradiderit quae etiam ipse, cum in Aegypto versaretur, vera esse repererit. Fallunt ergo omnia quae de suo habet Artemidoro Cl. Wendelinus. Imo hinc suspectae reddentur Loxiae rationes omnes si factis conveniunt in Historia falsissimis. Nisi forte alia aliqua, quam nescimus, ratione hypothesibus suis prospexerit Vir Astronomiae nomine celeberrimus.

§. 4. Imo Ptolemaei rationes fuisse credebat Agathemerus, quas Artemidoro tribuebat Wendelinus. Sic spatium designabant medium inter Ptolemaeum et Agathemerum, contra quam volebat Cl. Wendelinus.

Videamus autem quo tandem haec collegerit ratiociniorum circuitu. Testem ipse alium neminem praefert praeter Agathemerum, ut vidimus, et quidem Capite de Parallelis, L. I. c. 8. Ibi autem Artemidori ne meminit quidem. Ptolemaeum autem, eumque solum obtendit consilii sui, in illo saltem Capite, universi ducem, ipse Agathemerus. Verba illius in hanc sententiam disertiora sunt quam ut facilem, etiam errori, occasionem praebere possent. Sic enim habent: *Εἰδέναι δέ σε θέλω καὶ τοῦτο ὡς οἰκουμένη ἔχοσι καὶ τριοὶ παραλλήλοις μερίζεται, ὡς παρὰ τοῦ Τεχνικοῦ Πτολεμαίου μανθάνομεν.* Numerus praeterea Parallelorum idem est in Agathemero qui in Ptolemaeo. Conveniunt etiam examussim cum Ptolemaeo quae habet in Parallelis aliis omnibus Agathemerus, tum praecedentibus, quam sequentibus. Cur, quaeso, alium in medio Syenes atque Tropici Aestivalis Parallelo Auctorem illi

1) Diod. L. III. 11

fuisse credemus, quem tamen ipse ne quidem mentione fuerit dignatus! cum Ptolemaeum ipse doctorem diserte agnovisset! Spectabat certe capitis huius argumentum ad Geographiam, non historicam, sed technicam. In Technica autem nullum agnoscit Agathemerus aemulum Ptolemaei, quem ille solum *Τεχνικοῦ* elogio ornat, non hic modo, verumetiam c. 6. non item Artemidorum. Sed nec ulla apparet in Agathemero ratio exempli adeo singularis. Errorem nullum, vel in Tropico Ptolemaei perstringit, cur alius fuerit, in ea saltem causa, Ptolemaeo anteferendus, nedum Artemidorus. Nec Artemidorum mentione dedignatur, cum illum revera sequitur, ut e L. I. c. 5. manifestum est. Potiori utique ratione hic certe memorandum, ne fraus Lectori fieret, cum Ptolemaei se in hoc ipso capite discipulum professus esset. Faciunt haec, ut non aliam quam Ptolemaei sententiam ab Agathemero designatam existimem, quocunque demum errore, seu suo, seu alieno, a vera Ptolemaei sententia aberrarit. Sic autem concidet Wendelini omnis argumentatio, seu vere Agathemerus, seu perperam, sententiam Ptolemaei explicarit. Fiet enim ita, ut ad spatium illud spectarit testimonium Agathemeri, quod a Ptolemaeo fluxit ad suum usque saeculum, quo ipse scripsit Agathemerus. A Pio scilicet ad finem Severi, pro sententia ipsius Wendelini. Hoc paulo maius erat quam 70. annorum, ut ab initio Pii processerit supputatio. Itaque tam brevi spatio quatuor minutis propius ad Aequatorem Tropicus accesserit, si quidem recte Wendelinus. Plane contra sententiam ipsius Ptolemaei, qui Tropicum credidit immobilem. Ita ni sensisset Ptolemaeus, non potuisset Tropicum cum Syene committere, quam immobilem esse ne quidem dubitare potuit ipse Wendelinus. Ita et Veteres illos omnes sensisse necesse est, qui Tropici situm cum Syene similiter eundem fecerint, quod fecit paulo ante Ptolemaeum etiam Plinius. His certe omnibus incognitam illam sententiam fuisse verisimillimum est, quam suo tribuebat Artemidoro Cl. Wendelinus. Imo illis omnibus, qui ante sententiam illam vixerunt, quae motum trepidationis, quam appellant, octa-

vae Sphaerae assignabat, quae sane sententia Ptolemaeo multo recentior erat. Hinc etiam incredibile probatur tam diversam fuisse, in hac saltem causa, a sententia Ptolemaei sententiam Artemidori, ut volebat Wendelinus. Nullam autem ab Eratosthenis aetate obliquitatis discrepantiam agnovit saltem Ptolemaeus, uti iam ostendimus. Nedum tantam illam minutorum quatuor quantam facit Wendelinus. Hanc certe plurium fuisse Saeculorum, quam quae inter Eratosthenem et Ptolemaeum intercesserunt, docent collatae in unum a Ricciolo, de motu trepidationis, iuniorum Observationes.

§. 5. Duos e Ptolemaeo numeros elicuit Wendelinus, non qui tantundem valerent, sed plane invicem diversos.

Nec sane rationem habebat aliam Cl. Wendelinus, cur Artemidoro has assereret, quas diximus, rationes nisi quod alienas a Ptolemaeo, ipsoque antiquiores existimaret; et veterum nemo fuisset, quo usus esset in superioribus frequentius, quam Artemidoro. Quo minus scilicet Ptolemaeo concederentur, obstare autumabat discrepantiam illam, quam putabat manifestam inter illas rationesque Ptolemaei veras. Nos contra iam probavimus, has quoque Ptolemaei veras credidisse saltem Agathemerum. Dedimus etiam, dum de Marciano ageremus, rationem, qua sibi invicem ipsique Ptolemaeo conciliarentur, quae Wendelino videbantur adeo sibi contrariae. Hinc autem efficietur, nullum fuisse intervallum illud, quo tamen solo nititur Viri Cl. argumentatio. Ostendimus nimirum eodem recidere numeros Agathemeri $\overline{\varkappa\,\gamma}$. ל״. δ′. et Ptolemaei $\overline{\varkappa\,\gamma}$. ל״. γ′. si δ′. Agathemero quartam gradus partem designarit, tres autem eiusdem partes duodecimas nota γ′ intellexerit Ptolemaeus. Non tamen ille Ptolemaei mos est, ut uncias numeret, sed proportionem potius quam servabat ad integrum. Itaque non tres unciae, sed tertia gradus pars min. 15. intelligenda est. Et alia quaerenda ratio est, qua sibi Ptolemaeus concilietur. Veram Ptolemaei sententiam fuisse probavi μόιρ. $\overline{\varkappa\,\gamma}$. ל״. γ′. Dedimus ibi Ptolemaei

duos in hanc sententiam locos. Est et tertius in Canonibus eiusdem *προχείροις* ineditis. Et tamen minuta duntaxat 15. quartam gradus unius partem recte censebat Agathemerus. Partes gradus quotas, non autem uncias, numeraverant Ptolemaeo antiquiores Astronomi. Ne longius abeamus, ecce praebet ipse Ptolemaeus, dum vetustiorum numeros ipse recenset. Ita Hipparchus. Ita post Hipparchum Marinus, ipso teste Ptolemaeo[1]: *Ὁ διὰ Ὀκήλεως παράλληλος ἐξῆρται μοίρας ια΄. καὶ δύο πέμπτα. Παραδίδοται δὲ ὑπὸ τοῦ Ἱππάρχου τῆς μικρᾶς ἄρκτου ὁ νοτιώτατος, ἔσχατος δὲ τῆς οὐρᾶς ἀστὴρ ἀπέχειν τοῦ πόλου μοίρας ιβ΄, καὶ δύο πέμπτα.* Habet et alia in hanc sententiam exempla. Maiores itaque imitatus est, seu ipse Agathemerus, seu Auctor illius, quicunque demum is fuerit, Graecus, qui Ptolemaei numeros more Astronomorum Ptolemaeo antiquiorum recepto designarit. Nam et illi quoque non uncias numerabant, sed quotarum partium numeris partes designabant duntaxat unciales. Accuratior autem erat calculus Ptolemaei, qui numeros Astronomicos a partibus integri quintis ad partes eiusdem provexisset duodecimas. Nondum tamen satis accuratus, quod partem gradus quinque minutis minorem designare non possit, quae pars erat gradus duodecima. Proinde aliunde Ptolemaei sententiam quaerendam censuit, ubi illam accuratus explicaverat, quam per calculum licuerat Romanum. Is erat locus e[2] *Μεγάλῃ Συντάξει* a nobis iam descriptus, quo latitudinem inter Tropicos ita describit: *πάντοτε γινομένην* $\overline{\mu\ \xi}$ *καὶ μείζονος ἢ διμοίρου τμήματος, ἐλάσσονος δὲ ἡμίσους τετάρτου.* Docet vox ipsa *πάντοτε*, nullam adhuc fuisse de motu trepidationis suspicionem, ut credebat Wendelinus. Reliqua Ptolemaei verba spatium explicant, quo Meridiani gradus 47. superarit spatium a Tropicis interceptum. Hoc gradu dimidio et quarta gradus unius parte, seu (quod tantundem valet) tribus unius gradus quadrantibus, minus esse docet. Hinc intelligimus minuta 45. non explevisse, pro mente Ptolemaei. Addit autem viceversa partes duas gra-

1) Ptolem. Geogr. L. I. c. 7. — 2) Magn. Constr. L. I. c. 11.

dus unius tertias superare, quae minuta conficiunt 40. Medio ergo loco aliquo inter grad. 47. 40′. et grad. 47. 45′. constituenda erit Tropicorum ab invicem distantia, pro mente Ptolemaei. Propius adhuc ut accedamus, efficiet quod postea subiungit Ptolemaeus, easdem fere (σχεδὸν) suas fuisse rationes cum rationibus Eratosthenis et Hipparchi, quas ait eandem servare proportionem, quam servabant 11 ad 83. Sic enim dividi solebat meridianus aetate Eratosthenis et Hipparchi, non, ut postea, in gradus 360. sed tantummodo 83. Has partes 11. circuli qui per partes dividebatur 83. ad grad. 47. 42′. 40″. redigit Erasmus Osualdus Schrekhenfuchsius [1], pro nostra hodierna partitione, qua Circuli in gradus distribui solent 360. Hinc etiam intelligimus, recte Nos, et, pro ipsius Ptolemaei mente, sententiam illius de Tropici obliquitate explicasse. Iisdem enim limitibus sic quoque continebitur spatium inter Tropicos, quibus continendum esse probavimus, pro sententia Ptolemaei. Ut scilicet 48. gradus partes tertias duas superarit, nec tamen tres eiusdem quadrantes expleverit. Ita singulorum Tropicorum obliquitas ab Aequatore erit graduum 23. 5′. 20″, qua quidem patitur Ecliptica eccentriticas, cuius nulla hic habetur ratio. Et quidem hunc ipsum numerum, etiam in [2] *Μεγάλῃ Συντάξει* agnoscit ipse Ptolemaeus. Ne dubitemus quin illius sententiam fidelissime explicuerimus. Convenit praeterea cum illius numeris $\overline{\kappa\,\gamma}$. ϛ″. γ′. satis accurate. Nam pars gradus tertia minutorum 20. plane necessaria est, ut ad minutorum numerum surgeretur 51.

§. 6. Verba Ptolemaei in *Μεγ. Συντ.* quae erroris ansam praebebant Agathemero.

Unde ergo factum, ut, cum Ptolemaeum sequi decrevisset Agathemerus, ab illius tamen sententia tantopere aberrarit? Crediderim, quod verba illa in animo habuerit, quibus spatium inter Tropicos *ἡμίσους τετάρτου ἔλασσον* agnoverat. Hinc enim secuturum existimabat singulorum

1) Ad Ptol. Alm. L. I. c. II. — 2) L. II. c. 6. p. 30. 38. Graec.

Tropicorum ab Aequatore spatium inter grad. 23. 45′. esse contrahendum. Non scilicet animadvertebat ad quadragesimi octavi gradus tres quadrantes retulisse Ptolemaeum, quibus ab invicem distarent Circuli Tropicorum, quod ad singulorum Tropicorum spatium ab Aequatore retulerit ipse Agathemerus. Sed nec illud animadvertebat, fieri non potuisse, ut quadragesimi octavi gradus duas tertias superarent numeri a Ptolemaeo positi, nec tamen tres eiusdem quadrantes attigerit spatii a se mutuo interpositi, nisi singuli ab Aequatore praeter gradus 24i. partem mediam, tertiam praeterea gradus eiusdem partem implevissent. Hoc enim si fecissent, fieri non potuit quin, gradui medio addita parte tertia (quae triens erat, certe quadrante maior) gradus 24i. quadrantem tertiam superarent, quam tamen non superasse monuerat Ptolemaeus. Satis haec fuissent, si quidem expensa fuissent, ad reprimendum Agathemerum, ne de singulorum Tropicorum spatiis Ptolemaeum intelligeret. Et tamen, viceversa, verba Ptolemaei tam diserta de tertia gradus quadrante non impleta, cum, per errorem ad Tropicum Syenes singularem ab Agathemero referrentur, satis erant in eam sententiam speciosa, ut pro triente quadrantem potius reponendum existimaret Agathemerus. Proclivior autem erroris occasio erat, si e *Μεγάλῃ* potius *Συντάξει*, quam ex Opere Ptolemaei Geographico sententiam Ptolemaei hauserit Agathemerus. Nam in Opere Geographico saepius, et in Canonibus *προχείροις μοίρ. κγ. ϛ′. γ′.* scripsit Ptolemaeus. Imo in illo ipso Capite de Parallelis, unde sua accepturum Agathemerum verisimillimum erat, si quidem e Ptolemaei Geographia accepisset. Non ita tamen in *Μεγάλῃ Συντάξει*. Non saltem ubi agebat ex professo de Parallelis.

§. 7. Vidit tamen Agathemerus Ptolemaei Geographiam, qua aliam diversamque ab ea, quam sibi tribuerat Agathemerus, sententiam agnoverat ipse Ptolemaeus. Iunior ipse proinde Ptolemaei etiam Geographia.

Credideram me notam temporis hoc in loco deprehendisse, quo scripserit Agathemerus. Medii scilicet inter

Ptolemaei Magnam Constructionem eiusdemque Geographiam. Proinde post annum Pii saltem 2m. quousque Observationes in Magna Constructione perduxit Ptolemaeus. Nam post Constructionem Geographiae manum admovisse Ptolemaeum observavit ante nos Maginus, probavitque e Libri Constructionis II. fine, quo Geographiam postea scribendam pollicetur, et e Geographiae L. VIII. c. 2. quo *Μαθηματικῆς Συντάξεως* a se antea editae mentionem fecit ipse Ptolemaeus. Sic Pii Imperio scripserit Agathemerus, si quidem scripserit, nondum edita Geographia. Utcunque tamen, licet e Magna Constructione sumpserit erroris fortassis occasionem, in qua sententiam suam de Tropici obliquitate Ptolemaeus accuratissime explicaverat; vidit tamen certe Agathemerus Ptolemaei etiam Geographiam, imitatusque est secundas illius melioresque in Geographia, de eodem Argumento, cogitationes. Parallelos in Geographia XXIII. numerat Ptolemaeus Meridionalem unum, tum Aequinoctionalem ipsum, denique a parte Aequinoctii Boreali XXI. Sic item Agathemerus, ad Thulem usque, pro hoc exemplo Ptolemaei. Multo autem plures in Constructione Magna numeraverat ipse Ptolemaeus. Aequinoctialem praeterea Parallelum primum numeravit in Constructione Ptolemaeus. Exclusit autem in Geographia, exclusitque similiter et noster Agathemerus. Paucioribus etiam locorum insignium nominibus Parallelorum situm descripsit Ptolemaeus in Geographia quam in Magna Constructione. Sed Geographiae exemplum per omnia imitatur Agathemerus. Loca in Geographia omissa nulla habet omnino. Sed nec ea ipsa, quae cum Geographia communia habet, alio recenset, quam quo in Geographia situ recensebantur, Agathemerus. Parallelum porro Geographiae et Agathemeri XIIIm. (quem XIVm. censet in Constructione Magna Ptolemaeus) alia tamen urbe Massilia designavit in Magna Constructione. In Geographia idem Byzantio designat Ptolemaeus, Geographiamque rursus imitatur Agathemerus. Sed et XIVm. habet Ptolemaeus in Magna Constructione Parallelum, per Istri fontes, omissum penitus in Geographia, et a nostro pro-

inde praetermissum, ut ex illius constat numeris, Agathemero. Haec certe omnia Parallelos Ptolemaei ab illius Geographia, potius quam e Magna Constructione, Agathemerum accepisse vincunt. Vel inde manifestum erit, post Ptolemaei etiam Geographiam scripsisse Agathemerum. Vix potuit ergo nescire alios fuisse suos in Syene numeros, quos ille pro Ptolemaicis Lectori propinavit, a veris numeris Ptolemaei. Itaque consulto, deditaque opera fecit, ut Ptolemaei numeros ex ipso emendaret Ptolemaeo, pro illa (quam verissimam existimabat) sententia Ptolemaei. Observaverat nimirum in numeris Parallelorum in Geographia descriptis nullum occurrere partium sexagesimarum, sed omnes partium, pro assis Romani calculo, proportionalium. In Magnae Constructionis codicibus Parallelorum hodiernis alios aliosque numeros observamus, nunc partium sexagesimarum, nunc vero uncialium. Vix certe pro mente ipsius Ptolemaei. Nam in Tabulis Parallelorum librariorum fraudi, vel neglectui, minus obnoxiis, non alii occurrunt numeri quam partium sexagesimarum, quae etiam in Textu ipso occurrunt frequentissime. Hos ergo ab ipsius Ptolemaei manu fuisse verisimillimum est. Ita certe se res habet in hoc, de quo agimus, exemplo Syenes. Eam enim a circulo Aequinoctiali μοίρ. $\overline{\text{κ}}$ γ. να΄. distare censet in Constructione Magna Ptolemaeus. Idem fecit in Geographia, qua licuit per numeros unciales. Tantundem enim valent μοίρ. $\overline{\text{κ}}$ γ. ϛ΄. γ΄. quod μοίρ. $\overline{\text{κ}}$ γ. ν΄. Nec enim ad unciam vel unicam surgunt minuta singula. Hos autem utrosque numeros tribus unius gradus quadrantibus maiores esse facile vidit Agathemerus. Proinde alienos existimabat ab ea, quam ipse veram deprehendisse videbatur, sententia Ptolemaei. Itaque ut ageret quam liberalissime, tres novi gradus quadrantes integras Syene, ductoque per Syenen Parallelo assignavit, ne longius discederet, quam necesse esset, ab illis ipsis numeris, quos in utroque Ptolemaei Opere repererat. Exstabat ergo utrumque Ptolemaei Opus, cum posterioris illum, quem credebat, errorem e prioris loco illo, quem dixi, emendandum crederet Agathemerus. Sic fiet, ut ante

Antonini Pii Imperium saltem affectum scribere ne quidem potuerit Agathemerus, cum antea Geographiam non ediderit Ptolemaeus. Quanto postea scripserit, non docent Astronomicae Wendelini rationes. Nec enim credebat ipse tanto iuniorem Ptolemaeo Agathemerum, quanto iuniorem fuisse necesse erat, si quatuor minutis propius ad Aequatorem accessisset Tropicus aetate Agathemeri quam aetate Ptolemaei. Sic enim fieret ut ne quidem mortem Severi prope attingere potuerit Agathemerus, quod tamen verum credebat Wendelinus. Idem certe spatium a Ptolemaeo esse non potuit, quod ab Artemidoro ipso potius arcessendum existimavit.

§. 8. Non multo iuniorem fuisse Ptolemaeo, quod exinde colligitur, quod tum novum fuerit apud Graecos nomen Hispania cum scriberet Agathemerus, quod tum primum Graecis innotescere coepit, cum scriberet Ptolemaeus.

Aliter ergo exploranda erit aetas Agathemeri. Ptolemaeo iuniorem fuisse manifestum est, quem ille *τεχνικον* appellat L. I. c. 8. Sic enim appellari solebant apud Veteres scientiarum quarumcunque peritissimi artifices, qui documenta sua ad Canones certissimos redegerant. Sic enim *τέχνας* legimus *Ῥητορικάς* et *Γραμματικάς*, de quibus multa erant Veterum scripta, qui ab illis *τέχναις τεχνικοί* passim audiebant. Geographiam, fateor, *τεχνικῶς* excoluerat Ptolemaeo antiquior Hipparchus. Et tamen ipsam illam Geographiae *τέχνην* novo invento linearum meridianarum sphaericarum, qua licuit in plano, ornavit ipse Ptolemaeus. Merito proinde iure quodam sibi proprio *Τεχνικοῦ* appellatione insigniendus. Quanto autem iunior Ptolemaeo fuerit aliunde indagandum est. Sic ergo de Hispania Agathemerus: *Ἰβηρίαν τὴν νῦν Ἱσπανίαν*, L. I. c. 2. p. 5. Iterum: *Ἱσπανίας τρεῖς, ἃς Ἰβηρίας πρότερον ἐκάλουν*, L. II. c. 4. p. 36. Alibi nomen Hispaniae solius usurpat, omisso penitus alio illo nomine Iberiae. *Ἐθνῶν* (inquit) *τῆς Εὐρώπης μεγίστη ἐστὶν Ἱσπανία τε καὶ Ἰταλία*, L. II. c. 7. p. 46. Postea: *Ἰνδούβαλδα τῆς Ἱσπανίας*, c. 9. p. 47. Scripsit ergo cum Graecis etiam in usu familiari esse coe-

pisset nomen Hispaniae. Graecis enim tum frequentissimum fuisse docent loca nomen solius Hispaniae memorantia omisso nomine Iberiae. Nuper autem coepisse innuunt loca illa alia quibus monendum censuit Lectorem illam a se intelligi Hispaniam, quae paulo antea notior apud suos fuisset sub nomine Iberiae. Nec enim opus fuerat ea cautela cum iam alio nomine non veniret quam Hispaniae. Cuius autem temporis nota haec fuerit, non aliunde discendum erit quam e Graecis. Ipsum enim nomen Hispaniae apud Latinos antiquissimum fuisse constat. Imo Iberiae appellationem pariter Latinis ignotam quam viceversa Graecis illa fuerit Hispaniae. Non aliter certe quam Iberiam appellat Polybius. Nec aliter paulo iunior Polybio Scylax. Nec aliter proximus utrique noster Scymnus Chius [1]. Sic item Strabo, et Strabonis Auctores Graeci ad unum omnes. Sic etiam paulo senior Strabone Diodorus. Sic etiam paulo iunior Iosephus, B. Iud. II. *κεφ. κή.* p. 806. Sic etiam Plutarchus, quoties pro Graecorum suorum stylo loquitur, perpetuo. Nam cum Hispaniam appellat, monet se facere pro stylo Romanorum, in Catone Maiore p. 341. *Ἔλαχε τῶν ἐπαρχῶν ἣν ἐντὸς Ἱσπανίαν Ῥωμαῖοι καλοῦσιν.* Hoc ipso innuens alienum esse a sermone Graecorum. Pro eodem exemplo Appianus Historiam suam de rebus in Hispania gestis Iberica inscripsit. Idem tamen Hispaniae nomen apud nonnullos obtinuisse refert: *Τῆς Ἱσπανίας νῦν ὑπὸ τινῶν ἀντὶ Ἰβηρίας λεγομένης.* Nuper itaque apud suos Graecos irrepserat, cum nondum multi illius usui assuevissent. Par ille fere Ptolemaeo. Nam sub Traiano se et Hadriano fuisse testatur Appianus. Sic tamen ille ut post mortem Hadriani superstes fuerit, sub Antonino proinde Pio. Imo ultra Pium, sub Marco, a quo Iuridici in locum Proconsulum, per Italiae regiones ab Hadriano constitutorum, suffecti sunt. Nam tum desierant illi Proconsules cum illa scriberet Appianus. Scripsit ergo, ut videtur, post Ptolemaeum. Primus igitur erat Ptolemaeus eorum, quorum tempus exploratum habemus, qui nostro

1) Scymn. v. 265. 657.

praeiverit Agathemero in hoc novo nomine Hispaniae, et forma novitatem illius designante. Sic enim ille: *Τῆς Ἱσπανίας, κατὰ δὲ Ἑλλήνας Ἰβηρίας, τρεῖς ἐπαρχίαι* etc. L. II. Hispaniae tamen nomen agnoscit ipse Ptolemaeus. Sic item Marcianus, nisi quod nomen Graecis notius Iberiae ipse pro norma habeat: *Ἰβηρία, ἥτις καὶ Ἱσπανία καλεῖται* etc. nostro Agathemero paulo fortasse senior. Sic item Stephanus Ethnicographus, qui sub utroque titulo regionem illam in suo Lexico complexus est, quod tum Graecos repererit, qui utroque illam nomine designarint. Nec enim mox in desuetudinem abiit apud illos nomen Iberiae cum novum Hispaniae nomen illis innotesceret, quod veteri nomini Iberiae assuevissent maiores eorum Graeci, e quorum scriptis sua accepissent. Adhuc enim Iberiae nomen retinent Scriptores celeberrimi Pausanias, atque Dion Cassius, Senator ipse Romanus, et collega in Consulatu Imperatoris Alexandri, et Zosimus, ne alios memorem minorum gentium, qui idem fecerint, Scriptores. Fateor equidem in Graeco Auctore his temporibus antiquiori legi hodie nomen *Ἱσπανίας* I. Maccab. VIII. 3. Ita quidem pro lectione Codicis Vaticani. Sed in illo ipso loco *Σπανίας* nomen reponit Codex Alexandrinus. Rectiusque, ut ex his, quae diximus, apparet. Est enim usus vocis *Σπανίας* apud Graecos etiam antiquior usu vocis *Ἱσπανίας*. Sic enim vocem a Romanis inter se habitantibus acceptam corruperant coloniarum Romanarum in Oriente incolae Graeci. Strabonis locum, qui huc faciat, profert Athenaeus[1]: *Γράφει δ' οὖν ὁ Στράβων* (inquit) *οὕτως· Ἐν Σπανίᾳ πρὸς τῇ Ἀκυτανίᾳ πόλις Ὀμπέλων, ὡς ἂν εἴποι τις, Πομπειούπολις, ἐν ᾗ πέρναι διάφοροι συντίθενται ταῖς Κιβυρικαῖς* [l. *Καν ταβρικαῖς*] *ἐναμίλλοι*. Sic plane loquitur Athenaeus, quasi fuissent Strabonis ipsa verba. Nulla tamen illius habemus in Strabone hodierno vestigia. Sed nec in Strabonis hodierno Epitomatore, e quibus constare possit, num etiam olim verbum illud in Strabone reperire potuerit Athenaeus. Sed Strabone antiquior est testis de nomine *Σπανίας* Arte-

1) Athen. L. XIV. c. 21. p. 567.

midorus. Verba sunt Constantini Porphyrogenneti: *Ἀρτεμίδωρος δὲ* (inquit) *ἐν τῇ β'. τῶν Γεωγραφουμένων οὕτω διαιρεῖσθαι φησίν· Ἀπὸ δὲ τῶν Πυρηναίων ὀρῶν ἕως τῶν κατὰ Γάδειρα τόπων ἐνδοτέρω καὶ συνωνύμως Ἰβηρία τε καὶ Σπανία καλεῖται*, de Administr. Imp. c. 23. p. 43. 54. Et dubium nullum est de *Σπανίας* mentione in Apostolo Rom. XV. 24. 28. qui his, de quibus modo agimus, temporibus antiquior erat. Huius nominis corruptio erat in nomine *Πανίας*, quam et Stephanus agnoscit et antiquior Stephano Sosthenes, si fides nostro habenda sit in Nilo Plutarcho. Ab hoc Sosthene Hermogenem accepisse idem in Eurota auctor est. Sic erit Sosthene iunior Hermogenes. Hic si Hermogenes sit quem occidit Domitianus, quem testem advocavit primo in Apionem Libro Iosephus; sic utroque antiquiorem Sosthenem fuisse necesse erit, Auctorem fabulae de nomine Paniae. Quae cum Spaniae vocis depravatio sit; adhuc erit antiquior usus vocis Spaniae, etiam apud Graecos vocis depravatores. Veri tamen nominis Hispaniae usum apud illos temporibus Ptolemaei novum fuisse vincunt, ni fallor, testimonia a nobis modo prolata. Fecit, ni fallor, ut Graecis serius innotuerit nomen Hispanorum, quod aliud interim haberent, etiam Graeci nomen, quo ab Asiae Iberibus internoscerentur, Celtiberorum. Itaque nec multo iunior Ptolemaeo esse potuit Agathemerus, qui sua adhuc aetate novum nomen fuisse monet, quod novum erat aetate Ptolemaei.

§. 9. Item colligitur e nomine Galliae tum adhuc novo apud Graecos cum scriberet Agathemerus, pro veteribus regionis eiusdem apud Graecos nominibus Celticae vel Galatiae.

Simile et aliud habemus Argumentum de nomine Galliae tum demum Graecis suis innotescenti pro veteri, quo Graecis antiquioribus innotuerat regio illa, nomine Galatiae. Sic enim ille: *Τῶν δὲ Γαλλιῶν, ἃς πρότερον Γαλατίας ἔλεγον*, L. II. c. 4. Hoc autem nomen novum fuisse aetate Ptolemaei exinde colligimus, quod ipsum illud *Γαλλίας* nomen non agnoverit ipse Ptolemaeus, sed *Κελτογα-*

λατίας, quo fuerit ab Hispania internoscenda, quae etiam ipsa *Κελτιβηρία*, et Scythia *Κελτοσκυθία*, cum *Κελτική* simpliciter audiret sola Germania. Pro illa nimirum veteri partitione, cuius meminit Ephorus, quae Provincias Occidentales ad unum omnes Celtarum nomine complectebatur. Erat praeterea alia quoque illius nominis ratio, ut a Galatia internosceretur Asiatica; quae quanquam a Celtis incoleretur, non tamen Celticae ambitu contineri potuit, qua quidem Celticae nomine, apud Veteres, plaga tantummodo intelligi solebat Occidentalis. Utroque nomine utitur Marcianus Heracleota: *Ἡ καλουμένη Κελτογαλατία διήκει μὲν*, inquit, *ἐπὶ πλεῖστον καὶ κατὰ γῆν καὶ θάλασσαν. Διήρηται δὲ εἰς ἐπαρχίας δέ, Γαλλίαν Ἀκυτανίαν, καὶ Γαλλίαν Λουγδουννησίαν, καὶ Γαλλίαν Βελγικὴν, καὶ Ναρβωνησίαν*, p. 46. Habet etiam vocem ipsam *Γαλλίας* Appianus, qui vixit quidem cum Ptolemaeo, sed post Ptolemaeum scripsit. Sic ergo ille[1]: *Οἰκοῦσι δ' αὐτοῦ πρὸς μὲν ἕω Κελτοὶ ὅσοι Γαλάται τε καὶ Γάλλοι νῦν προσαγορεύονται.* Serius tamen apud Graecos in desuetudinem abiere vetera Galliae nomina, etiam cum innotuisset nomen verum Galliae. Citius autem quam in Galatia Asiatica Graecis undique cincta, in qua nulli erant qui vetus gentis Occidentalis nomen redintegrarent praeter colonias Romanas. Sed et illa quoque in scriptoribus Romanis non tantum Graeco Galatiae nomine insignitur dum Historiam illius Graecis acceptam referunt, verumetiam Latino nomine, Gallo-Graeciae. Et quidem a temporibus scriptorum Romanorum antiquissimis. Utcunque tamen ex hac Galliae in Scriptore Graeco mentione, quasi tum nuper Graecis cognitae, noster Agathemerus eodem Saeculo vixisse videtur, quo et Ptolemaeus, et Appianus, et Marcianus Heracleota, qui de hoc eodem nomine similiter loquuntur quasi nuper invento. Graecum enim fuisse nostrum exinde colligo, non modo quod Graecos imitatus fuerit in nominibus olim apud Romanos notissimis; verumetiam quod in Parallelis e Ptolemaei Geographia descriptis Parallelum *διὰ Ῥώμης* similiter omiserit,

1) Appian. Hispan. p. 421. 422.

ut omiserat ipse in Geographia Ptolemaeus. Correxit, uti vidimus, in situ Syenes ex ipso Ptolemaeo Ptolemaeum. Poterat similiter supplevisse Ptolemaeum in situ Romae, pro ipsius sententia Ptolemaei, e Ptolemaei Tab. VI. Libr. Geograph. III. et VIII. Et quidem Clima Vm. διὰ Ῥώμης recenset[1] Martianus Capella. E sententia Graecorum Astronomorum. Auctor enim erat Climatum Ptolemaeo antiquior Hipparchus, qui Climata octo tantummodo agnoscebat, quorum Vm. illud fuerit διὰ Ῥώμης. Nec enim circulos latitudinis Parallelos omnes Parallelis habebat. Nec latuit haec Climatum distinctio Agathemerum, qua ab aliis Parallelis internoscebantur. Et tamen Romae mentionem praetermittit, praetermissam scilicet a Ptolemaeo. Et quidem dedita opera, ut ostendunt Climatum numeri ab eo recensitorum. Non ita si homo fuisset Romanus, cui nota fuissent locorum nomina antiqua Romana. Vix ita si dum vixisset cum communis esset civium Romani Imperii ingenuorum omnium patria ipsa Roma (ut loquitur Censorinus), quod factum tandem sub Caracalla. Hinc itaque illum Caracalla antiquiorem fuisse colligimus.

§. 10. Aliae notae temporis Ptolemaeo iunioris, sed ab eo tamen non admodum remoti.

Sunt et alia in nostro Agathemero, quae rerum statum eundem arguant, dum scriberet Agathemerus, qui fuerat etiam scribente Ptolemaeo. Insulam Palaesimundi Salicam appellat etiam Agathemerus L. II. c. 6. 8. Ut Ptolemaeus, ut etiam Marcianus Heracleota. Sic item de illa quasi nuper explorata loquitur Agathemerus. Nam et mores Populi, et terrae proventus explicat, quod alienum erat ab illius consuetudine in terris pridem cognitis. Sic etiam de Parallelo Meridionali gradibus ab Aequatore 16. 25′. subiungit Agathemerus: οὐ νοτιώτερόν οὐδὲν ἐγνωρίσθη παρ' ἀνθρώπων. Plane pro sententia Ptolemaei, tam in Magna Constructione quam in Geographia. Inde constat inter aetatem Ptolemaei atque Agathemeri nullos pro-

1) De nupt. Philolog. L. VIII. p. 296.

gressus in Meridionali Geographia fecisse navigatores. Tum quoque in Romana Africa duae erant Mauritaniae (Caesareensis scilicet et Tingitana) et Africa proprie sic dicta, nempe Proconsularis, p. 40. Et Mysiae superioris pars erat Macedonia, p. 39. Haec quoque similiter Ptolemaeus. Et tamen singulare illud ad Marcianum de Agathemero observavi, quod Danubii nomen ad Vindobonam usque nec ulterius protulerit, quo ipse Menippum Auctorem habere potuerit, Ptolemaeo iuniorem, vel etiam fortasse Protagoram. Vel inde intelligimus non ita Ptolemaeum excerpsisse Agathemerum ut alii solebant excerptores, sed cum iudicio atque delectu, ut et alios quoque fuerit secutus cum meliora docere viderentur. Idque praeterea colligitur ex eo quod modo observabamus, e Ptolemaeo illum de Tropici obliquitate ipsum correxisse Ptolemaeum. Hinc enim sequitur, temporis, quae occurrunt, notas non ad Ptolemaei tempora, sed Agathemeri, esse referendas, ut eaedem fuerint plerunque Provinciae aetate Agathemeri atque Ptolemaei. Contra faciunt Excerptores incauti, ut internoscere non liceat aetatem Auctoris atque Excerptoris.

§. II. Marciano etiam Heracleota iunior fuisse videtur Agathemerus.

Haec autem, quae diximus, aetatem indicant non admodum dissitam. Erat profecto, ut alibi ostendimus, iunior Ptolemaeo Menippus, et vicissim Menippo iunior Agathemerus. Menippum autem ad finem Marci, vel initium Commodi referendum esse probavimus. Sic fiet ut Commodo ne quidem antiquior esse potuerit Agathemerus. Medium vero existimabamus inter Menippum atque Marcianum Heracleotam Menippi breviatorem. Quod scilicet Menippi meminerit, non meminerit Marciani. Iam contra video similiter Menippi meminisse, Marcianumque similiter reticuisse Constantinum Imperatorem Porphyrogennetum, qui tamen multis vixit saeculis post Marcianum. Nec enim obstabant istiusmodi compendia, quo minus Aucto-

rum primorum nomina ferrent eorundem Scripta in compendium redacta. Sic enim Stephani, non Hermolai, habet Lexicon Ethnicographi, etiam cum utrumque in manibus hominum versaretur. Sic advocatur ab Eustathio, facta saepius Epitomes diserta mentione. Sic etiam Artemidori testimonia profert ipse Stephanus, saepe etiam ex Epitome, praetermisso tamen nomine Marciani. Aliter factum esse fateor in Iustini Trogo, qui suo potius quam Auctoris nomine compendium suum edidit, et suo, ut videtur, stylo. Non ita Marcianus. Sic enim ille[1] de suis compendiis: *Τὴν ἔκδοσιν τῶν τριῶν βιβλίων* [loquitur ibi de Menippo] *ἐποιησάμην, οὐκ ἀφελόμενος τῆς προσηγορίας τὸν πατέρα τούτων, οὐδὲ εἰς ἐμαυτὸν μεταστήσας τοὺς ἀλλοτρίους πόνους, ὥσπερ οὐδὲ τοῦ πᾶσι πεφροντισμένως ἐπεξελθόντος Ἀρτεμιδώρου· ἀλλὰ τὰς μὲν ἐκείνων προσηγορίας ἐπιγράψας τοῖς βιβλίοις, ὡς ἂν μηδὲν εἰς τοὺς λογίους ἁμαρτάνειν δοκοίην θεούς, τὰς δὲ τούτων ἐπιτομὰς καὶ διορθώσεις τῶν ἐμαυτοῦ ποιησάμενος πόνων ἐναργὲς γνώρισμα, ὥστε τοὺς ἐντυγχάνοντας μηδὲν μήτε τῶν παρ' ἐκείνων συγγραφέντων, μήτε τῶν παρ' ἡμῶν προστεθέντων, ἢ διορθώσεως ἐπιμελοῦς ἀξιολόγων ἀγνοῆσαι.* Proinde Argumentum nullum est, ut Marciano quis antiquior existimetur, siquis e Marciani compendiis testimonia advocaverit, omisso tamen nomine ipsius Marciani. Contra sunt quae suadent potius Artemidori atque Menippi compendia ob oculos nostro fuisse Agathemero quam Menippum ipsum, ipsumve Artemidorum. Verba sunt Agathemeri: *Λοιπὸν δὲ ἐροῦμεν τῶν καθ' ἡμᾶς νήσων τὰς περιμέτρους λαβόντες παρ' Ἀρτεμιδώρου καὶ Μενίππου καὶ ἑτέρων ἀξιοπίστων*, L. I. c. 5. Iunxit similiter cum Artemidoro Menippum, ut fecerat in suo Compendiorum Corpore Marcianus. Eodemque exemplo primas detulit Artemidoro. Sic enim fecerat ipse quoque Marcianus. Addidit et alios *ἀξιοπίστους*, quo etiam in numero censet postea Timosthenem. Nec aliter Marcianus, *προσθεὶς καὶ ἐξ ἑτέρων παλαιῶν τὰ ἐλλείποντα.* Verba sunt illius de Artemidoro a se in compendium redacto, p. 65.

1) Pag. 66.

Similiter de Menippo: *τὰ ἐλλείποντα πλεῖστα ὄντα προσθείς*, p. 66. Habet praeterea Marcianus ipsos illos Auctores, p. 63, quos *ἀξιοπίστους* censet Agathemerus. Et locum in illis habet vel praecipuum Timosthenes, ut apud Agathemerum. Vix itaque est cur dubitemus, quin hos ipsos Marciani Auctores, quibus Artemidorum ille suum atque Menippum suppleverat atque interpolaverat, intellexerit Agathemerus. Nominaturus utique ni fuissent in illa, qua usus est, Marciani collectione notissimi. Id quoque observandum, quod de Insulis praecipue Artemidorum et Menippum excerpserit Agathemerus. Hoc enim nomine illos commendaverat praecipue illorum breviator Marcianus. Scripserat enim Timosthenes Ptolemaei secundi, Philadelphi scilicet, *ἀρχινυβερνήτης* Marciano, Straboni *ναύαρχος*, classis nempe praefectus, *περὶ νήσων*, pag. 64, quem librum integrum in usus suos transcripserat Eratosthenes. Sed non uno nomine imperfectum fuisse queritur Marcianus. Nam et Tyrrhenicum mare integrum non absolverat, nec in ora Lybiae ultra Carthaginem progressus fuerat. Fretum autem Gaditanum non attigerat, proinde nescius orarum omnium ibi sitarum, seu mare exterum, seu interius spectantium, quas tamen nondum patefecerant Romanae victoriae. Hunc eius defectum supplevisse docet Artemidorum, qui et insulam Gaditanam viderat, et partes aliquas maris exterioris, et oras alias nondum a Timosthene lustratas. Hunc itaque Periplum Artemidori *σαφέστατον* et *ἀκριβέστατον* maris mediterranei censebat Marcianus p. 65. Supplevit item Menippus, qui Periplum maris interioris integrum in unum corpus congesserat. Et tamen viceversa deerant in quibus fuerit e Timosthene vicissim supplendus interpolandusque Artemidorus. In locis nimirum a Timosthene accuratius lustratis, aliisque veterum, minus tamen in ora freti Gaditani, quam fuerit Artemidorus, accuratis. Haec illa erant Marciani *ἐξ ἑτέρων παλαιῶν ἐλλείποντα*, quorum unus et praecipuus erat Timosthenes, ut constat etiam ex Agathemero. Proinde interpolatum illum pariter ac breviatum a Marciano Artemidorum usurpavit Agathemerus. Nec aliunde habuit quae

L. II. c. 8. de maximis tradit Insulis, quam ex hac ipsa collectione, quam de Insulis censebat accuratissimam. Conferat Lector Marciani p. 9. Nec puto facile dubitabit. Marciano itaque iuniorem fuisse necesse est, a quo tot mutuo accepit Agathemerus.

§. 12. Tam Marciani sententia, quam Agathemeri, Ptolemaeus, in Artis Geographicae peritia, Artemidoro anteponendus erat.

Ita profecto de Insulis eos Auctores secutus est Agathemerus quos accuratissimos censuit ipse Marcianus. Sed ipsum Artemidorum artis Geographicae nomine ne quidem celebravit Marcianus. *Τῆς μὲν ἀκριβοῦς γεωγραφίας λείπεται* p. 65. De Menippo paulo liberalius: *Ἱστορικήν τινα καὶ Γεωγραφικὴν ἐποιήσατο τὴν ἐπαγγελίαν.* De suo utriusque compendio non admodum magnifice: *ὡς μετρίαν μὲν γεωγραφίαν, τελεώτατον δὲ περίπλουν ἀπεργάζεσθαι.* Contra Geographiae laudem Marcianus Ptolemaeo tribuit et Protagorae, praecipue vero Ptolemaeo. Sic ille: *ὧν τὴν ἴδησιν, ἐφ' ὅσον ἐφικτὸν ἀνθρώποις, ἡ τῶν πολλῶν σπουδὴ καὶ φιλομαθία, σαφῆ κατέστησεν ἐκ τῆς γεωγραφίας τοῦ θειοτάτου καὶ σοφωτάτου Πτολεμαίου, ἔκ τε τῆς Πρωταγόρου τῶν σταδίων ἀναμετρήσεως ἣν ταῖς τῆς Γεωγραφίας βίβλοις προστέθεικεν.* p. 2. Hoc ergo nomine Ptolemaeum Eratostheni anteponit: *Πτολεμαῖος δὲ ὁ θειότατος τῇ μὲν πείρᾳ καὶ ἀληθεῖ παδεύσει πρεσβύτερος, τοῖς δὲ χρόνοις Ἐρατοσθένους νεώτερος.* p. 6. Sic itaque accuratissimum illum Artemidori sui periplum novis e Ptolemaeo et Protagora excerptis excoluit Marcianus: *ἐκ τῆς τοῦ θειοτάτου Πτολεμαίου γεωγραφίας, καὶ προσέτιγε τῶν Πρωταγόρου καὶ ἑτέρων παλαιῶν ἀνδρῶν ἐξελόντες.* p. 35. Hinc intelligimus exemplo Marciani Agathemerum *Τεχνικοῦ* elogio ornasse Ptolemaeum, quod artis geographicae palmam omnibus praeripuerit. Intelligimus praeterea perperam a Wendelino Parallelos Agathemeri potius Artemidoro, cuius non meminit Agathemerus, quam Ptolemaeo, cuius ne quidem nomen reticuerit, assignari. Nec enim verisimile est, Artemidori sententia Parallelos staturum fuisse Marcianum, cum Ptolemaei de iisdem sententiam exploratam haberet,

quem in Artis Geographicae peritia tanto anteferendum censuit Artemidoro. Multo adhuc minus hoc de Agathemero verisimile est, qui tantum tribuit, uti vidimus, ipsi Marciano; eiusdemque exemplum aemulatus est in ornando similibus praeconiis Ptolemaeo.

§. 13. Quod Ptolemaeum θειότατον appellarit Marcianus, pro temporis nota habendum non est. Mortui fuisse videntur tam Ptolemaeus quam Protagoras, cum scriberet Agathemerus.

Caeterum, qui iunior erat Marciano, videamus quanto iuniorem Ptolemaeo fuisse necesse sit. Elogium certe θειοτάτου, quo Ptolemaeum celebrat Marcianus, eum non amplius in vivis fuisse innuit, cum scriberet Marcianus. Idem enim, ni fallor, valet quod ὁ μακαρίτης, quod non de aliis, quam defunctis, usurpatur. Sunt quidem istiusmodi Epitheta, σοφωτάτου, θειοτάτου, etc. satis frequentia apud Malelam etiam in hominibus privatis. Proinde ante Constantinum Porphyrogennetum Imperatorem, qui Malelae nonnulla in suas retulerat Eclogas Historicas, ut nos docet Valesius. Adeoque ante decimum a Christo natо Saeculum. Vocis autem θειοτάτου de hominibus usus tum quoque rarior est. Aetate Ptolemaei Imperatores Θεῖοι appellabantur raro θειοτάτοι. Aegre tamen ante mortem, ut voci Latinae Divorum responderet. Eumque honorem per Senatusconsultum adepti sunt, quo in Divorum numerum referebantur, et ritibus Consecrationis. Etiam de hominibus quocunque nomine numini charis vox eadem usurpabatur. Praecipue vero de Philosophis θεουργικοῖς, qui locum saepe habebant in lararijs: de Orpheo, de Pythagora, de Iamblicho, et similibus. Θεῖοι tamen Ptolemaei Saeculo audiebant, et proximis a Ptolemaeo Saeculis frequentius audiebant, quam θειότατοι. Fieri potest ut Pythagoreus ipse fuerit Ptolemaeus. Favebant enim Pythagorae Mathematicarum artium egregio excultori Mathematici. Certe Archimedem ei Sectae addictum testatur, si recte memini, Plutarchus. Potuit ergo et Ptolemaeus hoc θεουργίας nomine censeri Θεῖος. Potius vero fortasse iure quodam proprio scientiae, quam profitebatur,

Astronomicae *Θείου* nomen est adeptus, quae
ad Divinitatis quandam cognationem accedere
Hoc enim innuit Epigramma in illum Graecum.
semper proclive vulgus ad Divinos honores ill
dos, qui qualemcunque coelorum astrorumqu
callebant, quasi Deorum commercio quodam u
qui regionem a Diis habitatam haberent explor
que vero id in ea Astrologia duntaxat admise
Iudiciariam appellamus; sed et in ea quae simp
nusque ambitioso nomine venire solet Astrono
Sulpicii sapientia prope Divina, teste Livio[1]
Romanis, qui primus docuit Eclipses Lunares, n
dine statis temporibus fieri, et sciri ante et prae
Similiter de Hipparcho huius artis egregio exc
nius[2]: Nunquam (inquit) satis laudatus, ut quo
gis approbaverit cognationem cum homine side
masque nostras partem esse coeli. De eo iteru
dicto Sulpicio Gallo ita[3]: Viri ingentes, supra
lium naturam tantorum numinum lege deprehens
sera hominum mente absoluta. Faciunt haec n
illud *θειοτάτου* Marciani de Ptolemaeo immani
bum licentiae imputandum censerem, qui homi
tumvis immerentes encomiis tamen ornare sol
modum magnificis. Quod quidem si fuisset ve
ceret ut iunior esset saltem Hegira Marcianus,
victoriae Arabum ad Graeciam usque penetrasse
res eorum nativamque styli simplicitatem co
quod quidem, cum scriberet Malela, contigisse r
est. Hinc enim constat exemplis Ptolemaeo ips
ribus, nihil esse quod miremur aetate Ptolemaei
praeconia de homine astronomicis studiis clar
que tamen e praedictis Marciani verbis illud sal
colligimus, medios fuisse Protagoram et Marcia
Ptolemaeum nostrique aetatem Agathemeri. Et
ut Protagora iunior ipse fuerit Marcianus, tertiu
saltem fuerit a Ptolemaeo Agathemerus. Sed

1) L. IX. c. 37. — 2) L. II. c. 26. — 3) c. 12.

ciani non meminerit Agathemerus, probabile erit, vivente etiamnum Marciano haec scripsisse Agathemerum. Supponit enim omnibus exploratum fuisse, quis Corporis collector fuisset geographici a se advocati. Sic paulo quidem postea scripserit Agathemerus, eadem tamen aetate qua etiam ipse Marcianus. Utcunque tamen, medios inter Ptolemaeum atque Agathemerum, tam Menippum, quam Protagoram, e vivis excessisse verisimillimum est, cum manum Operi suo admoveret Agathemerus. Ut altero proinde sua elucubrarit Agathemerus Saeculo, quam quo vixerit ipse Ptolemaeus. Plus illa fortasse verba designare videbuntur, quae proxime post mentionem Ptolemaei atque Protagorae sequuntur apud Marcianum: *καὶ ἑτέρων παλαιῶν ἀνδρῶν*. Quasi nimirum viris *παλαιοῖς* Ptolemaeum et Protagoram accensuisset Marcianus, quod innuere videtur vox *ἑτέρων*. Potuit tamen vox illa referri ad vocem potius *ἀνδρῶν*, quam *παλαιῶν*. Sic illos revera iuniores fuisse supposuerit quos propterea alios censet a testibus vere *παλαιοῖς*. Potuit praeterea unius quoque Saeculi spatium satis esse ut viri superiori Saeculo defuncti revera *παλαιοί* haberentur. Et quidem ita Marcianum intelligendum existimo.

§. 14. Scripsit Agathemerus medio aliquo tempore inter Septimium Severum atque Gallienum.

Daciam certe ita describit Agathemerus L. II. c. 4, ut alia illa esse non possit ab ea quam in Provinciae formam redegit, victo Decebalo, Traianus, quod tamen nondum observaveramus in Diss. de Marciano. Sic nempe de illa Agathemerus: *Καὶ ἔστιν ὑπὸ μὲν τὰ δυτικώτατα τῆς Σαρματίας ἐπὶ Νότον κατιοῦσα μετὰ τοὺς Ἰάζυγας τοὺς Μετανάστας ἡ ΔΑΚΙΑ, ὁριζομένη καὶ αὕτη τῷ Ἴστρῳ· ὑπὸ δὲ τὰ λοιπὰ καὶ πρὸς ἀνατολὰς ὑποβέβληται ἡ κάτω Μυσία*, L. II. c. 4. p. 38. Postea: *Ὑπόκειται δὲ καὶ τῇ Δακίᾳ μετὰ τὸν Ἴστρον ἡ ἄνω Μυσία*. E verbis *μετὰ τὸν Ἴστρον*, Daciam totam Transdanubianam fuisse colligimus, plane talem qualis fuit illa Traiani. Situs idem Daciae est se-

cundum[1] Ptolemaeum, in nona Europae Tabula. Nam etiam ibi Septentrionalem limitem habet Sarmatiam Europeam, Occidentalem Iazygas similiter Metanastas, Meridionalem Danubium, uti etiam Orientalem. Eadem ergo Dacia est Ptolemaei atque Agathemeri. Nec alia illa a Provincia Traiani. Fines hosce multavit Aurelianus, de quo ita Vopiscus[2]: Quum vastatum Illyricum ac Moesiam deperditam videret, provinciam trans Danubium Daciam a Traiano constitutam, sublato exercitu et Provincialibus reliquit, desperans eam posse retineri: abductosque ex ea populos in Moesiam collocavit, appellavitque suam Daciam, quae nunc duas Moesias dividit. Mediam autem inter duas Moesias provinciam nullam agnoscit Agathemerus. Imo contiguas ambas agnoscit. Sic enim habet: *ἡ ἄνω Μυσία, συνάπτουσα πρὸς μὲν ἀνατολὰς τῇ κάτω Μυσίᾳ.* Manifestum ergo est Traiani Daciam esse, de qua loquitur Agathemerus, non autem Aureliani, quae tota erat Cisdanubiana, mediaque inter Moesias. Hinc certo colligimus, anno Aerae nostrae Christianae 275. iuniorem non esse Agathemerum, quo cecidit Aurelianus. Antiquior esse potuit, et fuisse verisimillimum est. Civitas certe Byzantina ita vastata est a militibus Gallieni, ut prorsus nemo superesset; ut nulla postea vetus familia apud Byzantios inveniretur, nisi siquis perigrinatione vel militia occupatus evasisset, qui antiquitatem generis nobilitatemve repraesentaret, tum quoque cum illa commentaretur Trebellius Pollio in Gallienis duobus. Byzantii sic meminit Agathemerus[3], quasi nihil novum tolerantis. Erat tamen et aliud eiusdem urbis excidium, post tertium Septimii Severi annum, quod partibus favisset Nigrianis. Medio ergo aliquo tempore inter Excidium sub Severo, vastationemque sub Gallieno, scripserit oportet Agathemerus, cum iam iustam Urbis magnitudinem rudera Urbis Byzantinae quasi e postliminio accepissent.

1) Ptol. Geogr. L. III. c. 7. 8. — 2) Vopisc. Aurelian [39.] — 3) Agathem. L. II. c. 14. p. 60.

§. 15. Erat, cum scriberet Agathemerus, in Romanorum possessione Babylonia. Non autem per victorias Traiani, sed Sept. Severi.

Est et alia temporis nota contractior. Laudat Agathemerus Europam a frugibus aërisque temperie et aquarum copia, frugumque inde oriundarum ubertate, prae aliis Mundi *ἠπείροις*, Asia nimirum atque Libya. Addit deinde, siqua essent et in aliis continentibus, quae cum Europa aliquatenus contendi posse viderentur, ea esse *τῆς ὅλης Ἀσίας σχεδόν τι τὰ ὑπὸ Ῥωμαίοις μόνα· τῆς δὲ Λιβύης τὰ περὶ τὴν θάλασσαν.* L. II. c. 7. p. 45. Hinc sane intelligimus, tum, cum scribebat Agathemerus, in Romanorum potestate fuisse regiones Asiae feracissimas in Romani Imperii confinio sitas. Certe Babyloniam, quae hoc nomine omnium celeberrima erat. Vetat nempe vox *μόνα* ne auctorem nostrum aliter intelligamus. Neque vero cum Persis rem gessit Aurelianus, sed cum Zenobia. Spectant ergo illius victoriae ad provincias a Zenobia ipsa possessas, et a marito illius Odenatho in potestatem suam redactas, in quibus nullam fuisse verisimile est, quae ad Persas nuper pertinuerit, cum ipso illo in Aurelianum bello Zenobiae partibus faverent Persae, et copias Heracliani in Persas a Gallieno missas interceperit Zenobia. Nec sane res Odenathi in Persas gestas legimus, praeterquam in Oriente, et Syria, et Mesopotamia. Non in Chaldaea, nedum in Babylonia, vel in partibus Babylonia magis Meridionalibus. Sed nec a Valeriano, nec a Philippo, nec a Gordiano tertio, nec ab Alexandro Severo, nec ab alio ullo Principe illo iuniore ad Aurelianum usque eorum, qui bellum gesserunt in Oriente. Postea autem Agathemeri aetatem non quaerendam esse probavimus, cum iam e Romanorum iure migrasset Dacia illa Transdanubiana, amissa etiam antea sub Gallieno. Proinde quaerendum antea sub quibus Imperatoribus in Romanorum possessione fuerit Babylonia. Primus, ni fallor, illam Romanis obnoxiam fecit Traianus, ut in Praelectionibus[1]

1) Prael. IV. ad Sp. Adrian. n. 10.

nostris Camdenianis ostendimus ex Eutropio et Rufo Festo. Addit Rufus Festus Imperii Romani limitem Orientalem ab eo supra ripas Tigridis fuisse institutum. Numerat ille porro inter provincias Romanas ab eodem acquisitas etiam Arabiam. Mediam illam scilicet Arabiam inter Palaestinam et Chaldaeam atque Babyloniam, quae plane necessaria erat ad provincias illas in officio continendas. Et sane res a Traiano in Atrenos gestas recenset etiam Dio in illa ipsa, ut videtur, Arabia. Suffragantur etiam Traiani numi BABYLONIA et DE CALDAEIS inscripti, quorum mentio non modo apud Scaligerum, verumetiam Mediobarbum. Nec harum alterutram legimus inter provincias, quas dimiserit Hadrianus, a Traiano tum primum subactas. Nec tamen scio liceatne proinde colligere non fuisse dimissas. Rem autem ita se habuisse suspicor. Armatas enim provincias illas fuisse necesse est (si quidem placuisset illas sub Romanorum ditione continere), cum fuerint limitaneae. Sed ne quidem inter provincias a Traiano tum primum acquisitas Chaldaeam legimus vel Babyloniam. Inde colligimus, brevi admodum tempore in Romanorum fide mansisse, quod locum earum in provinciarum dispositione nullum reperiamus. Multo autem adhuc minus praesidia Romanorum in illis, aut rem bello gestam aliquam legimus, paulo post Traianum, qua saltem intelligi possit ibi fuisse praesidia. Legiones Imperii omnes recenset Tacitus[1], quibus Imperii fines in officio continerentur, quarum tamen nullam unquam memorat in Chaldaea vel Babylonia. Recenset etiam iunior Tacito Dio, nec veteres modo legiones, verum etiam novas, ad suam usque memoriam, earumque stativa. Sed nec ille stativa aliqua agnoscit in Chaldaea vel Babylonia. Haec ratio esse potuit cur nomina earum inter provincias Traiani non compareant, e quibus praesidia, cum dimitterentur, deduxerit Hadrianus, quod nulla fuerint his in provinciis praesidia deducenda, vel in loca tutiora transferenda. Mediam quidem inter illas atque Palaestinam

1) Tacit. Annal. L. IV.

provinciam Arabiam provinciis a Traiano constitutis accensent numi et Eutropius. Ea autem, si limitanea fuerit, excluserit oportet extra Romani Imperii fines Chaldaeam atque Babyloniam. Inde quoque Tigridem his partibus limitem non diutinum fuisse colligimus. Cum vero nulla essent, vel in Arabia, praesidia, fieri vix potuit ut Babyloniam tenuerint Romani. Nec post Traianum usque ad Severum vestigia ulla praesidiorum in Arabia Romanorum reperimus. Tam longe abest ut in Babylonia reperiamus. Inde nihil in finibus novatum colligimus, praeterquam ab ipso Hadriano, usque ad Imperium Marci et Veri. Tum enim rebellasse dicitur Vologesus. Tum autem extra Romanorum fines Babyloniam fuisse innuit Capitolinus in vita Veri c. 7. vel potius, ut credo, Spartianus, qui belli illius eventum ita describit. Duces autem (inquit) confecerunt Parthicum bellum Statius Priscus, et Avidius Cassius, et Martius Verus per quadriennium, ita ut Babylonem et Mediam pervenirent, et Armeniam vendicarent. Hic sane opponi videmus pervenire et vendicare. Ita scilicet ut vendicare tantundem valeat quod possidere. Proinde Babylonem pro expeditionis termino habet, externo scilicet (quo utique positi non fuerint), pariter ac Mediam. Erat ergo penes Parthos, nec nuper illo demum bello a Parthis capta, quam fuerint Romani duces vendicaturi, ut cladis paulo antea acceptae ignominiam abolerent. Plane, ut videtur, ab initio Hadriani. Hinc ergo manifestum est de illa Traiani victoria, qua in Romanorum potestatem venerit Babylonia, ne quidem intelligi posse Agathemerum, qui iunior erat Ptolemaeo, qui tamen ipse Marci Verique Imperium attigerit. Novam ergo Romanorum victoriam supponit Agathemerus, recentiorem Traiano, imo etiam Ptolemaeo, qua effectum fuerit ut in Romanorum ditionem redierit, quasi quodam postliminii iure, Babylonia. Talis autem nulla fuit ante Septimium Severum, quo iunior proinde vincitur Agathemerus. Recepta enim a Traiano Babylonia e Romanorum potestate iterum migravit, cedente Hadriano. Provinciis ab Hadriano restitutis Assyriam accenset Rufus Festus, e quibus Hadrianus

sponte propria reduxerit exercitus. Illius autem nomine venire solebat ipsa Babylonia. Strabo[1]: *καλοῦσι δ' οὕτω τὴν Βαβυλωνίαν, καὶ πολλὴν τῆς κύκλῳ γῆς, ἧς ἐν μέρει καὶ ἡ Ἀτουρία ἐστίν.* Ea Assyriae vetus erat appellatio, nec alio retulerim verba Rufi Festi de Assyria: quae inter Tigridem atque Euphratem sita in riguis amnibus instar Aegypti foecundatur. Babyloniam enim cum Aegypto hoc ipso riguorum nomine confert ipse Strabo, L. XI. p. 502. Urbemque ipsam Babyloniam pro Assyriae metropoli olim habitam, idem testis est, L. XVI. p. 743. Sic locum intelligimus Spartiani, vel potius Capitolini, in vit. Caracallae c. 6. Dehinc per Cadusios fines et Babylonios ingressus, tumultuarie cum Parthorum satrapis manum contulit. Fines enim hoc in loco alii intelligi non possunt Babyloniae, quam qui Assyriae. Hinc ergo manifestum est tum in Assyriae parte saltem illa, quae Babylonia proprie sic dicta audiebat, imperasse Romanos, cum scriberet Agathemerus. Post Hadriani tamen mortem atque Ptolemaei, et Marci proinde initium. Faciunt hae notae ne ad Traiani victorias referri potuerint verba, quae dixi, Agathemeri. Hanc enim certe, de qua loquimur, ab Euphrate clausam, una cum Mesopotamia, Babyloniam, regionum Asiaticarum omnium feracissimam iam olim Parthis cesserat Hadrianus, cum et Assyriam cederet, et finem Imperii Romani agnosceret Euphratem. Mesopotamiae illam Babyloniam accenset Isidorus Characenus, quem Luciano antiquiorem fuisse probavimus. Non alia, ut videtur, causa, quam quod communibus Euphratis Tigridisque limitibus ambae continerentur. Eandem tamen in Romanorum possessione fuisse supponit, cum ipse scriberet, Agathemerus.

§. 16. Babyloniam in formam provinciae Romanae redegit Sept. Severus ann. Christ. 201. quo fuerit proinde iunior Agathemerus.

Novum autem, post Marci collegam Verum, cum Parthis bellum usque ad Septimii Severi tempora nullum le-

1) Strab. L. XVI. init. p. 736.

gimus. Defecit paulo posten Avidius Cassius in Oriente, cui pars fuerat in superiori bello sane magnà. Hoc occiso res in Occidente gessit Marcus. Pacatà autem tempora habebat Commodus. Eo exstincto civile erat in Oriente bellum inter Nigrum et Severum. Hoc bello profligato Severus circa Arabiam plura gessit, Parthis etiam in ditionem redactis, necnon etiam Adiabenus: qui quidem omnes cum Pescennio senserant. Verba sunt auctoris de vit. Severi c. 9, qui vulgo Spartianus fuisse creditur. Hinc sane colligimus prius hoc Severi cum Parthis bellum pro appendice habendum esse belli eiusdem civilis in Pescennium Nigrum, eoque proinde nuper exstincto esse susceptum. Conveniunt notae T. III. Severi, annoque Epochae nostrae Christianae 195. Sed nondum redacta est in provinciae Romanae formam Babylonia, ut recte Romani iuris censeri posset, qualem censet Agathemerus. Hoc secundo demum bello effectum docet Zosimus, exstincto etiam Albino, cum solus esset in Imperio, et sine aemulo, Severus[1]. Ἐφύδῳ, inquit, μιᾷ Κτησιφῶντα εἶλε καὶ Βαβυλῶνα. Tum etiam Arabas Scenitas vicisse, idem ait Zosimus. Addit enim: Διαδραμὼν δὲ τοὺς Σκηνίτας Ἄραβας, καὶ πᾶσαν Ἀραβίαν καταστρεψάμενος. Quae ita ille qui Spartianus fuisse creditur: Persarum[2] Regem Abgarum subegit. Arabas in deditionem accepit. Adiabenos in tributarios coegit. Sic autem Dio Xiphilini: τήν τε Σελεύκειαν καὶ τὴν Βαβυλῶνα ἐκλειφθείσας ἔλαβε· καὶ μετὰ τοῦτο καὶ τὴν Κτησιφῶντα ἑλών, ἐκείνην τε πᾶσαν διαρπάσαι τοῖς στρατιώταις ἐφῆκε, φόνον τε ἀνθρώπων πλεῖστον εἰργάσατο. Tum deinde expeditionem illius in Atrenos Arabas. Sic Victor Schotti optimus de Caesaribus: auxit Imperium, subacto Persarum Rege Agario. Neque minus in Arabas: simul adortus ut est, in ditionem redegit, provinciae modo. Adiabena quoque, ni terrarum macies despectaretur, in tributarios concessisset. Verum hoc de terra Adiabenes macilenta. Non item de tota Adiabene. Eadem enim illa quae Assyria, pariterque Babylonem complectabatur, ut

1) Zosim. L. I. p. 10. Ed. Oxon. — 2) Spart. Sever. c. 19.

ex Ammiano constat Marcellino L. XXIII. c. 6. Rufus Festus ita: Parthos strenue vicit, Adiabenos delevit, Arabas interiores obtinuit, et Arabiam provinciam fecit. Nec aliter in Chronicis Eusebius atque Cassiodorus, ne alios minorum gentium scriptores congeram. Sufficiunt haec ad probandum, secundo demum Severi in Parthos, uti dixi, bello haec omnia esse imputanda. Tum legiones Parthicas duas Mesopotamiae praesidio datas a Severo agnoscit Dio[1], unde intelligimus firmam illam fuisse Severi possessionem. Annum ipsum, annique tempestatem, qua haec patraverit Severus, docet receptus Spartianus. Nempe Caracallae annum aetatis XIIImum. qui anno sequenti togam accepit a patre virilem aetatis anno XIVto. debitam, ut in Praelectionibus[2] ostendimus, unaque iniit in Syria cum Patre Consulatum. Hae notae anni sunt Epochae Christianae 202. ut superiori proinde anno 201. haec omnia gesserit Severus, aestate iam exeunte, et tempore prope hyemali, ut idem inquit Spartianus. Hoc ergo anno iuniorem oportet fuisse Agathemerum, quem tamen Aureliano antiquiorem probavimus [*]). Sic terminos quosdam lucrati fuerimus, quibus fuerit concludendus. Videamus ergo quousque perseveraverit illa Severi dispositio, quae Babyloniam inter provincias Romanas numerabat.

§. 17. Permansit eadem in potestate Romanorum usque ad Macrinum, ann. Ch. 217. Inde ad ann. 230. scribere ne quidem potuit Agathemerus.

Fecit perpetua Severi felicitas, ut ad illius exitum fines illi illibati permanserint. Nec sane aliter par fuis-

1) Dio L. LV. — 2) Spart. Sev. c. 16. — [*]) Agathemerum circa Septimii Severi tempora vixisse Sainte-Croix in: Mémoire sur une nouvelle edition des geographes mineurs, inserta éphem. Journal des Savans 1783, no. XIV. eo potissimum probat, quod meminit monumenti seu muri per transversam insulam Britanniam ducti, de quo Spartian. in Script. hist. august. T. I. p. 613. Vid. Agathemer. lib. II. 4. p. 39, ubi leguntur haec: ἡ δ' Ἀλονίων, ἐν ᾗ καὶ τὰ στρατόπεδα ἵδρυται, μεγίστη τέ ἐστι καὶ ἐπιμηκεστάτη. Hamberger vero, Zuverlässige Nachrichten Vol. I. p. 433 ponit Agathemeri aetatem post annum 193 a. Chr.]

set Getae cum fratre Imperium, cum Asiam illi Aegyptumque adsignarent amici, nisi Mesopotamia quoque et Assyria et regiones illae Asiae florentissimae ad sortem illius accessissent. Sic enim visum docet Herodianus L. IV. Imo ad finem usque Caracallae idem erat ab Oriente limes, Tigris nempe, non Euphrates. Manifestum hoc est ex illius ingressu in Parthyenem per Cadusios fines et Babylonios, Spart. c. 6. Nec enim nisi per limitem Tigridem in Parthorum ditionem, quae inde coeperit, patebat ingressus. Manifestum est praeterea ex eiusdem Caracallae in Mesopotamia hibernis, in quibus etiam interfectus est. Ita quidem, si limitem illum sub Macrino non imminuerit Artabanus, facili ad pacem ubi de caede Caracallae rescivisset. Postea caede illum violavit Artabani intersector Artaxerxes sub Alexandro Severo. Tum Mesopotamiae minabatur Artaxerxes, teste Dione, qui scripsit, antea quam minas exsequeretur Artaxerxes, secundo nempe suo Consulatu, Aerae nostrae Christianae anno 229. Exsecutum vero docet Herodianus, cuius illa verba sunt: *οὐχ ἡσυχάζει, οὐδ' ἐντὸς Τίγριδος ποταμοῦ μένει, ἀλλὰ τὰς ὄχθας ὑπερβαίνων καὶ τοὺς τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς ὅρους, Μεσοποταμίαν τε κατατρέχει, καὶ Σύροις ἀπειλεῖ*, L. VI. (2). Hucusque ergo ripas aliquas Imperii Romani fines fuisse docet, quos cum transgrederetur Artaxerxes, Belli illati reus habebatur. Convenit quod postea habet idem Herodianus, ubi de Expeditione Alexandri in Persas ita loquitur: *παρασκευαζομένου τε τοῦ Ἀλεξάνδρου καὶ διαβῆναι τοὺς ποταμοὺς, εἴς τε τὴν βάρβαρον γῆν τὸν στρατὸν διαγαγεῖν.* Si quidem fluvii intelligantur Enphrates et Tigris, hic sane innuitur, post Tigridem initium esse terrae Barbarae, seu non Romanae. Sed dubito sane annon potius de Iure Romanorum a praedicto Severi anno, quam de possessione auctor intelligendus sit. Cur dubitem faciunt verba Principis ipsius Alexandri in oratione ad Senatum. Haec nimirum: Terras [1] Interamnanas, Mesopotamiae scilicet, neglectas ab impura illa bellua recepimus. Sic lo-

1) Lampr. init. Alexandr. c. 56.

qui videtur quasi a tempore Elagabali provincias Mesopotamenas amissas ipse denuo Romanis asseruisset. Hoc enim certe designat vox recipere. Suspicio ergo mihi est, dimissam a Macrino Mesopotamiam, quam neglexisse potius, amissam nempe antea, quam ipse amisisse dicitur Elagabalus. Duras quidem conditiones pacis ab irato Artabano, propter perfidiam Caracallae, postulatas a Macrino consentiunt auctores, quarum una fuerit, ut Mesopotamia penitus cederetur, *Μεσοποταμίας παντελῶς ἐκστῆναι*, secundum Dionem. Et certe causa erit cur duras etiam conditiones Macrinus admitteret, quod durior fuerit eiusdem in praeliis cum Artabano gestus eventus. Utque provincias illas cessisset, erat nihilominus et alia causa cur insaniam Caracallae poenis lueret pecuniariis, propter damna Parthorum Transtigritanis Satrapiis a Caracalla illata. Imo ut mollior aequiorque, caede Caracallae cognita, fuisset Artabanus: Babyloniam certe Tigridi Parthorumque ditioni conterminam retinere potuit. Sic enim fuerit ut Mesopotamia non cessisset *παντελῶς*, quod primo postulaverat Artabanus. Laxiori enim vocis significatione (qua Provincias omnes inter Euphratem Tigridemque sitas complectitur nomen Romanum Interamnanae vel Graecum Mesopotamiae) communi illo vocis ambitu contineri potuit ipsa quoque Babylonia. Imo ita rem fuisse innuit particula *παντελῶς*, si quidem ulla sit relicta penes Romanos pars saltem laxioris illius Mesopotamiae. Imo praeter Babyloniam, alias quoque extra Aboram provincias Cistigritanas Parthorum fuisse, saltem tempore Gordiani, mox ostendemus. Potuit ergo secundus ille post Euphratem fluvius, qui Romanas provincias terminabat, non Tigris fuisse, sed Aboras. Sed ne quidem Babylonia extra terminos Romanos esse potuit, cum Asiae totius loca non alia *εὐδαιμονίας* et *εὐετηρίας* nomine laudarentur quam illa ferme sola quae Romanos dominos agnoscerent, quod tamen illo, quo scribebat ipse, tempore verum fuisse testatur Agathemerus. Nec sane diu perstitisse dispositionem, de qua agimus, Severi, exinde suspicio est, quod provincias Mesopotamenas, siquas fortasse ullas, rarus tamen

admodum legimus, vel provinciarum Praefectos, in bonae fidei seu numis, seu inscriptionibus, seu libris, hoc saltem spatio medio inter Septimium Severum atque Aurelianum. Haec ergo si vera sint, post annum aer. Christ. 217. quo coepit Macrinus, usque ad annum eiusdem Aerae 230, quo denuo Mesopotamiam Romano iuri reddidit Imperator Alexander, Geographiam suam scribere ne quidem potuit Agathemerus. Videamus iam num vel posten licuerit, usque ad aetatem Aureliani.

§. 18. Sed nec postea usque ad Aurelianum. Medio aliquo anno inter ann. Chr. 201. et 217. scripsit Agathemerus.

Redegit ergo Mesopotamiam, ut vidimus, Alexander Augustus. Addit Herodianus de Persis: *ἐτῶν γοῦν τριῶν ἢ τεττάρων ἡσύχασαν, οὐδ' ἐν ὅπλοις ἐγένοντο· ἅπερ μανθάνων ὁ Ἀλέξανδρος, καὶ οὗτος ἐν τῇ Ἀντιοχείᾳ διέτριβεν*, L. VI. [6]. Ad annum scilicet 234. quo redierit ex Oriente, triumpharitque de Persis. Quod certe Herodiani testimonium eo maioris faciendum est, quo parcior est in victoria Alexandri laudibus efferenda; quem victum, potius quam victorem, arbitratur. Tum vero securum illum a novo Persarum motu tam reditus illius quam etiam triumphus ostendit. Recusavit certe Parthicum nomen Septimius Severus etiam victor, ne Parthos lacesseret, teste vitae Severi auctore c. 9, qui Spartianus fuisse creditur. Multo magis recusaturus erat Alexander, si victus ipse rediisset, ut vult Herodianus. Hoc ipso quoque metu, ne lacesseret, si adeo fuisset, quam vult idem, meticulosus. Sed nec discessu Alexandri, nec triumpho irritatus Artaxerxes est ad novum quid audendum, quo ab Occidente Alexander in Orientem revocaretur. Proximo enim ab Alexandri caede anno, Christi 236. sic loquitur apud eundem Herodianum Maximinus: *Πέρσαι τε οἱ πάλαι Μεσοποταμίαν κατατρέχοντες, νῦν ἡσυχάζουσιν, ἀγαπητῶς ἔχοντες τὰ ἑαυτῶν*. L. VII. [8]. Et tamen civilium cum Maximino bellorum occasionem captavit idem, quem vicerat Alexander, Artaxerxes, quem iterum Romanorum Provinciarum

limites irrupisse probavimus in Isidoro Characeno, §. 10. Crediderim eo spectare Capitolini verba in Maximo et Balbino illa: Et quum iam paratum esset, ut contra Parthos Maximus proficisceretur, Balbinus contra Germanos, puer autem Gordianus Romae remaneret, etc. c. 13. Non opus est ut moneam Parthorum Persarumque nomina in illius saeculi scriptoribus invicem frequentissime confundi. Est autem annus ille Christi 238, quo, caesis Maximo et Balbino, solus supererat Gordianus ille tertius. Tum occupatam ab Artaxerxe crediderim Antiochiam, cui obviam iturus fuerit, si per seditionem licuisset, Maximus Pupienus. Ibidem monui eo referenda esse Capitolini[1] eiusdem de tertio Gordiano verba alia: Et post Artaxerxem Antiochiam recepit. Erat ergo ab eo usque tempore in Persarum potestate multo magis Mesopotamia. Postea cum Sapore Artaxerxis filio nova auso rem gessit Gordianus, sub COSS. anni aer. Christ. 242, teste Capitolino c. 26. Tum rursus Persas non Syria modo repulit, verumetiam toto Oriente, c. 27. Orientis nomine complectabatur Regnum Odenathi, ni fallor, atque Zenobiae, in quo erat Mesopotamia. Dubito enim an Orientis nomen hoc sensu usurpatum antiquius sit Odenatho. Post Gordianum rursus Mesopotamiam occupavit Sapores, capto Valeriano, ann. Christ. 260. Mox amisit opera Odenathi, si tamen Odenathi victoria Romanis imputanda sit, quod Odenathum Augusti titulo ornarit Gallienus. Haec brevis est historia Transeuphratensium victoriarum ab Alexandro usque ad Aurelianum. Nec tamen ad earum aliquam verba Agathemeri crediderim esse referenda. Mesopotamia tantummodo in illis recepta esse dicitur. Nec verba alia de illis occurrunt, quibus discamus, quae fuerit vocis illius significatio; an latior illa, quae Babyloniam etiam suo ambitu complectitur; an arctior illa potius qua a Babylonia secernitur, qualis describitur a Ptolemaeo. Occurrunt potius, cur arctior intelligatur. Nuspiam Babyloniam ab illis receptam legimus, ut de Traiano et Severo. Nuspiam

1) Capitol. de Gord. tert. c. 26.

Tigridem limitem, ut cum vere Babyloniam possiderent Romani. Nuspiam res gestas in Arabas Atrenos illis finitimos praeterquam ab iisdem Augustis, Traiano, inquam, et Severo. Est potius e contra cur reliquos ultra Mesopotamiam proprie sic dictam progressos arbitremur. Gordianum certe haud longe a Romanis finibus interfectum testatur Eutropius. Corpus eius prope fines Romani Persicique Imperii positum Victor Epitomator. Nempe apud Circeium castrum in finibus Persidis, auctore Capitolino[1]. Situm autem Circeii ad confluxum Aborae Euphratisque ponunt[2] Zosimus et Procopius. Addit Procopius[3] τοῖς Ἀσσυρίων ὁρίοις fuisse conterminum. Inde manifestum est Aboram fluvium Mesopotamiae limitem fuisse communem et Assyriae. Et Assyriam omnem Persarum fuisse, in qua iam probavimus fuisse Babyloniam. Totum certe Orientem a Gordiano Romanae reipublicae factum docet Capitolinus ibidem c. 27. Quae omnis Mesopotamia est ab Odenatho restituta, qui Orientis dominus erat, teste Trebellio Pollione[4] in duobus Gallienis. Hic ergo fluvius Aboras limes tum habebatur Mesopotamiae totiusque Orientis, qui Babyloniam exclusit, Persarumque in possessione reliquit. Vix enim est cur dubitemus, quin de illius aetatis limite sit sermo. Et quidem de limite legitimo. Ita quidem paulo ante Agathemerum Ptolemaeus Mesopotamiam describit, ut aliam ab ea provinciam faciat Babyloniam. Haec si vera, medio aliquo anno scripserit Agathemerus inter ann. Christ. 201, quo Babyloniam in fidem Romanorum recepit Severus, annumque eiusdem Epochae 217, quo Parthis illam reddidit Macrinus.

§. 19. Italiae terminus a Varo saltem ad Massiliam prolatus memoria Agathemeri, qualem supponit Solinus, ut quidem ipse iunior anno Christ. 330.

Firmant ea, quae dixi, verba Agathemeri alia de novis nuperque constitutis Italiae limitibus. Maris Ligustici fines

1) Cap. Gord. tert. c. 34. — 2) Zosim. L. III. — 3) Procop. Persic. L. II. — 4) Treb. Poll. Gall. duob. c. 12.

statuit ad principium Italiae. *Εἶτα κατὰ μὲν τὴν ἀρχὴν τῆς νῦν* (inquit) *Ἰταλίας Λιγυστικὸν ἐκδέχεται πέλαγος*, L. II. c. 14. p. 59. Alios plane suae quam qui olim fuerint Italiae fuisse innuit limites. Ponit autem mare Ligusticum proximo loco post sinum Gallicum, quem verbis proxime praecedentibus *μετὰ Μασσαλίαν καὶ Ναρβῶνα* concludit. Tantundem autem valet hoc loco *μετὰ* quod p. 58. *μεταξύ*. Ibi enim *Γαλατικὸν κόλπον* illum censet, qui erat *μεταξὺ Ναρβῶνος καὶ Μασσαλίας*. Ita scilicet ut terminus sinus Gallici ab Italia remotior coeperit a Narbone Galliae Narbonensis capite, propior autem a Massilia. Sic a Massilia coeperit Agathemeri Italia. Antiquae fuerat Liguriae hic idem fere limes. Eam enim a Rhodano exorditur Scylax. Imo Massiliam ipsam ponit in Liguria. Et quidem regionem Massiliensium *Λιγυστικὴν* agnoscit Strabo[1]. *Καλοῦσιν δὲ τοὺς Σάλυας οἱ μὲν παλαιοὶ τῶν Ἑλλήνων Λίγυας, καὶ τὴν χώραν ἣν ἔχουσιν οἱ Μασσαλιῶται Λιγυστικήν*. Sic ergo de sinu Gallico loquitur Strabo, fere ut Agathemerus[2], *καὶ ἐν αὐτῷ Μασσαλία τε καὶ Ναρβὼν ἱδρυνται πόλεις ἐπιφανέσταται*. Ab hac ergo regionis Ligusticae antiquissima significatione maris Ligustici appellationem emanasse verisimillimum est. Id nempe in animo habebat Princeps, quicunque demum is fuerit, qui Agathemeri memoria hos quoque Ligures Italiae, iurisque adeo Italici, participes fecerit, ut Ligurum omnium iura communia forent, a quibus exclusi fuerant Celto-Ligures, dum limes Italiae Varus versus mare inferum agnosceretur. Hunc autem limitem supponunt haec Solini[3] verba: At ex altera parte per Ligurum oram in Narbonensem Provinciam pergit, (loquitur de Italia) in qua Phocenses quondam fugati Persarum adventu, Massiliam urbem, Olympiade quadragesima quinta, condiderunt: C. Marius Bello Cimbrico factis manu fossis incitavit mare, perniciosamque ferventis Rhodani navigationem temporavit, etc. Liguriam hic integram includit ambitu Italiae, ut proinde

1) Strab. L. IV. p. 203. — 2) Strab. L. II. p. 128. — 3) Solin. Polyhist. c. 8.

quousque se Liguria porrexisset, eousque etiam Italiae appellationem extendendam esse colligeret. Hoc nempe, ut dixi, consilio, ut non solos Ligures, verumetiam Celto-Ligures complecteretur. Terminos autem Liguriae ad Massiliam ipsumque Rhodanum promovet, Auctoribus, quos modo dixi, Scylace et Strabone. Non ita paulo antiquior Agathemero Ptolemaeus. Varum ille perpetuo pro limite habet Italiae. Plane pro sententia vetustiorum. Conveniunt haec cum aetate Solini a nobis constituta accuratissime. Scripsit ille cum in Hierichuntis possessione esset Artaxerxes. Et quidem ipse ut videtur, non autem filius illius Sapores. Antea certe, quam Syriam attigisset Alexander Augustus. Pulsus enim Syria atque Mesopotamia Artaxerxes aegre potuit, si vel aegre, Hierichuntem in sua potestate retinere. Sic nota erit haec anni aerae Christianae 229. vel 230, quo scribere oportuerit Solinum. Horum ergo annorum altero, non Varum iam, sed Rhodanum Italiae limitem supponit Solinus. Plane qualem supponit Agathemerus. Nuperam certe Artaxerxis victoriam arguit, quod Parthorum ditionem omnem Parthiae nomine complectatur Solinus [1], cum tamen rerum non iam amplius Parthi potirentur, sed Persae. Quod scilicet nondum novo Persiae nomini assuevissent, qui veterum Persarum memoria penitus exstincta vixerint. Cum etiam tandem assuevissent, tum receptum, ut Persarum nomine etiam Parthi apud iuniores hac memoria scriptores intelligerentur. Arguit praeterea fortasse, quod propter Babylonem dicit [2]; et Assyrios et Mesopotamios in Babyloniae nomen transiisse. Morem enim illum fuisse sub Parthis noster docet Isidorus Characenus, cuius Satrapia prima *Μεσοποταμίας καὶ Βαβυλωνίας* communi titulo insignitur. Redierit ergo in idem harum provinciarum status, ut, cum scriberet Solinus, illae rursus ambae in unam eandemque Satrapiam coaluerint. Denique et illud Romanorum possessionem brevem fuisse vincit, quod milliarium Romanorum usus nullus plane sit in scriptoribus harum regionum domesti-

1) Solin. c. 59. — 2) Solin. c. 60.

cis in designandis patriarum suarum intervallis. Haec nos paulo, quam in superiori volumine fecimus, accuratiora. Ad quae proinde exigi cupimus quaecunque ibi de Agathemero tradidimus, aut de Marciano etiam Heracleota.

§. 20. Milliaris Romani modus apud Agathemerum frequentissimus est stadiorum septenorum cum dimidio.

Caeterum in Operae Geographico multum interest ut recte intelligantur spatiorum mensurae quibus locorum distantiae ab invicem designantur. Maxime in Agathemero, qui intervalla eadem modis tamen non iisdem metitur, sed, pro diversarum gentium consuetudine, admodum diversis. Esset quidem cur illi frequentius hoc nomine gratularemur, si liceret per Librarios. Sed frequentes admodum sunt in hodierno Agathemeri codice numerorum alterorum lacunae. Nec aliunde supplendae, quam e numerorum integrorum consensu. Stadiorum unus erat modus. Non item miliorum mensurarum e stadiorum certo circuitu oriundarum. Romanorum milliarium duplicem formam apud Orientales in Isidoro Characeno supra observavimus: aliam stadiorum octonorum, quae Schoenis[1] atque Parasangis stadiorum quadragenorum responderit; aliam vero stadiorum septenorum cum dimidio, e Schoenis Parasangisque ortam stadiorum tricenorum et sexagenorum. Suntque sane haec milliaria in nostro Agathemero longe omnium frequentissima. L. II. c. 14, p. 55 stadia 2400. tantundem valere censentur quod millia passuum 320. Ibidem p. 56. stadia 52500 cum milliaribus conferuntur 7000. Rursus stadia 30000 milliaria valent 4000. Iterum p. 58. stadia 120 conficiunt milliaria 16. Haec accurate, pro illo milliaris Romani modo qui singulis milliaribus stadia concessit septena cum semisse. Illud vero omnium accuratissimum est quod p. 56 stadia 10000 cum milliaribus contendit 1333, et tertia praeterea milliaris parte. Pars enim tertia milliaris (pro illa milliaris Romani norma quae stadiis septenis dimidioque conflatur) stadia complebit bina cum dimidio,

1) Diss. de Isid. Ch. §. 14.

quae stadiis addita 9907½ ad milliaria istiusmodi 1333 implenda necessariis, praedictum Agathemeri numerum implebunt accuratissime. Favent praeterea alii eiusdem numeri, qua quidem licuit per calculorum rotunditatem. L. II. c. 13, p. 54. Stadia 32500. milliaria sunt 4333. Et quidem milliaria 4333. (septenorum, cum dimido stadiorum) stadia implebunt 32498½. Ut milliare ne unum quidem redundare potuerit aut deficere, sed Fractio tantummodo, milliaris Vi. Ea, si in milliarium numero hunc in modum supplentur ὁπλγ΄. ε΄, sic numerus constabit accuratissime. Fractionis autem istiusmodi exemplum dedimus ex Agathemero cap. sequenti p. 56. Utcunque tamen alium aliquem Romani milliaris modum Agathemero ne quidem esse potuisse manifestum est ab eo, quem diximus. P. 58. stadia 5000 efficiunt milliaria 667. Desunt hic, ad milliarium numerum absolvendum, stadia duo cum semisse, quae pars erat milliaris, de quo loquimur tantummodo tertia, p. 58. Stadia itidem 1000. milliaria sunt 133. Desuut et hic duo stadia cum dimidio, quae in superiori exemplo redundabant, nec poterant integro stadiorum milliariumque calculo circumscribi. Simile et aliud habemus exemplum p. 106. Ibi enim stadia 4000 cum milliaribus 533. Deest enim etiam ibi tertia huiusmodi minoris milliaris pars, stadia nempe 2½ ad numerum illum stadiorum absolvendum. Par etiam illud est L. II. c. 14. p. 55, quo stadia 5000 cum milliaribus 733 paria censentur. Desunt etiam his milliaribus stad. 2½ ut rotundus stadiorum numerus penitus expleatur. Milliaria enim 733. per 7½ multiplicata stadiorum numerum conficient tantummodo 5497½. Habet etiam Agathemerus exempla in quibus duabus unius milliaris partibus tertiis, nempe stadiis integris 5 stadiorum numerum ab Agathemero traditum superat numerus e milliarium divisione illa, quam dixi, collectus. Sic p. 55. stadia 8200 respondent milliaribus 1094. secundum Agathemerum. Quae tamen milliaria, ita, uti dixi, divisa stadia conficient 8205. Sic etiam ibidem p. 55. stadia 2500 cum milliaribus 334. componit Agathemerus, quae tamen milliaria recte divisa stadia conficient 2505. Est ergo illa in his numeris invi-

cem conferendis norma Agathemeri, ut, in numeris etiam rotundis, non aliarum partium rationem habeat, seu deficientium, seu etiam redundantium, quam tertiarum. Ut nihil sit proinde cur dubitemus, quin calculum, recte, pro illius sententia, posuerimus. Neque vero tertiarum in milliaribus partium solus rationem habebat Agathemerus. Multa passim exempla illius occurrunt in Anonymo Peripli Euxini auctore, dum et ipse, pariter ac noster, cum Graecorum stadiis Romana contendit milliaria. Etiam ex Artemidoro unum, quem noster in Insularum stadiometria ducem agnoscit Agathemerus. Si tamen milliarium numeri, qui stadiis responderint, etiam ipsi emanarint ab Artemidoro. Propria autem erat haec milliarium in partes tertias distributio illius milliaris quod e septenis cum dimidio stadiis conflabatur. Nam in milliaribus stadiorum octonorum vero Romanis partes istiusmodi tertiae nullae erant, quae quidem stadiis paribus designari possent.

§. 21. Emendatur locus Agathemeri.

Est autem fateor Agathemeri locus, qui cum neutra milliaris Romani norma convenit. Sic habet: *Τοῦ δὲ Πόντου ἀπὸ Τόμων ἐπὶ τὰς τοῦ Φάσιδος ἐκβολὰς μῆκος μὲν στάδια ς'. μίλια ωχ'*, L. II. c. 14. p. 55. Sic quidem octona assignantur singulis milliaribus stadia; in milliaribus 823 stadia erunt 6584. Sin alius ille septenorum cum dimidio stadiorum in milliari modus agnoscatur; ita quoque erunt in milliaribus 823. stadia 6172½. Discrimen erit non integrorum modo stadiorum, et ne quidem tertiarum milliaris partium, quae ferenda iam ostendimus: sed integrorum etiam milliarium, plane alienum ab exemplo Agathemeri. Sed in milliarium numero auxit certe Agathemerum iunior aliquis Agathemero vel studiosus, vel librarius. Scripsit enim ipse ω', nec praeterea quicquam. Ita secum conveniet accuratissime. Sunt enim in milliaribus septenorum et dimidii stadiorum octingentis stadia in universum sex millia, ut nihil plane deficiat redundetve. Et milliaris illius usum omni illa Maris Euxini ora fuisse

multis constat exemplis e praedicti Anonymi Periplo superiori nostro Geographorum minusculorum volumine edito. Coloniis enim ex Asia oriundis praecipue incolebatur, quae olim in suis quaeque patriis Parasangis assuevissent triginta vel sexaginta stadiorum. Nec enim in alia milliaria converti poterant Parasangae, quam in illa quae stadiis septenis cum dimidio constarent singula. Hic ergo milliaris modus in auctore nostro longe omnium frequentissimus est.

§. 22. Milliaris Romani stadiorum octonorum exemplum in Agathemero unicum. Terrae habitabilis initium ab ostio Tanaidis, pro sententia Agathemeri.

Est tamen viceversa in eodem Romani quoque vetustissimique milliaris exemplum. Sed unicum, ut opinor, et plane singulare. Locus est non uno nomine insignis, cuius proinde verba repraesentanda duxi. Sic ergo de orbis habitabilis latitudine noster Agathemerus: *Λοιπὸν οὖν καταλείπονται οἰκήσιμοι ὑπὸ τὴν εὔκρατον πεπτωκότες στάδιοι δισμύριοι καὶ θ'. ἅπερ ἐστὶ μίλια μὲν ΓΧΚΕ, σχοῖνοι δὲ ἐκ σταδίων λ'. μικρῷ πλέον ἐννεακόσιοι*, L. II. c. 1. p. 34. Numerus hic milliarium octies repetitus stadiorum illum ipsum numerum praebebit, quem designavit Agathemerus. Hinc ergo colligimus Latinis haec debuisse Agathemerum, vel Romani saltem Imperii partem occidentalem incolentibus, quibus usus erat illorum verorum antiquissimorumque milliarium. Nempe Eratosthenem hoc in loco secutus erat, cui, pro singulis in meridionali linea Coelesti gradibus, septingenta numerabantur in terra stadia; non autem accuratissimum suum, quem et *τεχνικὸν* appellat, Ptolemaeum, qui longe rectius, pro Coeli gradibus singulis, stadia censebat tantummodo quingentena. Vel Artemidorum potius, qui ab ostio Tanaidis gradus latitudinis, in meridiano tamen Eratosthenis Alexandrino, terrae habitabilis tum exploratae initium auspicabatur. Artemidorus ulteriora incomperta existimavit, teste Plinio [1]. Sic et

1) Plin. N. H. II. 108.

noster: *Τὰ ἄνω τῶν ἐκβολῶν τοῦ Τανάϊδος ἀγνοεῖται ἐις Βορρᾶν*, L. I. c. 4. p. 11. Dubia enim erant quae de Thule retulerat Pytheas, et Britannia, Saeculo Eratosthenis et Artemidori. Non item illo quo ipse scribebat Agathemerus, qui Romanas agnoscit in Britannia etiam legiones. Proinde ex auctorum suorum sententia, potius quam sua haec verba refert Agathemerus. Situm huius limitis docet Ptolemaeus, cui XXIus Parallelus est gr. $\overline{54}$. 4′. ab Aequinoctio. *Καὶ γράφεται*, inquit, *διὰ τῶν τοῦ Τανάϊδος ἐκβολῶν*. Hoc idem exordium fuisse Agathemero ostendunt illius verba in hoc ipso, de quo agimus, capite. Sic enim habet: *Καὶ τὰ μὲν ἀπὸ τοῦ Ἀρκτικοῦ πόλου μέχρι τοῦ Ἀρκτικοῦ κύκλου τριάκοντα καὶ ἓξ τμήματα πάντα ἐστὶν ἀοίκητα διὰ κρύος. Στάδιοι δ' εἰσὶν οὗτοι δισμύριοι καὶ ε καὶ σ′.* Rotundos numerat a Polo gradus, qui in illum ipsum desinunt, quem dixi, Parallelum ostii Tanaidis, pro situ quem dedi e Ptolemaeo. Inde ergo initium *οἰκησίμου* pro his, in quibus versamur, rationibus. Graduum a Polo Arctico numerum sincerum esse vincit, quod illi stadiorum numerus adeo accurate respondeat, si nempe septingena gradibus singulis assignentur stadia, pro falsa illa, quam dixi, veterum sententia. Circulum ergo Arcticum non fixum aliquem intelligit, pro more recentiorum; sed localem, pro suo loci cuiusque situ. Sic enim in omnibus Meridiani gradibus, illum loci Arcticum appellarunt veteres, qui proprium loci Horizontem attigit, ut docuit magnus Scaliger. Proinde ab ostio Tanaidis incipit vera Agathemeri *οἰκήσεως* stadiorum, ut ait, 29000. Hoc autem numero nullum esse errorem, probat numerus Romanorum, cum quo confertur, milliarium 3625. Probant etiam praecedentia in quibus idem intervallum dicitur fuisse *τρισμυρίων σταδίων, χιλίων ἔλαττον*. Initium ergo tenemus terrae *οἰκησίμου*, pro sententia Agathemeri. Finem nondum constituendum arbitramur dum alterum terrae *ἀοικήτου* limitem, pro eiusdem sententia, eruerimus. Initium illius *ἀοικήτου* ab ipso Aequinoctio arcessere videtur Agathemerus. Verba eius

1) *Μεγ. Συντ.* II. 6. p. 31.

in hanc sententiam haec sunt: *Λοίκητα δέ ἐστι καὶ τὰ ἀπὸ τοῦ Ἰσημερινοῦ ἐπὶ σταδίους ή. ἧ ἀρχὴν τῆς καθ' ἡμᾶς οἰκουμένης ὑποτιθέμεθα, καθάπερ κατ' ἄρκτους τὰ μετὰ τὸν ἀρκτικὸν εὐθέως κύκλον*, p. 34. Stadia 8000 (si singulis gradibus quingena assignentur) ad gradum pertingent Meridionalis ab Aequinoctio Latitudinis 16m. 25′, qui Parallelo *διὰ Μερόης* respondet ex adverso quem gradui Latitudinis Septentrionalis $\overline{16}$. 25, assignat Agathemerus, Ptolemaeus autem in Magno Constr. $\overline{16}$. 27′, in Geographia autem gr. $\overline{16}$. 25′, si quidem Graeca Erasmi sequamur, quae rectius hoc in loco se habent quam recentiora Bertii. Conveniunt enim examussim cum nostro quoque Agathemero. Conveniunt etiam Latina Magini, qui ducem non alium agnovit quam Erasmum. Imo ipse quoque Bertius L. I. c. 10. quamvis gr. $\overline{16}$. 30′. repraesentarit L. I. c. 23. Hoc enim profecto situ Prasum Promontorium, et Agisymba Aethiopum, qui limites omnium Meridionalissimi habebantur, quosque alii Tropico Hiberno assignabant, statuit auctor Agathemeri Ptolemaeus. Geogr. I. 10. Hoc tamen tantummodo discrimine, quod stadia ab Aequinoctio 8200 eousque numeret Ptolemaeus, quae 8000 tantummodo agnovit Agathemerus, si saltem haec, quae dixi, recte se habeant pro vera sententia Agathemeri. Facilis autem est illius quoque discriminis ratio. Ea nimirum, quod numeri duntaxat rotundi rationem habuerit Agathemerus, Ptolemaeus autem, accuratior, ne quidem minuta neglexerit redundantia, quae, pro praedicto recentiorum calculo, a stadiis ducentis non longe discesserint. Hoc itaque volebat, nisi fallor, Agathemerus (si sincera sit illius hodierna lectio) spatium quoque illud *οἰκουμένης* Meridionale ad Prasum Promontorium atque Agisymbae, (pro limite etiam arctiori quo fuerat conclusum a Ptolemaeo) fide niti sublesta, ut proinde fuerit *ἀοικήτῳ* rectius assignandum, et Septentrionalium de Thule, aliorumque ultra ostium Tanaidis locorum, fabulis accensendum. Cur vero suspectos habuerit hos ab Aequinoctio Meridionales limites Agathemerus, ratio esse potuit, quod nec Veteribus innotuissent, nec certo aliquo Astronomiae charactere

insigniti essent. Nihil de illis Strabo. Sed nec Strabone recentiores usque ad Marinum, qui memoria Ptolemaei vixit recentissima. Inde factum, ut quingena tantummodo stadia singulis Coelestis Meridionalis circuli gradibus assignarint horum limitum primi inventores, non autem, ut antiquiores, septingenta. Propterea scilicet, quod iuniorum Astronomorum industria et peritia multo tum accuratior fuerit ars ipsa Geographica. Hoc ergo spatium ἀόλωτον existimabat Agathemerus, quod Promontorii Regionisque nominibus contenti, gentium ea loca incolentium memoriam nullam prodiderint horum litorum primi navigatores. Haec ratio erat, cur ab ipso Aequinoctio οἰκουμένης suae exordium arcessiverit Agathemerus. Quod nempe gentes Meridionales nullas haberet exploratas. Sic tamen intelligendus est, ut, in capite de Parallelis, Parallelorum ordinem duxerit ab Aequinoctio. Hoc enim verissimum est, et pro hypothesibus auctoris maximi Hipparchi ita faciendum docet Strabo [1]. Proinde Hipparchi fidem in eo secutus est Agathemerus. Non tamen ideo existimandum est, οἰκουμένης fines (illius nempe quam vero credidit οἰκουμένην) ad Aequinoctium usque protraxisse Agathemerum. Torrida illa erat, quae inter duos Tropicos interiacebat, Zona, quam prorsus incultam crediderant Geographi vetustissimi. Postea compertum navigari posse, habitari tamen eousque potuisse quo patebant itinera maritima, nondum credebant veteres. Et tamen partem huius Zonae aliquam incolis frequentatam didicerunt nostro Agathemero antiquiores. Certe usque ad Meroem, quam primo suo Climati (qua a Parallelis vulgo recensitis Climata distinguenda censuit) assignavit Agathemerus. Etiam ultra Meroem pertingit stadiorum numerus, quo ipse metitur οἰκήσιμον. Nempe a gradu Latitudinis $\overline{54}$ post gradus a Polo Arctico $\overline{36}$. Stadia enim 29000 per 700 divisa, pro calculo Veterum, gradus complebunt $\overline{41}$, et stadia praeterea 300, quae fere dimidium gradum faciunt. Additi superioribus Zonae frigidae gradibus hi terrae cultae

1) Strab. l. II. p. 132.

gradus ad gradum pertingent a Polo Arctico $\overline{77}\frac{1}{2}$ seu Latitudinis ab Aequatore $\overline{12}\frac{1}{2}$. qui gradus est infra Meroem 4us, propiusque accedit ad Aequatorem, quo 3m. suum Parallelum statuit Agathemerus. Sed locum nullum sub illo Parallelo ponit is idem Agathemerus ab hominibus habitatum, unde censeri potuerit *οἰκήσιμος*. Sinum autem Analiticum eodem Latitudinis gradu statuit Ptolemaeus. Nescio tamen illumne in animo habuerit Agathemerus, nullo habitationis nomine insignem.

§. 22. De terrae habitabilis fine emendatur explicaturque locus Agathemeri.

Videamus ergo ecqua alia ratione terrae *οἰκησίμου* limitem ultimum elicere liceat pro illorum saltem auctorum sententia, quos sequitur Agathemerus, rectene illos, an secus, ipse intellexerit Agathemerus. Verba illius, quae huc spectare existimamus, haec sunt: *Ἀοίκητα δέ ἐστι καὶ τὰ ἀπὸ τοῦ Ἰσημερινοῦ ἐπὶ σταδίους ή, ᾗ ἀρχὴν τῆς καθ ἡμᾶς οἰκουμένης ὑποτιθέμεθα, καθάπερ κατ' ἄρκτους τὰ μετὰ τὸν Ἀρκτικὸν εὐθέως κύκλον.* p. 34. Ego autem non de Aequinoctio haec, sed de Tropico et quidem Aestivo haec statuisse credo auctores Agathemeri, et proinde pro *Ἰσημερινοῦ* rescribendum *Τροπικοῦ*. Sic itaque illos interpretor, ut post stadia a Syene 8000 finis fuerit *οἰκησίμου*, et nova inde coeperit *ἀοίκητος* illi respondens quae a Polo Arctico arcessita in gradum a Polo 36m desierit, unde inierit *οἰκήσιμος*. Nam in Syene Tropicum Aestivum ipse ponit Agathemerus l. 8. p. 30. Erat ergo hic Parallelus *ἀρχὴ οἰκησίμου*, qua calculus processit ab Aequinoctio, ut gradus a Polo Arctico 36us *ἀρχή* erat eiusdem alia, a Polo ipso supputantibus. Hic erat Parallelus *διὰ τῆς Κινναμωφόρου*, quam cultam ab hominibus probabat ipsum illud Cinnamoni commercium celeberrimum. Hunc Australem *τῆς καθ' ἡμᾶς οἰκουμένης* limitem agnoscit Strabo[1]. *Ὁ δὲ Γεωγράφος*, inquit, *ἐπισκοπεῖ ταύτην μόνην τὴν καθ' ἡμᾶς οἰκουμένην. Αὕτη δ' ἀφορίζεται πέρασι, νοτίῳ μὲν, τῷ διὰ*

1) Strab. L. II. p. 132.

της Κινναμωφορου παραλληλω· βορείῳ δὲ διὰ τῆς Ἰέρνης. Haec ille pro sententia vetustiorum, Eratosthenis et Hipparchi. Borealem illum terrae habitatae terminum ab Agathemero reiectum fuisse vidimus. Australem placuisse vix est cur dubitemus. Nam a Syene ad Meroëm stadia numerat ibidem Strabo 5000. Inde autem ad Cinnamomiferam 3000. Nempe in universum a Syene ad Cinnamomiferam 8000. Et quidem pro sententia Hipparchi. Inde manifestum est non alium Agathemero fuisse auctorem in illo ipso stadiorum octies millium numero ab Aestivo Tropico ad *οἰκησίμου* finem, novae autem *ἀοικήτου* exordium. Frustra itaque hanc lectionem sollicitabat vir sane eruditus. Imo nullum illi numero errorem subesse docent Strabonis alia quae sequuntur. Monet enim, ex iisdem Hipparchi rationibus, Cinnamomiferae *οἴκησιν ἐγγυτάτω μέσην τοῦ τε Ἰσημερινοῦ καὶ τοῦ θερινοῦ Τροπικοῦ τοῦ κατὰ Σωηνήν.* Quod sane, pro his, in quibus versamur, hypothesibus, verissimum est. Nam a Cinnamomifera ad Aequinoctium idem stadia numerat 8800 pro mente eiusdem Hipparchi. Discrimen illud stadiorum octingentorum in causa erat cur addiderit vocem *ἐγγυτάτω.* Conveniunt porro ambo illi numeri (qui simul iuncti stadia 16800 conficiunt) rationibus eiusdem Hipparchi de Zodiaci obliquitate. Conficiunt enim gradus 24, si per septingena tribuantur. Rotundo nempe numero, ad quem proxime accessit pro calculo Hipparchi, qui auctior erat quam ferrent rationes iuniorum. Ne vero aliquem hoc numero errorem subesse suspicemur, idem facit aliis in locis Strabo. Cinnamomiferam alibi temperatae plagae finem censet, eodemque plane agnoscit, quo nos, situ. Sic ille[1]: *Πάλιν δ' ἐπεὶ τὴν Κινναμωμοφόρον, ἐσχάτην ἴσμεν οἰκουμένην πρὸς μεσημβρίαν καὶ καθ' Ἵππαρχον αὐτὸν ὁ διὰ αὐτῆς παράλληλος, ἀρχὴ τῆς εὐκράτου τῆς οἰκουμένης ἐστὶ, καὶ διέχει τοῦ Ἰσημερινοῦ περὶ ὀκτακισχιλίους δὲ ὀκτακοσίους σταδίους.* Ibidem numerum eundem exhibet stadiorum 25200 ab hoc torridae Zonae initio ad Parallelum per Borysthenem, quem Aga-

1) L. II. p. 72.

themerus ad ostium Tanaidis. Ibidem numerat a Borysthene ad Aequinoctium stadia 34000. Hic item numerus reliquis Agathemeri numeris 29000 et 8800 adiunctus absolvit stadia 63000, qui integer est numerus totius quadrantis a Polo Arctico ad Aequinoctium, si per gradus 90 dividantur stadia, ut iam dixi, septingena. Hinc etiam manifestum est in nostro quoque Agathemero pro τρισμυρίους καὶ ε reponendum τρισμυρίους καὶ δ. Et quidem hic etiam auctore Hipparcho, ut docet ibidem Strabo[1]. Idem rursus a Syene ad Meroëm stadia censet 5000 a Meroë ad loca οὐκέτι οἰκήσιμα διὰ καῦμα stadia 3000, quae etiam tribuit Parallelo διὰ τῆς Κινναμωμοφόρου, et proinde a Syene ad ὅρους τῆς οἰκουμένης stadia in universum 8000. Inde porro ad Aequinoctium stadia 8800, et proinde a Syene ad Aequinoctium stadia 16800. Haec certe omnia accuratissime pro sententia Agathemeri. Vix itaque est cur dubitemus, quin hunc Hipparchi calculum, hoc saltem in loco, per omnia secutus fuerit Agathemerus. Unicum enim locum opponit Magnus[2] Casaubonus, qui tot locis adeo invicem consentientibus temere opponendus non est. Ibi scilicet a Syene Aestivoque ad Meroëm usque Tropico stadia recensentur 10000. Accedentibus deinde stadiis a Meroë ad Cinnamomiferam (quae 3000 fuisse diximus) 13000 omnia fuisse colligit. Inde porro addit spatii inter Tropicos universi partem esse plusquam dimidiam οἰκήσιμον. Quod verum esse non potuit, pro ea, quam Agathemero tribuendam ostendimus, sententia, quae a Cinnamomifera ad Aequinoctium stadia supputabat non plura 8800. Sed vera illa tanta sententiarum discrepantia esse vix potest in loco quem itineribus tam pedestribus, quam maritimis pervium agnoscit ipse Strabo. *Πλεῖταί τε γὰρ* (inquit) *καὶ ὁδεύεται.* Innuit nimirum, ni fallor, utriusque viae receptos fuisse Paraplos receptasque Periodos, sive Itineraria. Utcunque tamen ad Agathemeri, in qua versamur, causam nihil prorsus facere, satis iam, ut opinor, ostendimus. Romanis autem haec nostrum debuisse necesse est,

1) L. II. p. 114. — 2) Strab. L. II. p. 95.

qui Romani milliaris formam veram hoc uno in loco sequitur. Et vetustiores, qui stadia septingena unius gradus ambitu amplectebantur, imitari solent, quos hodie habemus, scriptores Romani. Nec satis commode aliam gradus modum, qui septingentorum stadiorum fuerit in prioribus terrae habitatae partibus, agnoscemus; in posterioribus alium stadiorum tantummodo quingentorum. Nec sane incomperta erat, etiam vetustioribus, Regio illa Cinnamomifera, quam culti Orbis ultimam censuit Agathemerus, ut iam e Strabone vidimus. Imo Sesostridis ibi monumenta et cippos Inscriptionesque suo quoque etiamnum tempore superfuisse refert Strabo [1]. Proinde non est cur recentiorem illum gradus modum, qui stadia complectebatur duntaxat 500, his in locis obtinuisse opinemur, cuius inventorem Posidonium Philosophum Pompeio Magno coaevum fuisse perhibet idem Strabo [2].

§. 24. Schaeni modus unicus hoc Agathemeri Saeculo in usu fuisse videtur, stadiorum tricenorum, uti etiam Ptolemaei et Marini et Isidori etiam Characeni, reliquis, ut videtur, antiquatis.

Porro observatu dignum est, quod Orbis culti Latitudinem etiam Schoenis designari. Et quidem unius tantummodo generis, stadiorum tricenorum. Nam in stadiis 29000 Schoenos numerat istiusmodi paulo plures 900. Verba sunt: *Σχοῖνοι δὲ ἐκ σταδίων λ'. μικρῷ πλέον ἐννεακόσιοι.* p. 35. Dividantur stadia 29000 et Schoeni prodibunt 966, quorum singuli stadiis constabunt 30. Debebat hoc, ut et alia quoque sua pleraque Scriptoribus, ut videtur, Orientalibus et Parthicis, apud quos Schoenorum usum frequentissimum fuisse, in nostro iam observavimus Isidoro. Una ergo innuit noster Agathemerus, alios quoque in Oriente receptos fuisse Schoenorum modos, et hunc tamen, qui stadia triginta capiebat, omnium fuisse receptissimum. Simile et aliud in Ptolemaeo legimus exemplum, sed Marini, qui et coaevus erat Ptolemaeo, et tamen aetate Ptolemaeo [3] paulo maior. Spatium ille a transitu Euphratis

1) Strab. L. XVII. p. 790. M 2) Strab. L. II. p. 95. — 3) ap. Ptol. Geogr. L. II.

ad turrim lapideam Schoenis conclusit 876, stadiis autem 26280. Hoc idem spatium ad Schoenos duntaxat 8000, stadia autem 24000 contraxit ipse Ptolemaeus[1]. Modum Schoeni utrobique eundem observavit, quem dixi, stadiorum 30, ne de lectione aliqua possit esse suspicio. Haec Parthici Imperii latitudo erat dum limes illius ab Occidente esset Euphrates. Nec sane dum lineam illam eandem persequebatur. Marinus ut terrae cultae Longitudinem ab Occidente ad Orientem usque designaret; Schoenorum tamen ne uspiam meminit praeterquam in hoc spatio quo Parthicum Imperium metiebatur. Inde colligimus ab Euphrate ad turrim lapideam duntaxat in usu fuisse Schoenos. Non item ultra Euphratem versus Occidentem, sed nec versus Orientem ultra turrim lapideam. Prorsus inutilis fuisset Arti Geographicae, ad gradus Longitudinis invicem conferendos, omnis illa spatiorum designatio per Schoenos, si quidem alius fuisset aliusque Schoeni modus, et quidem duplo maior. Nec sane adhibendam fore credibile est, his praesertim recentioribus accuratioribusque Marini atque Ptolemaei temporibus, quibus, propter ipsa viarum publicarum divertigia, spatia recepta contrahenda videbantur, et quidem intra limites longe, quam si recta processissent, arctiores. Maior enim discrepantia futura erat in Schoenis quam in viarum illis divertigiis. Sic ergo se rem habuisse verisimillimum est in Schoenis Parthicis de quibus agit noster Isidorus. Nec sane aliter vel Itinerarii vicem praestare poterant Isidori Mansiones, si tam incerti fuissent, cum ipse scriberet, quam olim, Schoeni. Praesertim, cum ne semel quidem Lectorem monuerit de aliqua Schoeni discrepantia. Sed vero, ubi copiosior est Schoenorum numerus, ibi de mansionum paucitate monendum censuit. Hac nempe, ut videtur, causa, ut Lector intelligeret, nullas ibi fuisse, ubi commode pernoctari posset, mansiones, ut proinde sub dio, vel in tentoriis, pernoctandum esset. Caeterum ubi frequentes occurrunt mansiones, ibi nullam legimus plusquam Schoenorum sex,

1) Ptol. Geogr. l. 12.

quae gradus militaris iter fere diurnum est, quale describitur a Vegetio, pro hoc Schoeni modo, qui stadiis respondet 30. Proclive autem erat, ut hunc potius modum, quam alium quemvis, deligendum censerent, ad quem reliqui omnes redigerentur, cum iam constaret, necesse esse ut ad unum aliquem certumque modum omnes redigerentur. Erat enim hic Parasangae modus apud Persas antiquissimus receptissimusque, ut supra iam in Isidoro [1] probavimus. Imo alium nullum fuisse olim docuit Herodotus. Eiusdem ergo modi Schoenum in illius locum successisse consentaneum erat, quem ne quidem apud Aegyptios exemplo caruisse ibidem evicimus. Imo a Pelusio ad Memphim non alium fuisse receptum fatetur ipse Strabo. In illa nimirum Aegypti parte, in qua sedem Regiam habebant Ptolemaei, urbem nempe Alexandrinam. Quis autem dubitet, quin, cum de concordia ageretur, Regiae Urbis exemplo parere oportuerit reliquos Aegypti nomos? Ita se rem habuisse ex alio colligimus exemplo Marini atque Ptolemaei, qui Schoenis non aliis quam stadiorum tricenorum Orbis habitabilis Latitudinem metiuntur, a Meridie scilicet ad Septentrionem. Huius enim lineae rigor (ut pro Grammaticorum sermone loquamur) per Aegyptum, minoremque, quam appellant, Asiam ducta, ad alterutrius exemplum Schoenis metiendus erat, in quibus locum vel praecipuum habebant Schoeni stadiorum tricenorum. Itaque non alios fuisse Schoenos arbitror, quibus mansiones suas emensus est Isidorus, et rari adeo exempli tum fuisse alios, vel forte penitus in desuetudinem abiisse. Nec puto facile repertum iri auctorem Isidoro iuniorem, qui alterius modi Schoenos quasi etiamnum usurpatos memorarit.

1) De Isid. Characen. §. 12.

ΑΓΑΘΗΜΕΡΟΥ

ΤΟΥ ΟΡΘΩΝΟΣ

Τῆς Γεωγραφίας ὑποτυπώσεων ἐν ἐπιτομῇ

ΒΙΒΛΙΟΝ ΠΡΩΤΟΝ.

ΚΕΦ. α'.

Περὶ τῆς τῶν παλαιῶν Γεωγραφίας [1].

Ἀναξίμανδρος ὁ Μιλήσιος, ἀκουστὴς Θάλεω [2], πρῶτος ἐτόλ-

AGATHEMERI

ORTHONIS FILII

Geographiae expositionum in epitome redactae

LIBER PRIMUS.

CAPUT I.

De veterum Geographia.

Anaximander Milesius, Thaletis auditor, sustinuit omnium

1) Et hoc lemma est Vendelini, de schedii fide repraesentatum. Nam ut modo dixit, prior libellus in MS. est ἀκέφαλος. Tennul. qui ipse scripsit ἀκεφάλαιος. Conf. Holstenii notitiam libro praemissam, qui Vendelini auctoritatem confirmat.

2) Anaximander invenit Gnomonem et Sphaeram, Plin. lib. VII. 56 [57. 78.] in Astrologia, et statuit, teste Theone Smyrnaeo: terram in sublimi pendentem, [Diogene] Laërtio: Manere medio loco, centri instar constitutam circa mundi medium. Praedixit et Lacedaemoniis terrae motum [Cic. de div. I. 50. Plin. hist. nat. II. 81,]. Tennul. Anaximander, philosophiae ionicae disciplinae addictus, naturam ipsam perscrutari studuit. Neque Thaletis Discipulum, neque eius successorem fuisse in docenda philosophia docuit H. Ritter, v. Gruberi et Erschii Encyclopaediam Vol. IV. p. 4. Cf. Diogen. Laert. I. 13. 14. 122. Simplic. in Aristot. phys. fol. 6; de coelo fol. 151. Suidas s. v. Strabo I. p. 7. Post Pherecydem primus fuit Anaximander, qui oratione soluta in describenda natura usus est, Themist. or. 20. Itaque Plinius eum appellat Milesium Physicum, II. 81: cf. II. 78. XVIII. 57. — Notitiam, quam Tennullius proposuit ex Theone Smyrnaeo, non invenies in eiusdem libro, qui solus editus prostat.

μησε τὴν οἰκουμένην ἐν πίναξι γρά[-2]ψαι[1]. Μεθ' ὃν Ἕκα

primus situm orbis terrarum in tabula pingere. Post quem He-

Fortasse est Theonis Smyrn. liber περὶ ἀστρονομίας, qui adhuc ineditus latet in Bibl. Scorialensi, et Parisiis servatur in Bibl. Regia. Hunc libellum transcripsit Ianus Bake, V. Cl. V. de Gelderi Prolegom. ad Theonem Smyrn. p. XXXV sqq. In hoc enim libro citantur Adrasti et Platonis, rarius Eratosthenis, Archimedis et Dicaearchi nomina; deinde integri trium poetarum Alexandri Aetoli, Ibyci et Arati versiculi exhibentur; nec deest Pythagorae, Hipparchi, utriusque commentatoris in Aristotelem, nempe Eudoxi et Calippi, porro ipsius Aristotelis, Menechmi, Derbyllidis, Eudemi, Oinopidis, Thaletis, Anaximandri, Anaximenis', Thrasylli commemoratio. Totus liber exit in relatione sententiarum Sereni philosophi. Ceterum liber triginta et duobus capitibus absolvitur. Utinam Backius hunc librum Theonis edat!

1) Eadem testatur in vita eius [Diogenes] Laertius [II. 1:] γῆς καὶ θαλάσσης περίμετρον πρῶτος ἔγραψε [, ἀλλὰ καὶ σφαῖραν κατεσκεύασε]. Atqui Homerus, ut nullam Philosophiae partem intactam reliquerat, teste Strabone [I. p. 7] de Geographia disputavit ante Anaximandrum; sed aliud agens; praeterea nullas mappas Geographicas pinxit, ut Anaximander. Tennul. qui Strabonis notitiam, quam apud illum de Homero l. l. legimus, non recte intellexit. Homerus enim non de Geographia disputavit in singulari libro, sed Strabo ad poetae carmina respicit, ubi multae regiones et populi appellantur. Groskurdius in notis, quae ad versionem Strabonis libri germanicam addidit, σφαῖραν esse „ein Erdglobus" dicit; sed errasse videtur, et verbum illud potius ad veterum astrologiam esse referendum, si conferas Plinii (h. nat. XVIII. 57) verba haec: Occasum matutinum Vergiliarum Hesiodus (nam huius quoque nomine exstat Astrologia) tradidit fieri, quum aequinoctium autumni conficeretur: Thales vigetimo quinto die ab aequinoctio, Anaximander vigesimo nono: Euctemon XLVIII. Deinde alio loco (II. 6): Circulorum quoque coeli ratio in terrae mentione aptius dicetur, quando ad eam tota pertinet, Signiferi modo inventionibus non dilatis. Obliquitatem eius intellexisse, hoc est, rerum fores aperuisse, Anaximander Milesius traditur primus, Olympiade quinquagesima octava. Signa deinde in eo Cleostratus, et prima Arietis ac Sagittarii. Sphaeram ipsam ante multo Atlas. Nunc relicto mundi ipsius corpore, reliqua inter coelum terrasque tractentur. Ex his colligo, astronomiae rationem in describenda vel depingenda terra respexisse Anaximandrum. Itaque Uckerti sententiae adsentiri nequeo, quam in libro: Untersuchungen über die Geographie des Hekataeus und Damastes. Weimar. 1814, p. 28 de Anaximandri imagine terrae proposuit, dicens: „Er war auch, so weit unsere Nachrichten reichen, der erste unter den Griechen, welcher die Erde auf einer Fläche bildlich darstellte. Seine Ansichten mochten jedoch nicht sehr von dem abweichen, was die Homerische Geographie gab; daher auch Strabo den Ionischen Sänger erhebt, indem er angiebt (l. l. Diog. Laert.

ταῖος ὁ Μιλήσιος, ἀνὴρ πολυπλανὴς, διηκρίβωσεν, ὥστε θαυμασθῆναι τὸ πρᾶγμα[2]. Ἑλλάνικος γὰρ Λέσβιος ἀνὴρ πολυΐστωρ ἀπλάστως[3] παρέδωκε τὴν ἱστορίαν.

cataeus Milesius, vir multae peregrinationis, idem argumentum tam accurate tractavit, ut in admirationem venerit. Nam Hellanicus Lesbius, vir doctissimus, sine tabula historiam tradidit.

l. l. Eustath. ad Dionys.): „ihm wären so treffliche Männer und so ausgezeichnete Philosophen gefolgt, wie Anaximander in seiner Welttafel, und Hekataeus in seiner Beschreibung, was auch selbst Eratosthenes zugeben müsse.“ Anaximanders Zeitgenosse Pherekydes wich darin besonders von ihm ab, dass er den Okeanos nicht mehr für einen Strom, sondern für ein Meer erklärte. (Schol. ad Apollon. Rhod. IV. 1396. Athen. XI, 6).“ Strabo non dicit, Anaximandrum et Hecataeum secutos esse Homerum re, sed dicit, potius tempore eum secutos esse. Conf. Strab. II. p. 78 et p. 68, ubi de tabulis vetustis (οἱ ἀρχαῖοι πίνακες) agit, quas Eratosthenes correxit. — Creuzer ad: Historicorum Graecorum antiq. fragmenta p. 10. haec dicit: „Ad illud ἐν πίνακι γράφαι laudat Abrah. Gronovius in notis mscr. (adscriptis margini exempli Geographicorum antiq., quo ego utor) hunc Luciani locum Contempl. πόλεις καὶ ὄφη ἐν γραφαῖς ὁρᾷν. Quod Propertius IV. 3, 35 sic declarat: pictos ediscere mundos.“ H. Ritter de Anaximandri philosophiae doctrina l. l. haec docet: „Die Erde scheint er sich walzenförmig gedacht zu haben (Plutarch. apud Euseb. praepar. evang. l. 8; Diogen. Laert. II. 1): in der Mitte [der Himmelskugel] ruhig schwebend wird sie durch den gleichmässigen Abstand [von dem umschliessenden Himmelgewölbe] gehalten (Aristot. de coelo 2, 13. Plin. h. nat. II. 44. Simpl. de coelo fol. 126).“ — Ceterum ex Plinii loco h. nat. IV. 20 non temere fortasse colliges, si dicas, Anaximandrum tabulae suae geographicae addidisse notitiam terrarum verbis descriptam. Plinius enim dicit, Anaximandrum Cretae insulae nomen ab Hesperidis filia derivasse.

2) De Hecataeo conf. Strab. I. p. 7, qui idem fere ac Agathemer dicit. Creuzerus V. Cl. l. l. eandem rem tractavit, et Klausenius ad Hecataei fragmenta p. 13 haec disputavit: „Περίοδος γῆς, Descriptio orbis terrarum, etiam περιήγησις vocata, duos continebat libros, quorum prior, περιήγησις Εὐρώπης, omnes, quae Hecataeo innotuerant, Europae regiones et populos cum omnibus maris Aegaei insulis praeter paucas quasdam Asiae litore tam prope adiacentes, ut ab eius descriptione divelli non possent, exhibebat, alter Asiam cum Aegypto et Libya. Borealem enim orbis terrarum partem communi Euroropae nomine designavit scriptor, australem Asiam dixit: fines utriusque statuens in Caucasio iugo, ultra quod Persarum ditio, quae omnem comprehendebat Asiam praeter Libyae partem occidentalem et australem, non pertinebat.“ et p. 17, sq. de Hecataei ratione, quam in describenda terra secutus est, haec: „Populum primo commemorabat, id quidem locutione admodum simplici — deinde urbes, aeque simpliciter — interdum breviter addit, ex quanam gente oriundi sint inco-

Ὁ ἕκτος μετ' αὐτὸν, ὁ καὶ διὰ Συήνης γραφόμενος καὶ ὑπὸ τὸν θερινὸν τροπικὸν, ἀπέχων καὶ οὗτος μοίρας μὲν κ γ'. ½ δ', διαφέρων δὲ τοῦ Ἰσημερινοῦ ὥρᾳ μιᾷ καὶ ἡμίσει. ἐν ᾧ ἐστι δεύτερον κλίμα. ἔχει δὲ μῆκος σταδίων μυριάδων ὀκτὼ καὶ β τ λ ς'[1].

Εἶτα ὁ ἕβδομος, ἀπέχων μοίρας κ ζ'. ½, ὥραν δὲ α'. ½. δ'.

Ὁ ὄγδοος, ὁ καὶ δι' Ἀλεξανδρείας, ἀπέχων μὲν κ'. γ', ὥ-

illi longitudinem possideat; neque illo quicquam australius in mortalium notitiam pervenit.

Inter illum et aequinoctialem est medius alter parallelus ab Aequatore distans gradibus octo minutis 25, et dimidium horae largiens. Ergo unius differentiam horae ex altera parte invenimus esse 16 graduum et 25 minutorum. Nunc vero istorum parallelorum australium nempe per Meroen propter parallelum mentione facta inceptum cursum persequamur.

Quintus ergo post parallelum per Meroen describitur in distantia graduum 20, minutorum 15, longiorem hora 1 et minutis 15 diem exhibens.

Huic proximus sextus, per Syenen describitur et sub ipso tropico aestivo, distans et ipse gradibus 23, minutis 45, aequinoctialem superans hora una cum semisse: quo in loco statuitur secundum clima. Habet autem hic parallelus longitudinem stadiorum 82336.

Septimus in ordine distat gradibus 27, minutis 30, et differt excessu unius horae et minutorum 45.

Octavus autem, qui et per Alexandriam, abest gradibus 30,

1) 82336. Hinc corrigendus numerus apud auctorem lib. II. cap. 13. Ubi longitudo terrae ilsdem 23 gradibus et 45 minutis subiecta describitur in MS. literis paene exolescentibus. Tonnul.

ρας δὲ β΄. ἐν ᾧ τὸ τρίτον κλίμα. [31] Ὅρα μοι τὴν τῆς ὥρας ἐνταῦθεν διαφορὰν μοιρῶν οὖσαν ιγ΄. ϛ΄ γ΄. ιβ΄.

Ὁ ἔννατος, ἀπέχων μοίρας μὲν λ γ΄. γ΄, ὥρας δὲ β΄ καὶ δ΄.

Ὁ δέκατος, ὁ καὶ διὰ Ῥόδου, ἀπέχων μοίρας μὲν λ ϛ, ὥρας δὲ β΄, ϛ΄. ἐν ᾧ τὸ τέταρτον κλίμα, οὗ τὸ μῆκος σταδίων μυριάδων ζ΄ καὶ βωιβ΄ ἔγγιστα[1].

Ὁ ἑνδέκατος, ἀπέχων μοίρας μὲν λή. ϛ΄. ιβ΄, ὥρας δὲ β΄. ϛ΄. δ΄.

Ὁ δωδέκατος, ὁ καὶ δι' Ἑλλησπόντου, ἀπέχων μοίρας μὲν μ΄. ϛ΄. γ΄. ι β΄. ὥρας δὲ γ΄. ἐν ᾧ τὸ πέμπτον κλίμα. Ἰδοὺ καὶ ταύτης τῆς πρὸς Βορρᾶν τρίτης ὥρας διαφορὰν μοιρῶν ί. ϛ΄. ιβ΄.

Ὁ τρισκαιδέκατος, ὁ διὰ Βυζαντίου γραφόμενος, ἀπέχων μοίρας μὲν μ γ΄. ιβ΄. ὥρας δὲ γ΄ καὶ δ΄.

Ὁ τεσσαρακαιδέκατος, ὁ καὶ διὰ μέσου Πόντου, ἀπέχων μοίρας μ ε΄, ὥρας δὲ γ ϛ΄. ἐν ᾧ τὸ ἕκτον κλίμα.

Ὁ πεντεκαιδέκατος, ὁ καὶ διὰ Βορυσθένους, ἀπέχων μοι-

minutis 20, et duabus horis; ubi iam tertium clima. Hic animadverte alterius horae incrementum nasci intra gradus 13 et minuta 55, cum prioris fuerint gradus 16 et minuta 25.

Nonus abest gradibus 33, minutis 20, horis 2 et 15 minutis.

Decimus, etiam per Rhodum, distans gradibus quidem 36, horis 2 et semisse: in quo quartum clima. Huius longitudo est stadiorum 72812 admodum.

Undecimus abest gradibus quidem 38, minutis 35, horis autem 2 et minutis 45.

Duodecimus, qui etiam per Hellespontum, abest gradibus quidem 40, minutis 55, horis autem tribus, ubi quintum clima. Vide etiam illius tertiae horae ad borean discrimen 10 gradibus, minutis 35.

Tertius decimus per Byzantium descriptus, abest gradibus quidem 43, minutis 5, horis autem 3, minutis 15.

Quartus decimus, qui etiam per medium Pontum, abest gradibus 45, et horis 3 ac 30 minutis, in quo clima sextum.

Decimus quintus, qui etiam per Borysthenem, distat gradi-

1) Distantia Meridianorum, quo magis ab Aequatore recedas, describit Parallelo hoc decimo, qui ducitur per Rhodum, mensuravit autor longitudinem terrae lib. I. cap. 4, ubi iam 68549, iam 72477, iam 71560 stadia, et lib. II. cap. I. 70900 posuit. Tennul.

μας μὲν μ ἡ, ϟ, ὥρας δὲ δ. ἐν ᾧ ἕβδομον κλίμα, καὶ ταύτης δὲ τῆς ὥρας ἡ διαφορὰ μοιρῶν ζ ϟ. ιβ.

[32] Ὁ ἑκκαιδέκατος ἀπέχων μοίρας να. ὥρας δὲ δ. ϟ.

Ὁ ἑπτακαιδέκατος, ἀπέχων μοίρας νδ, ὥρας δὲ ε. ὧδε τὴν τῆς ὥρας διαφορὰν νόει μοιρῶν οὖσαν ε. ϟ.

Ὁ ὀκτωκαιδέκατος ἀπέχων μοίρας νς, ὥρας δὲ ε. ϟ.

Ὁ ἐννεακαιδέκατος, ἀπέχων μοίρας ν ἡ, ὥρας δὲ ς. Κἀνταῦθα πάλιν τῆς ὥρας τὴν διαφορὰν ἴδε μοιρῶν οὖσαν τεσσάρων.

Ὁ εἰκοστὸς, ἀπέχων μοίρας ξ α, ὥρας δὲ ζ καὶ ὧδε ἡ τῆς ὥρας διαφορὰ μοιρῶν γ.

Εἶτα ὁ εἰκοστὸς πρῶτος ὁ βορειότερος, ὁ καὶ διὰ Θούλης γραφόμενος, οὗ βορειότερον οὐδὲν ἐγνωρίσθη παρ' ἀνθρώποις [1], ἀπέχων τοῦ Ἰσημερινοῦ μοίρας ξ γ, ὥρας δὲ ἡ. οὗ τὸ μῆκος

bus 48, minutis 30, quatuor horis, in quo septimum clima. Etiam huius horae differentia intra gradus 7 et minuta 35.

Decimus sextus abest gradibus 51, horis autem 4, minutis 30.

Decimus septimus distat gradibus 54, 5. Hic colliges horis horae accessionem factam spatio 5 graduum et 30 minutorum.

Decimus octavus abest gradibus 56, horis autem 5, minutis 30.

Decimus nonus distat gradibus 58, horis 6. Ubi rursum considera unius horae discrimen factum post solos quatuor gradus.

Vigesimus abest gradibus 61, horis autem 7. Et hic discrimen horarium intra gradus 3.

Tandem vigesimus primus, omnium maxime septentrionalis, per Thulen scriptus, ultra quem nihil magis boreale hominibus compertum: distans ab Aequatore gradibus 63, horis autem octo,

1) Ἐγνωρίσθη παρ' ἀνθρώποις. Dicit nihil ulterius in hominis notitiam pervenisse: ut et p. 210 (ubi iisdem verbis utitur) non praesupponit illum parallelum per Thulen, et ἀντὶ διὰ Μερόης ab hominibus incoli. Nam post decimum septimum parallelum, qui premitur gradibus 54, desinit terra coli; quod probo, quia infra p. 217 dicitur omnis terra inhabitabilis a polo ad gradum 36. Parallelus autem per Thulen distat ab Aequatore non 54, sed 63. gradibus. Hinc facile colligitur cogniti orbis latitudo, quae pag. 200 fuit promissa, et donata gradibus 79. minutis 25. Nimirum ex 63 gradibus, quibus subiicitur parallelus per Thulen, et 16. 25. Paralleli ἀντὶ διὰ Μερόης. Convenit autem autori cum reliquis Geographis, nisi quod quintum clima illi subiiciant Romae ad gradum 41. 20. sextum Borysthenis, ad 45. 24. septimum Ryphaeis montibus ad 48. 40. Tenuit.

σταδίων μυριάδων τεσσάρων, καὶ ω ν δ'. ἐνταῦθα κατήντησεν ἡ τῆς ὥρας διαφορὰ μοίραις δυσίν.

Εἰ οὖν τὰς ἀπὸ τῆς πρώτης καὶ ἕως τῆς ὀγδόης ὥρας προσέχῃς τῶν μοιρῶν ἐλαττώσεις, ἐκ τούτου [33] δυνήσῃ καὶ τὴν τῶν ἡμερῶν αὔξησίν τε καὶ μείωσιν διαγνῶναι.

Ταυτὸν γὰρ δεῖ νοεῖν ἐν ταῖς νυξὶ τοῦ νοτίου πόλου, ὅτε ὁ ἥλιος πρὸς Βορρᾶν ἄνεισι. Πάλιν τε κατὰ τὸ ἀντικείμενον, ὅτε πρὸς Νότον κατέρχεται, ταῖς ἡμέραις μὲν τὴν μείωσιν εἰς τὰ βόρεια, ταῖς νυξὶ δὲ τὴν αὔξησιν γίνεσθαι.

Ἀ Γ Α Θ Η Μ Ε Ρ Ο Υ

ΒΙΒΛΙΟΝ ΔΕΥΤΕΡΟΝ

ΚΕΦ. α'.

Ἀναμέτρησις τῆς ὅλης γῆς.

Ἡ τῆς ὅλης γῆς περίμετρος σταδίων μ έ μυριάδων καὶ β

enius longitudo stadiorum 40854. Ibi occurrit horae discrimen duobus gradibus.

Si itaque a prima et ad hanc octavam horam attente consideraveris graduum imminutiones, ex eo poteris dignoscere dierum incrementa et decrementa.

Etenim idem considerandum est in noctibus Austrini poli, cum Sol ad boream ascendit. Vice versa (ut est contrariorum eadem ratio) cum Sol in austrum descendit, dies versus borealia diminui, et noctes crescere.

AGATHEMERI

LIBER SECUNDUS.

CAPUT I.

Dimensio universae Terrae.

UNIVERSAE terrae ambitus traditus est stadiorum 252000:

d) 252000. Sequitur nunc autor truvium, Strabonem Plinium, Caeratosthenem, Macrobium, Vipellam, quos et Ioannes de Sa-

παραδίδοται. Μέγεθος δὲ τῆς οἰκουμένης τὸ [34] μὲν ἀπ' ἀνατολῆς ἐπὶ δύσιν σταδίων ἀναμεμέτρηται ἑπτάκις μυρίων[1].

Τοῦτο δέ ἐστι τὸ ἀπὸ Γάγγου ποταμοῦ ἐκβολῆς τοῦ ἐν Ἰνδοῖς ἑωτινωτάτου ἐπὶ τὸ δυτικώτατον τῆς ὅλης οἰκουμένης ἀκρωτήριον, ὃ καλεῖται μὲν ἱερὸν, τῆς Λυσιτανίας δέ ἐστιν ἄκρον, τόθ' ἑστὶ τῶν Ἡρακλέους στηλῶν δυτικώτερον σταδίους που τρισχιλίους[2]. Τοῦτο μὲν δὴ τὸ μῆκος τῆς ὅλης οἰκουμένης.

Τόδε πλάτος ἡ πλατυτάτη τυγχάνει οὖσα τρισμυρίων ἀναμετρεῖται σταδίων χιλίων ἕλαττον, ἀπὸ μεσημβρίας ἐπὶ τὰς ἄρκτους. Καὶ τὰ μὲν ἀπὸ τοῦ ἀρκτικοῦ πόλου μέχρι τοῦ ἀρκτικοῦ κύκλου τριάκοντα καὶ ἓξ τμήματα[3] πάντα ἐστὶν ἀοίκητα, διὰ

magnitudo autem eius partis, quae habitatur, habet ab ortu in occasum dimensionem 70000 stadiorum.

Quae numerantur ab ostio Gangis fluminis, apud Indos maxime orientalis, ad maxime occiduum totius habitabilis promontorium, quod vocatur sacrum, et Lusitaniae est promontorium, occidentalius ipsis adeo columnis Herculis circiter in 3000 stadiorum. Haec quidem est totius habitabilis orbis longitudo.

At vero latitudo, qua latissimus est, censetur stadiorum triginta millibus, minus uno millenario, a meridie in septentriones. Et quidem ab ipso polo arctico ad circulum arcticum

tro Bosco autores habet. Ut ex divisore 360 et dividendo 252000 numeris resultaret quotiens rotundus 700 stadia respondentia uni gradui. Sed Philander ex Cleomede notat Eratosthenem posuisse 250000 stadia, et dedisse uni gradui 694⅔. — Ut reliquorum sententias (nam citius inter Philosophos conveniet, quam horologia) mittam, Ptolomaeus ambitui terrestri 22500 miliaria, hoc est, 180000 stadia, et uni gradui 500 attribuit. Communior est mensura accuratissimi Geometrae Lansbergii attribuentis toti aequatori tantum 172800, singulis partibus 480 stadia, vel 15 miliaria Germanica, milliaribus singulis 32 stadia, vel 4 millia passuum. Alfraganus quem in dimensione terrae saepe et Ioannes de Sacro Bosco sequitur, descripsit gradum in 56⅔ millia, sive 453⅓ stadia. Tennul. Hipparchus etiam illam mensuram, ut Eratosthenes, recepit; gradus quisque continebat 700 stadia. Strabo II. p. 113. 116. 132. V. supra p. 205-209 sq. al. Omnia sunt Eratosthenis. Nescio quomodo tam diversa consarcinata sint.

1) 70000. Plinius lib. 4. 109 facit 69480 stadia, sive 8985 millia passuum. Tennul. Cf. Strab. I. p. 64 qs. II. p. 105. 106. 113. 114.

2) Idem legis apud Marcianum p. 39 sq. ed. nostr. Strabo autem praebet 3500 stadia III. p. 137. V. supra p. 308 sq.

3) Nil ultra 54 gradum prioribus seculis cultum facile conceditur. Sed quis unquam fando accepit inter circulum arcticum et polum arcticum esse distantiam 36 partium, cum circulus

κρύος. στάδιοι δ' εἰσὶν οὗτοι διαμύριοι καὶ ρ καὶ σ'. Λείπεται δέ ἐστι καὶ τὰ ἀπὸ τοῦ Ἰσημερινοῦ ἐπὶ σταδίους η[4]· ἧ ἀρχὴν τῆς καθ' ἡμᾶς οἰκουμένης ὑποτιθέμεθα, καθάπερ κατ' ἄρκτους τὰ μετὰ τὸν ἀρκτικὸν εὐθέως κύκλον[5].

Ὥστε τοὺς πάντας τῆς δὲ ἐπιφανείας ἀοίκους συνάγεσθαι σταδίους τρισμυρίους καὶ ε'[6]. Λοιπὸν οὖν καταλείπονται οἰκήσιμοι ὑπὸ τὴν εὔκρατον πεπτωκότες στάδιοι διαμύριοι καὶ ϐ, [35] ἅπερ ἐστὶ μίλια μὲν γχ ϗ ε', σχοῖνοι[7] δὲ ἐκ σταδίων λ',

sunt sectiones 36, omni ex parte inhabitabiles propter frigus, per stadia 25200. Etiam inhabitabilia sunt spatia ab aequinoctiali ad 8000 stadia, ubi demum initium a nobis habitati orbis supponimus, sicut et versus septentriones post arcticum illico circulum.

Ita ut ferme huius superficiei inhabitata stadia 36000 colligantur. Quare superest, ut sub temperata habitari credantur stadia 29000, quae sunt millia passuum 3625, schoeni vero sta-

arcticus a mundi polo distet, quantum ecliptica ab Aequatore? Verum si 36 gradus' conficiunt 25200, ergo uni cedent 700 stadia, et sic putanda erit ratio.

Gradus faciunt	stadia	
36 . . .	25200.	inculta
12¼ . . .	8800.	
41¼ . . .	29000.	habitabilia.
90 . . .	63000.	Tennul.

4) *Σταδίους η.* Puto legendum *σταδίους η καὶ Φ'.* Tennul.

5) V. Dodwelli diss. §. 23.

6) *Τρισμυρίους καὶ ε'.* L. *Τρισμυρίους καὶ δ'.* Faciunt enim 8800 et 25200. simul 34000. Tennul. Hanc Tennulii emendationem confirmat Dodwellus diss. §. 33.

7) *Σχοῖνοι.* Schoenus est Herodoto lib. 2. cap. 6. sexagenorum stadiorum, duarum Parasangarum, ut et Hermogeni in libello *περὶ μεθόδου δεινότητος*, ostendenti esse verbum Aegyptium, quemadmodum Parasangas Persicum est. Strabo lib. XI. Schoenum facit 40 stadiorum pag. 530 sed lib. 17. pag. 804 et lib XI. p 518 profitetur esse diversam Schoenorum mensuram se expertum, cum Artemidoro, qui stadiorum 120 et 60 et 30. Schoenum invenit. Plinius lib. 12. cap. 15: Schoenus patet Eratosthenis ratione stadia XL., hoc est, pass. quinque M. aliqui xxxii. stadia singulis Schoenis dedere. Sed idem statuit cum Agathemero Schoenum esse triginta stadiorum lib. V. cap. 10. Hoc ipsum statuunt et recentioris aevi scriptores. Hero in suis *γεωμετρουμένοις* (quod opus propediem dabo) *ὁ σχοῖνος μίλια δ' καὶ ὁ παρασάγγης τέσσαρα.* Verum si Schoenus, inquit, constat quatuor triginta duo stadia, continebit quatuor millibus, continebit quatuor triginta duo stadia. Respondeo, plerique recentiorum singulis millibus non octo stadia, sed septem et semissem dederunt, ut noster auctor lib. II. cap. 14. Sic Vossius adducit ex Herone: *Σχοῖνος ἔχει μίλια τέσσαρα, σταδίους τριάκοντα.* Item: *Ὁ παρασάγγης ἔχει μίλια τέσσαρα, σταδίους τριάκοντα.* Tennul. V. Dodwelli diss. §. 24.

μυριῶν πλέον ἐντακόσιοι, ὁ δὴ καὶ πλάτος ἐστὶ τῆς καθ' ἡμᾶς οἰκουμένης.

ΚΕΦ. β'.

Περὶ διαιρέσεως τῆς οἰκουμένης.

Διαιρεῖται δὲ ἡ ὅλη οἰκουμένη εἰς ἠπείρους τρεῖς, Ἀσίαν τε καὶ Λιβύην καὶ Εὐρώπην. ἡ δὲ διαίρεσις ἰσθμοῖς ἢ πορθμοῖς [1]. Καί εἰσιν ὅροι τῶν ἠπείρων, τῆς μὲν Εὐρώπης πρὸς τὴν Λιβύην στῆλαί τε καὶ πορθμὸς Ἡράκλειος, δι' οὗ ἡ καθ' ἡμᾶς εἰσχεῖται θάλασσα. Τῆς δὲ Ἀσίας πρὸς τὴν Εὐρώπην ἰσθμὸς, ὃς ἀπὸ τοῦ μυχοῦ τῆς Μαιώτιδος λίμνης ἐπὶ τὴν πρὸς ἄρκτους θάλασσαν διήκει. Διαῤῥεῖ δὲ τὸν ἰσθμὸν τοῦτον ποταμὸς Τάναϊς [2]. Χωρίζεται δὲ καὶ ἡ Ἀσία τῆς Λιβύης ἰσθμῷ πάλιν στενῷ. Τοῦτον δὲ ἡ ἀπὸ τῆς κατὰ τὸ Πηλούσιον θαλάσσης ἐπὶ τὸν μυχὸν ἀνιοῦσα τοῦ Ἀραβίου κόλπου γραμμή. Οἱ μέντοι παλαιοὶ [3] τήν τε Λιβύην καὶ τὴν Εὐρώπην, ὥσπερ μίαν οὖσαν, συναμφοτέρας ἐπάλουν ἐνὶ καὶ μόνῳ τῷ τῆς Εὐρώπης ὀνόματι.

diorum tricenum singuli, paulo plures quam 900: quae et ipsa est latitudo habitati nostri orbis.

CAPUT II.

De divisione orbis habitabilis.

Dividitur vero universus orbis in tres continentes, Asiam, Africam et Europam; quae divisio isthmis vel fretis peragitur. Et termini continentium sunt, Europae ad Africam columnae et fretum Herculeum, per quod infunditur mare nostrum: Asiae ad Europam isthmus, qui a Maeotidis paludis recessu in mare boreale porrigitur: quem isthmum fluvius Tanais rigat. Etiam Asia ab Africa dividitur angusto iterum isthmo, quem ducta a mari prope Pelusium ad intimam sinus arabici partem linea designat. Veteres tamen Africam et Europam, velut quae una esset, utramque simul uno et solo Europae vocabulo appellabant.

1) Iam Eratosthenes hanc rem, qui in controversia erat, eodem fere modo tractavit, ut ex Strabone I. p. 65 videmus.

2) Conf. Strab. VII. pag. 310. 311. XI. p. 490 init. 491. 492. XII. p. 454 al. Plin. h. nat. IV. 24.

3) Idem plane dicit Gergraphus Nubiensis. V. Cl. Dom. Hyde ad Peritsoli itinera mundi p. 14. Hoda. V. supra p. 290.

[36] ΚΕΦ. γ'.

Πῶς ἔχουσι σχέσεως αἱ τρεῖς ἤπειροι πρὸς τὸν ὁρίζοντα κύκλον τῆς οἰκουμένης.

Πάλιν δὲ τῶν τριῶν ἠπείρων ἡ μὲν Εὐρώπη πρὸς ἄρκτους καὶ δύσεις ἐστὶ πᾶσα· ἡ δὲ Λιβύη πρὸς μεσημβρίαν καὶ δύσιν. Ἡ δὲ Ἀσία πρὸς τὰς ἀνατολὰς κειμένη ἀντιπαρήκει ταῖς δύο παρίσῃ. Ἀπὸ γὰρ τῶν βορειοτάτων ἐπὶ τὰ νοτιώτατα τῆς ἐγνωσμένης ἐκτείνεται.

ΚΕΦ. δ'.

Περὶ τῶν κατὰ τὴν Εὐρώπην ἐθνῶν [1].

Τούτων ἐκκειμένων ὑπογραψόμεθα ὀλοσχερῶς κατὰ τὸ τυπωδέστατον τὰ καθ' ἑκάστην ἤπειρον ἔθνη, καὶ τὰς ἐμπεριεχομένας θαλάσσας, ὡς δύνασθαι ῥᾳστά τινα, διὰ τῆς πρὸς ἀλλήλας σχέσεως αὐτῶν, τὴν ὅλην οἰκουμένην μηδὲν εἰκόνος διηθέντα τῷ νῷ περιαρθρῆσαι. Ἔστι τοίνυν κατὰ τὸ κεφαλαιῶδες ἐν μὲν τῇ Εὐρώπῃ ἔθνη τάδε· Ἱσπανίαι τρεῖς, ἃς Ἰβηρίας πρότερον ἐκάλουν. Αὗται δὲ χερρονήσου δίκην περιῤῥέονται ὑπὸ

CAPUT III.

Quam habitudinem sint sortitae tres continentes ad horizontem circulum orbis habitabilis.

Iterum vero istarum trium continentium Europa quidem tota vergit in septentriones et occasus; Africa in meridiem, et occidentem; Asia vero in orientem porrecta, praetexitur duabus ex aequo. Namque a borealissimis partibus ad australissimas cognitae terrae extenditur.

CAPUT IV.

De gentibus Europaeis.

Explicitis his describemus, quam possimus simplicissime et expresse, gentes cuiusque continentis, et maria illas terras pulsantia; ita ut aliquis facillime possit per habitudinem aliarum ad alias totum orbem mente circumaspicere, imagine non indigena. Summatim itaque gentes in Europa sunt hae: Hispaniae tres, quas prius appellabant Iberias. Hae autem circumlountur

1) De terris et populis Europae, Libyae, et Asiae conf. Strab. IV. p. 127 sqq. et Niceph. Blemmyd.

θαλάσσης κατὰ σφόδρα στενὸν ἰσθμὸν [2], ἐφ' οὗ τὰ Πυρηναῖά ἐστιν ὄρη, ἀφαιρούμενα τὰς Γαλλίας ἀπ' αὐτῶν. Καὶ ἔστιν ἡ μὲν Λυσιτανία [37] πρὸς τῷ δυσμικῷ Ὠκεανῷ. ἡ δὲ Βαιτικὴ κατὰ τὴν ἐντὸς θάλασσαν, ὀλίγον τι καὶ τῆς ἔξω μετὰ τὸν πορθμὸν ἐπιλαμβάνουσα. Ἡ δὲ Ταῤῥακωνησία διήκει ἀπὸ τοῦ Ὠκεανοῦ καὶ τῆς ἐκτὸς θαλάσσης ἐπὶ τὴν ἐντὸς θάλασσαν [1].

Τῶν δὲ Γαλλιῶν, ἃς πρότερον Γαλατίος [2] ἔλεγον, ἑξῆς κειμένων, ἡ μὲν Ἀκουιτανία, καὶ Λουγδουνησία, καὶ ἡ Βελγική, ἐν ᾗ εἰσὶν αἱ δύο Γερμανίαι πρὸς τὴν ἐκτὸς νενευκυῖαι θάλασσαν. Ἐπιλαμβάνουσι μέντοι ὅσον πλεῖστον τῆς μεσογαίου, καὶ μάλιστα ἡ Λουγδουνησία [3]. Πρὸς δὲ τὴν ἐντὸς θάλασσαν ἀντιπαρατείνουσα ταύταις ἡ Ναρβωνησία κεῖται.

Πάλιν δὲ μετὰ τὴν Βελγικὴν πρόσεισιν ἐπ' ἀνατολὰς συχνὸν ὅσον ἡ Γερμανία [4], νενευκυῖα καὶ αὕτη πρὸς τὴν ἐκτὸς

mari ad modum peninsulae prope perangustum isthmum, in quo sunt montes Pyrenaei, qui Gallias ab illis separant. Et Lusitania quidem occidentali Oceano adiacet; Baetica vero mari interno, aliquantulum tamen etiam maris externi post fretum particeps. Denique Tarraconensis pertinet ab Oceano et externo mari ad mare internum.

Galliarum vero, quas Galatias prius vocabant, deinceps positarum Aquitania, et Lugdunensis, et Belgica, quae complectitur duas Germanias in mare externum tendentes. Interim plurimum mediterraneae regionis occupant, praesertim Lugdunensis; Narbonensis vero tribus illis praetenta adiacet mari interno.

Post Belgicam iterum sequitur ad orientem procedens pluri-

2) V. p. 38 Marciani Heracl. Huds. Ubi v. nos de nominibus Iberia et Hispania.

1) Tum tempore Hispania tribus provinciis partita fuit. Conf. Dodwellii diss. §. 8, et nos ad Marcianum p. 106.

2) Galatias. Natus est ex Hercule, cum in Gallis Alesiam conderet, et nobilissima ac pulcherrima virgine Galates, a quo omnis terra est appellata Galatia. Diod. Sic. lib. 5. cap. 24. Περιβόητος δὲ γενόμενος ἐπ' ἀνδρείᾳ, τοὺς ὑπ' αὐτὸν τεταγμένους ὠνόμασεν ἀφ' ἑαυτοῦ Γαλάτας, ἀφ' ὧν ἡ σύμπασα Γαλατία προσηγορεύθη. Verum D. Eucherius Episc. Lugdunens. cap. 4. de Gentibus Galli a candore corporis primum Galatae sunt appellati, e quibus populi quondam in Orientis longinqua migrantes primum Gallo-Graeci; nunc antiquo Gallorum nomine Galatae vocantur. Tennul. V. Dodwellii diss. §. 9, et nos ad Marcianum p. 120 sq.

3) Lugdunensis. Caesar vocat Celticam. Alias Lugdunensis, teste Ammiano lib. XV. cum Viennensi continebatur intra Narbonensem. Tennul.

4) ἡ Γερμανία eadem est terra, quam Marcianus p. 129 al. ἡ με-

Θάλασσαν. Μετὰ δὲ τὴν Ναρβωνησίαν ἡ Ἰταλία περιεχομένη δύο θαλάσσαις.

Ὁρίζεται δὲ ἡ μὲν Γερμανία τῷ Ῥήνῳ ποταμῷ, ὃς ὁρμηθεὶς ἀπὸ τῶν ὑπὲρ τὰς Ἄλπεις ὀρῶν εἰς τὴν ἐκτὸς ἐκδίδωσι θάλασσαν· ἡ δὲ Ἰταλία πρὸς τὴν Ναρβωνησίαν τοῖς παραλίοις Ἄλπεσιν. αὗται δὲ ἀνιοῦσαι [38] πρὸς ἄρκτους, εἶτα πρὸς ἀνατολὰς ἐπιστραφεῖσαι καὶ τὴν λοιπὴν Ἰταλίαν ἀπὸ τῶν ὑπερκειμένων ἐθνῶν χωρίζουσιν.

Οὐ πρὸ πολλοῦ δὲ τῶν τοῦ Ῥήνου πηγῶν τὰς ἀρχὰς ἔχων ὁ Ἴστρος, ὃν μέχρις Οὐινδοβούνης πόλεως Δανούβιον καλοῦσιν, ὁρίζει τὴν Γερμανίαν πρὸς τὰ ὑποκείμενα ἔθνη, Ῥαιτίαν, καὶ Οὐινδελικίαν, καὶ Νωρικὸν[1], ὑπὲρ τὰς Ἄλπεις καὶ τὴν Ἰταλίαν κείμενα· Ἐκτὸς δὲ τῶν Ἀλπέων τὰς δύο Παννονίας[2], ἐφ' ἃς ἐστι μετὰ τὰ ἀνατολικὰ, ἡ Δαλματία[3] καλεῖται. Τῆς Γερμανίας μετὰ τὸν Οὐϊστούλαν ποταμὸν ἔχεται ἡ Σαρματία ἀναλαμβάνουσα πολλὴν γῆν καὶ πολλὰ ἔθνη, καὶ τῆς ἑτέρας ἠπείρου, μένουσα δέ πως ἀποτερματίζει τὴν παρὰ Εὐρώπην λίμνην τὴν Μαιώτιδα. Εἶτα μετὰ τὸν ἰσθμὸν τῆς Ταυρικῆς χερρονήσου

mum quantum Germania, et ipsa in mare externum tendens. Post Narbonensem Italia, quam duo maria cingunt.

Terminatur autem Germania flumine Rheno, qui ex montibus transalpinis exoriens in externum mare se exonerat: Italia vero versus Narbonensem, Alpibus maritimis. Hi montes recte in septentriones porrecti, deinde in orientem conversi separant reliquam Italiam a conterminis populis.

Non multum vero ante fontes Rheni originem ducens Ister, quem usque ad urbem Vindobonam Danubium appellant, terminat Germaniam a vicinis gentibus, Rhaetia, Vindelicia, et Norico supra Alpes et Italiam positis: extra Alpes vero duas Pannonias, quibus contermina ad ortum est, quae appellatur Dalmatia. Germaniam excipit trans Vistulam fluvium Sarmatia plurimas terras et gentes complexa, etiam alterius continentis; tamen quodammodo manens terminat Maeotin paludem versus Europam. Deinde

γάλη Γερμανία sive alii: „Germania omnis" dicunt.

1) Conf. librum prae ceteris laudandum: Das Römische Noricum, quem Alb. Muchar V. excell. edidit Grätz 1825 sq. 8. II. Voll.

2) Ptolemaeus primus est, qui Pannoniam in superiorem et inferiorem dividit II. 15. 16. Eandem distributionem habet Agathemerus, v. mox p. 39.

3) Strab. VII. p. 314 et 317, ubi autem extensionem Pannonicorum populorum indicat: πρὸς νότον μὲν μέχρι Δαλματέων καὶ Δαλματίας.

αὕτη δὲ ἔκκειται, πορθμὸν πρὸς τὴν Ἀσίαν ποιοῦσα τὸν καλούμενον Κιμμέριον Βόσπορον. Ἀπολαμβάνει τοῦ Πόντου τὰ μέχρι Βορυσθένους ποταμοῦ.

Καὶ ἔστιν ὑπὸ μὲν τὰ δυτικώτατα τῆς Σαρματίας ἐπὶ Νότον κατιοῦσα μετὰ τοὺς Ἰάζυγας τοὺς Μετανάστας[4] ἡ Δακία, ὁριζομένη καὶ αὕτη τῷ Ἴστρῳ[5]. ὑπὸ δὲ τὰ λοιπὰ καὶ πρὸς ἀνατολὰς ὑποβέβληται ἡ κάτω Μυσία, ἐπιλαμβάνει δὲ καὶ αὕτη συχνόν τι καὶ τῆς ὑπὲρ τὸν Ἴστρον χώρας, τήντε παράλιον κατέχει πᾶσαν ὅση ἐστὶν ἀπὸ Βορυσθένους ἐπὶ Μεσημβρίαν πόλιν.

[39] Ὑπόκειται[6] δὲ καὶ τῇ Δακίᾳ μετὰ τὸν Ἴστρον ἡ ἄνω Μυσία, συνάπτουσα πρὸς μὲν ἀνατολὰς τῇ κάτω Μυσίᾳ, πρὸς δὲ δύσεις Δαλματίᾳ τε καὶ τῇ κάτω Παννονίᾳ. Ἔστι δὲ καὶ ὑπὸ τὴν Δαλματίαν καὶ μέρος τῆς ἄνω Μυσίας ἡ Μακεδονία, ὑπὸ δὲ τὸ λοιπὸν ἐκείνης τε καὶ τῆς κάτω ἡ Θράκη. Πρὸς ταύτῃ δὲ ἐστι καὶ ἡ ἰδίως καλουμένη χερρόνησος. Τῆς δὲ Μακεδονίας πρὸς Νότον ἐπὶ τὰς δύσεις ἡ Ἤπειρος κεῖται, ἐπὶ δὲ

post Tauricae Chersonesi isthmum, quae exporrigitur, fretum cum Asia faciens, Bosporum Cimmerium appellatum: adsumit partem Ponti usque ad Borysthenem fluvium.

Sub occidentali maxime plaga Sarmatiae in austrum vergens post Iazyges Metanastas adiacet Dacia, et ipsa Istro fluvio terminata. Sub reliquis vero et in Orientem subiacet inferior Mysia, quae occupat multum etiam regionis trans Istrum sitae, et maritimam tenet universam, quantum eius patet a Borysthene ad oppidum Mesembriam.

Post Daciam vero etiam secundum Istrum iacet Mysia superior, contigua ad orientem Mysiae inferiori, ad occidentem autem Dalmatiae et inferiori Pannoniae. Porro infra Dalmatiam et partem Mysiae superioris sita est Macedonia; tum infra reliquum eius et inferiorem Thracia. Ad hanc vero est quoque illa proprie vocata Chersonesus. Macedoniae in austrum versus occidentem adsita est Epirus; versus orientem Thessalia: quibus sub-

4) V. nos ad Marcianum p. 141.

5) Conf. Dodwellii diss. §. 14, et v. Zeussii librum supra laudatum p. 260 sqq.

6) Ὑπόκειται. Regio altera alteri dicitur subiacere, quae magis in Meridiem vergit. Ut hic Mysia superior, quia in Austrum tendit, dicitur ὑποκεῖσθαι τῇ Δακίᾳ, quae est Septentrioni propior. Sic lib. II. cap. 6: ὑπόκεισθαι δὲ τῇ Σαρματίᾳ πρὸς μὲν τῷ Πόντῳ ἡ Κολχική. Ibid. Συρίᾳ δὲ ὑπόκειται ἡ Ἰουδαία. ὑπέρκεισθαι dicitur terra in Septentrionem vergens, in fine operis huius. Πόντου δὲ πρὸς Ἄρκτον ἡ Μαιῶτις ὑπέρκειται λίμνη. Tenui

κεῖται ὑπὸ [40] τὴν Κιμβρικὴν χερρόνησον[1]. Ἔκκειται γὰρ τῆς Γερμανίας πρὸς ἄρκτους καὶ τὸν ἐκείνης Ὠκεανὸν ἐπὶ πλεῖστον.

Ἐν δὲ τῇ ἐντὸς θαλάσσῃ ὑπὸ μὲν τὰ δυτικώτερα Ἰταλίας ἡ Κύρνος, ἣ καὶ Κορσικὴ, ὑποκειμένην ἔχουσα τὴν Σαρδωνίαν[2]. ὑπὸ δὲ τὰ ἀνατολικώτερα καὶ πρὸς τὸν πορθμὸν ἡ Σικελία, καὶ παρὰ μὲν τὴν Ἀττικὴν καὶ τὴν Πελοπόννησον ἐκτεινομένη πρὸς ἀνατολὰς ἡ Κρήτη· παρὰ δὲ τὴν Ἀχαΐαν ἡ Εὔβοια.

ΚΕΦ. ε'.

Περὶ τῶν κατὰ τὴν Λιβύην ἐθνῶν.

Τῆς δὲ Λιβύης ἀρχομένης ἀπὸ τοῦ Ἡρακλείου πορθμοῦ εἰσιν αἱ δύο Μαυριτανίαι, δυτικωτέρα μὲν ἡ Τιγγιτανὴ, ἐχομένη δὲ ταύτης Καισαρηνσία. μεθ' ἣν ἡ Ἀφρικὴ, εἶτα ἡ Κυρηναϊκὴ, Πεντάπολις, ἡ Μαρμαρικὴ, εἶτα ἡ Αἴγυπτος. Ὑπόκειται δὲ ταῖς Μαυριτανίαις ἡ Γαιτουλία, τῇ δὲ Ἀφρικῇ[3] καὶ τῇ Πεντα-πόλει ἡ ἄβροχός τε καὶ διάμμος γῆ. Ἐκτείνεται δὲ ἡ ἔρημος αὕτη καὶ μέχρι τῆς Αἰγύπτου πειμένη ἀρχομένης.

sub Cimbrica Chersoneso iacet. Extenditur enim Germaniae in septentriones et eius Oceanum quam plurimum.

In mari vero mediterraneo ad occiduas Italiae partes Cyrnus, quae et Corsica; subiacentem habens Sardiniam; sub orientaliori-bus et versus fretum Sicilia. Etiam iuxta Atticam et Peloponne-sum Creta protenta in Orientem; denique secundum Achaiam Euboea.

CAPUT V.

De gentibus Africanis.

In Africa, quae exordium sumit a freto Herculeo, sunt duae Mauritaniae, in occidentem vergens Tingitana, illi continua est Caesariensis. Hanc sequitur Africa, quam excipit Cyrenaica, Pentapolis, Marmarica, deinde Aegyptus. Sub Mauritaniis sita est Gaetulia; sub Africa vero et Pentapoli regio siticulosa atque arenosa. Haec solitudo etiam ad Aegypti usque confinia pertinet

1) V. Marcianum p. 139.

2) Infrap. 46 *Σαρδωνία*, quae verior forma esse videtur; conf. tamen Eustath. ad Dionysium 458.

3) Africa hic est Libyae pars, quae proprie sic dicebatur. Plin. h. nat. V. 3. Mela I. 7. Ptolem. geogr. IV. 6.

Ἀπὸ δυσμῶν τάδε· Δαράδαι[4], Πέρορχοι[5], Ὀδραγγίδαι, Νίμακες[6], Νοῦμαι[7], Γυράμαντες, Δαρμίναι[8], Μελανογαίτουλοι, Γίγγοι[9], Νιγρίται, Ἀφρικίρωνες[10], Λευκαιθίοπες.

Ἐν δὲ τῇ ὑπὸ τὴν Αἴγυπτον Αἰ-[41]θιοπίᾳ, ἡ μὲν πρὸς τῇ θαλάσσῃ, πᾶσα ὅση ἐστὶν ἀπὸ Βερενίκης μέχρι τῶν στενῶν τοῦ Ἀραβικοῦ πόλπου καλεῖται Τρωγλοδυτικὴ. Ταύτης δὲ ἐνδοτέρω κεῖται ἡ Ἀζανία, ἐν ᾗ παντοῖοί εἰσιν ἐλέφαντες, καὶ ἡ ἀρωματοφόρος χώρα.

Καὶ μετὰ τὸν μέγαν καταῤῥάκτην ἀπὸ μὲν δυσμῶν τοῦ Νείλου Εὐωνυμῖται[1], Σεβρίδαι[2], Κάτοιποι[3], καὶ πρὸς τῇ Μερόῃ νήσῳ Μέμνονες· μεθ' οὓς Ἐλεφαντοφάγοι Αἰθίοπης· εἶτα Πεσενδῶραι[4] καὶ Κιναμωφόρος χώρα, τούτων δὲ δυτικωτέρω ἐστὶν ἡ Φαζανία. ἀπὸ δὲ ἀνατολῶν Κολοβοὶ[5], Ἄπτεροι[6], Νοῦ-

Occidentem versus sitae sunt hae gentes: Daradae, Perorgi, Odrangidae, Nimaces, Numae, Garamantes, Darmicae, Melanogaetuli, Gingi, Nigritae, Africirones, Leucaethiopes.

Omnis vero tractus Aethiopiae (quae est sub Aegypto, et mari adiacet) qui ab urbe Berenice ad Arabici sinus angustias patet, Troglodytica vocatur. Ab hac ora introrsum magis sita est Azania, in qua sunt omne genus elephanti, et ferax aromatum regio.

Et post magnum cataracten ab occidenti Nili latere Euonymitae, Sebridae, Catoepi, et iuxta insulam Meroen Memnones: post hos Elephantophagi Aethiopes, deinde Pesendorae et Cinnamomifera regio. Occidentalior his est Phazania. Sed ad orien-

4) Daratitas [Aethiopas in ora] appellat Plinius V. 1. Hudson. His in mediterranea adiunguntur Gaetuli Darae. Conf. Ptol. geogr. IV. 6, ubi *Δαράδαι* commemorantur.

5) *Πέρορσοι* ex Ptolemaeo IV. 6 legendum esse docuit Cl. Harduinus ad Plinium l. l. Hudson.

6) Apud Ptolem. geogr. IV. 6 *Μίμακες*, male autem, ut videtur, apud Stephanum ex Philisti Siculi cis *Μίμαλκες* dicuntur.

7) *Νοῦβαι* Ptol. geogr. IV. 6.

8) Scribendum est *Δερβίκαι* ad Ptol. IV. 6.

9) Corrigendum videtur *Σιράγγαι*, quos Ptolemaeus IV. 6 una cum ceteris populis commemorat. Conf. autem Steph. Byz. s. v. *Σίγγα, πόλις Λιβύης, ὡς Πολύβιος ὀνοκαιδεκάτῳ· τὸ ἐθνικὸν Σιγγαῖος.*

10) *Ἀφρικίρωνες* Ptol. IV. 6.

1) *Εὐωνυμῖται* Ptol. IV. 8 et Steph. Byz. s. v. *Εὐωνυμῖται* ad Alexandri Aegyptiacorum lib. 1. commemorantur.

2) *Σεβῆρδαι* Ptol. IV. 8.

3) *Καδοῦποι* Ptol. IV. 8, qui Agathemeri sive eius, qui librum concinnavit, fons est.

4) Melius *Πεσενδῶραι* Ptolem. IV. 8.

5) *Κόλβοι* Ptol. IV. 8.

6) *Ἄπτεροι* Ptol. IV. 8.

βοι[6] · ἔτεροι Βλέμμυες[7], Στρουθοφάγοι[8], καὶ ἡ σμυρνοφόρος χώρα.

Τὴν δὲ λοιπὴν καὶ μεσημβρινωτάτην, καθ' ἣν ἡ ἄγνωστός ἐστι, κατέχουσι, πρὸς μὲν τῷ Αἰθιοπικῷ καλουμένῳ ἱπποδρόμῳ Ἱπποφάγοι Αἰθίοπες[9], ὧν μεσημβρινώτεροι οἱ κοινῶς καλούμενοι Ἑσπέριοι.

Τούτων δὲ ἀνατολικώτεροι Ἄθακαι. τὰ δὲ περὶ τὸν κόλπον καὶ Βραχίας θαλάσσης[10] Ἀνθρωποφάγοι Αἰθίοπες. Τούτων δὲ πρὸς ἀνατολὰς ἅμα καὶ μεσημβρίαν πλησιάζουσα τῇ ἀγνώστῳ ἐστι χώρα πολὺ x x x x x x x x[11] καλουμένη Ἀγισύμβα.

ΚΕΦ. ς'.

Περὶ τῶν κατὰ τὴν Ἀσίαν ἐθνῶν.

Τὰ δὲ ἐν Ἀσίᾳ ἔθνη ἔχει οὕτως. Μετὰ γὰρ τὸν Ἰσθμὸν καὶ τὸν Τάναϊν ἐπεκταθεῖσα τὸν εἰρημένον τρόπον ἡ Σαρματία,

tem Colobi, Apteri, Nubi, alii Blemmyes; Struthophagi, et regio myrrhas ferax.

Reliquam vero et magis meridianam, quam incognita terra sequitur, habent Aethiopes Hippophagi, ad appellatum Aethiopicum Hippodromum, quibus meridionaliores, qui communiter vocantur Hesperii.

His orientaliores sunt Athacae. Sinum vero et oram Brevis maris Aethiopes Anthropophagi. Ab his versus orientem simul et meridiem regio est Agisymba, incognitae regioni propinqua multum xxxxxxxx.

CAPUT VI.

De gentibus Asiaticis.

Gentes vero in Asia sic habent. Nam post Isthmum ac Tanaim, exporrecta ad modum quem dixi Sarmatia terminatur quidem in meridiano illo, qui longitudinem maris Caspii mediam

6) *Νοῦβαι* Ptol. IV. 8. et Strab. XVII. p. 819, conf. XVII. p. 786. Nubei Aethiopes Plin. VI. 36. iidem sunt.

7) Ptol. IV. 8. Strab. XVII. p. 786. 819. Steph. Byz. s. v. *Βλέμυες*.

8) Vulg. *Στρουε.*; emendavi *Στρουθοφάγοι αἰθίοπες* ex Ptol. IV. 8. Strab. XVII. p. 772.

9) Ex hoc loco pro *Ἱποδρόμου Αἰθιοπικοῦ* in Periplo Marciani Heracl. p. 35 lege *Ἱπποδρόμου Αἰθιοπικοῦ*. Huds.

10) Quidni *Βραχείας θαλάσσης*, ut apud Marcianum in periplo p. 12, et Agathemerum II. 9. Huds. Ptol. IV. fin. commemorat *τραχεῖα θαλάσσα* hoc loco simul cum sinu, quem Aethiopes Anthropophagi adcolunt.

11) Forsan *ἐπεκταθεῖσα* aut simile verbum supplendum. Huds.

περατοῦται μὲν ὑπὸ Μεσημβρινοῦ τοῦ δίχα τέμνοντος τὸ μῆκος τῆς Κασπίας θαλάσσης, ἐκπεριελθοῦσα δὲ μετὰ ταῦτα τῆς Μαιώτιδος καὶ τοῦ Πόντου τὰ μέχρι τοῦ μυχοῦ, διὰ τῆς μεσογαίας ἐπὶ τὴν Κασπίαν ἀφικνεῖται. Ταύτης δὲ ἔχεται πρὸς ἀνατολὰς ἡ Σκυθία, αὕτη δὲ περὶ μὲν τὰς ἀρχὰς οὐ σφόδρα πλατύνεται, περὶ δὲ τὰς ἀνατολὰς καὶ πάνυ. ὀλίγου γὰρ δεῖ συνάπτειν τῇ Ἰνδικῇ [1].

Μετὰ σύμπασαν Σκυθίαν ἐστὶν ἡ Σηρικὴ, τὸ ἀνατολικώτατον ἀποτερματίζουσα τῆς ἀγνωσμένης.

Ὑπόκειται δὲ τῇ Σαρματίᾳ πρὸς μὲν τῷ Πόντῳ ἡ Κολχικὴ, πρὸς δὲ τῇ Κασπίᾳ ἡ Ἀλβανία, ἃς μεταξὺ κεῖται ἡ Ἰβηρία. εἶτα τῆς μετὰ τὴν Προποντίδα καὶ τοὺς πορθμοὺς ἠπείρου πρόκειται Ποντοβιθυνία, καὶ ὁ ἐνδοτέρω Πόντος, μεθ' ἃς ἐστιν ἡ Παφλαγονία. Ὑπόκειται δὲ τῇ Ποντοβιθυνίᾳ προϊοῦσα μέχρι τοῦ Διδύμου ὄρους ἡ Ἀσία· μεθ' ἣν ἐστιν ἡ Λυκία, καὶ Παμφυλίας δὲ καὶ Πόντου μεταξὺ κεῖται Γαλατία. Τούτου δὲ τοῦ τμήματος ἀνιοῦσα παρὰ τὴν Κολχίδα πρὸς ἄρκτους παράπλωται ἡ [43] Καππαδοκία, ᾗ ὑπόκειται παρὰ τῷ Ταύρῳ κειμένη ἡ Κιλικία.

Ἡ δὲ τὰ εἰρημένα ἔθνη περιέχουσα ἤπειρος ἔοικε καὶ αὐτῇ χερρονήσῳ πλατὺν ἔχουσα τὸν αὐχένα. εἴη δ' ἂν οὗτος ἀπὸ

secat: hinc circumstringens Maeotidem et Ponti partes usque ad sinum, per mediterranea in Caspium pervenit. Hanc vero versus orientem sequitur Scythia, qua circa sui initium non lata est, sed circa orientem vel maxime: parum enim abest, quin Indiam contingat.

Post omnem Scythiam sequitur Serica, maxime orientalem partem terminans terrae incognitae.

Subiacet autem Sarmatiae proxime Pontum Colchis, et proxime Caspium Albania, inter quas media est sita Iberia. Deinde continenti post Propontidem et freta praetexta est Ponto-Bithynia, et interior Pontus, post hanc est Paphlagonia. Sub Ponto-Bithynia vero iacet Asia, porrecta ad montem usque Didymum, post quem sequitur Lycia. Caeterum inter Pamphyliam et Pontum media iacet Galatia. Huic vero sectioni adscendens praeter Colchida ad Septentriones obtenditur Cappadocia, cui subiacet Cilicia monti Tauro contigua.

Haec porro continens commemoratas gentes complexa, similis est et ipsa peninsulae; latis faucibus Asiae adhaerens,

1) δεῖν σύναπτει Gronov. Huds. Conf. Strab. XI. p. 492. 507. II. p. 119.

τοῦ Ἰσσικοῦ κόλπου ἐπὶ Τραπεζοῦντα πόλιν ἐν τῷ Πόντῳ κειμένην δεήπων.

Πάλιν δὲ τῇ μὲν Ἰβηρίᾳ καὶ μέρει τῆς Ἀλβανίας ὑπόκειται ἡ Ἀρμενία, χωριζομένη τῆς Καππαδοκίας τῷ Εὐφράτῃ. Ταύτῃ δὲ ὑπόκειται ἡ Μεσοποταμία, δυτικωτέραν ἔχουσα τὴν Συρίαν. Συρίᾳ δὲ ὑπόκειται ἡ Ἰουδαία. Ταύτης δὲ κατὰ Νότον κειμένης ἀντιπαρατείνεται μέχρι τοῦ μυχοῦ τοῦ Ἀράβιου[1] κόλπου, ἡ κατὰ τὴν Πέτραν Ἀράβια. Ἡ δὲ μεταξὺ τῶν εἰρημένων ἐθνῶν καὶ τῆς δυτικῆς τοῦ Περσικοῦ κόλπου πλευρᾶς καλεῖται Ἔρημος. ἔχει δὲ καὶ αὕτη ἔθνη Ἀραβικά.

Ἡ δὲ περιγραφομένη ἤπειρος ὑπό τε τῶν νοτιωτάτων τῆς Ἐρήμου καὶ τῆς Πετραίας Ἀράβιας, καὶ τοῦ Ἀράβιου κόλπου τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης, καὶ μέρους τοῦ Περσικοῦ κόλπου, καλεῖται Ἀράβια Εὐδαίμων, καὶ ἐστὶ τῷ μεγέθει μεγίστη.

Κεῖται δὲ ὑπὸ μὲν τὴν Κασπίαν θάλασσαν μετὰ τὰ μεθόρια τῆς Ἀρμενίας ἡ Μηδία· ὑπὸ δὲ ταύτην ὡς πρὸς ἀνατολὰς τοῦ Τίγριδος ἡ Ἀσσυρία, εἰς ἣν ἡ Κτησιφῶν. Μετὰ δὲ τὰς συμβολὰς Εὐφράτου τε καὶ Τίγριδος κάτεισιν ἡ Βαβυλωνία μέχρι θαλάσσης, δυτικωτέραν ἔχουσα τὴν [44] Ἔρημον. ὑπόκειται

quas intellige pertinere inter sinum Issicum et Trapezuntem, oppidum in Ponto situm.

Rursus Iberiae et Albaniae parti subiacet Armenia, quam a Cappadocia separat Euphrates: sub illam est sita Mesopotamia, ad occasum habens Syriam; Syriae autem subiacet Iudaea: cui ad austrum positae praetenditur Arabia ad Petram, et pertinet ad recessum sinus Arabici. Sed regio inter hos quos dixi populos et occidentalem sinus Persici oram media vocatur Deserta; gentibus autem et ipsa Arabicis inaessa est.

Continens vero ab maxime australibus Desertae limitibus et Arabia Petraea sinuque Arabico Rubris maris, et parte sinus Persici circumscripta, vocatur Arabia Felix, et magnitudine maxima est.

Caspio vero mari post confinia Armeniae Media subiacet, Mediae mox versus exortum Tigridis Assyria, ad quam Ctesiphon. Post confluentes deinde Euphratis et Tigridis descendit Babylonia in mare usque, ad occidentem habens Desertam. Sub

1) Nescio, qua ratione hic et in posteris Ἀῤῥάβιον, Ἀῤῥαβία al. cum duplici ῥῥ scribatur. Lib. I. 3 uno quidem ρ exprimitur eadem vox. Nemo praeterea idem verbum illo modo scribit; sed Ἀραβίου, Ἀραβία al., vulgari lectione retinenda sunt. Hudsonus tacite scripsit Ἀραβίου etc. Mox infra καὶ ἐπὶ τῷ μεγ. Tennulius.

ὸὲ τῇ Ἀσσυρίᾳ μέχρι θαλάσσης ἡ Σουσιανή, τῇ δὲ Μηδίᾳ ὁμοίως ἡ Περσίς.

Ἔστι δὲ τῆς Μηδίας πρὸς ἀνατολὰς καὶ παρὰ τὴν ὁμώνυμον θάλασσαν ἡ Ὑρκανία· ὑπὸ δὲ ταύτην ἡ Παρθία. Ταύτῃ δὲ ὑποβέβληται ἔρημος Καρμανία. μεθ' ἣν ἡ ἀληθὴς κεῖται Καρμανία μέχρι θαλάσσης.

Πάλιν δὲ τῇ μέχρις Ἰμάου ὄρους Σκυθίᾳ ὑπόκεινται ἀπὸ δύσεως ἀρχόμεναι Μαργιανὴ· εἶτα Σογδιανὴ, εἶτα Σακία. Καὶ ἔστιν ὑπὸ τὴν Μαργιανὴν ὡς ἀπ' ἀνατολῶν τῆς Παρθίας ἡ Ἀρία. Τῇ δὲ Σογδιανῇ ὑποβέβληται ἡ Βακτριανὴ· εἶτα τῇ μὲν Ἀρίᾳ παραμήκει οὔσῃ ὑπόκειται ἡ Δραγγιανὴ· τῇ δὲ Βακτριανῇ οἱ Παροπαμισάδαι, ὑφ' οἷς ἐστιν ἡ Ἀραχωσία ὑποκείμενα ἔχουσα τὰ δυτικώτερα τῆς Γεδρωσίας, δυτικὴν ἐχούσης τὴν Καρμανίαν, ᾗ ὑπόκειται ἡ Δραγγιανή.

Τὴν δὲ λοιπὴν τὴν μέχρι τῶν Θινῶν [1] ἤπειρον ἅπασαν, πλείστην οὖσαν καὶ ὑπὸ πολλῶν ἐθνῶν κατοικουμένην, Ἰνδοὶ κατανέμονται καὶ XXXXX ἀφοριζομένην πρὸς μὲν ἀνατολαῖς Σίναις, πρὸς δὲ ταῖς δύσεσι Γεδρωσίᾳ, πρὸς δὲ ταῖς ἄρκτοις Παροπαμισάδαις καὶ Ἀραχωσίᾳ, Σογδιανοῖς τε καὶ Σάκαις, Σκυθίᾳ τε καὶ τῇ Σηρικῇ.

Assyria autem usque ad mare Susiana, sub Media similiter Persis.

Post Mediam orientem versus sequitur Hyrcania, secundum oram maris cognominis. Huic subiacet Parthia, Parthiaeque Carmania deserta: post hanc sita est vera Carmania ad mare usque.

Praeterea Scythae ad Imaum usque montem subiacent incolentes ab occidente Margiana, dein Sogdiana, denique Sacia. Sub Margiana vero fere ad orientem Parthiae iacet Aria: sub Sogdiana est sita Baetriana. Deinde Ariae regioni oblongae subiacet Drangiana; sub Baetriana Paropamisadae: sub his Arachosia, subiacentes spectans occidentales partes Gedrosiae, quae et ipsa occiduam habet Carmaniam, cui subiacet Drangiana.

Reliquam omnem continentem ad Thinas usque, vastissimam ut a multis populis habitatam, Indi obtinent, et XXXXX ab ortu quidem terminatam Sinis, ab occasu Gedrosia, a septentrionibus autem Paropamisadis et Arachosia, Sogdianis quoque et Sacis, Scythia denique et Serica.

1) Θῖναι Marcianus Heracl. et Θῖνα Auctori peripli maris Erythraei Arriano vulgo adscripti, Huds. V. nos. ad Marcianum p. 54 sq. al.

Ἔστι δὲ καὶ τῆς ἠπείρου ταύτης [45] κατὰ μὲν τὸ Ἰνδικὸν πέλαγος μεγίστη νῆσος, ἡ παλαι μὲν Σιμοῦνδα καλουμένη, νῦν δὲ Σαλικὴ [1], ἐν ᾗ φασι πάντα γίνεσθαι τὰ πρὸς τὴν χρῆσιν τὴν βιωτικὴν, ἔχειν τε παντοῖα μέταλλα, καὶ τοὺς κατοικοῦντας αὐτὴν ἄνδρας μαλλοῖς γυναικίας ἀναδεῖσθαι τὰς κεφαλάς [2]. Κατὰ δὲ τὴν καθ' ἡμᾶς θάλασσαν ἡ Κύπρος. ὁμοῦ ἔθνη μγ'.

ΚΕΦ. ζ'.

Σύγκρισις τῶν τριῶν ἠπείρων.

Συγκρινομένων δὲ τῶν τριῶν ἠπείρων πρὸς ἀλλήλας, μεγίστη μὲν ἀναφαίνεται ἡ Ἀσία, εἶτα ἡ Λιβύη, τελευταία δὲ ἡ Εὐρώπη.

Ἀνάπαλιν δὲ πρὸς εὐδαιμονίαν καὶ εὐετηρίαν πρός τε τὰ τῶν ἀέρων καταστήματα καὶ ὑδάτων διὰ παντὸς εὐμοιρίαν, καὶ τῶν φυομένων ποικίλην διαφιλείαν κατὰ τὰ ἱστορούμενα, εὕροι

Ad hanc quoque continentem in Indico mari pertinet insula maxima, olim quidem dicta Simonda, nunc vero Salice, in qua omnia ad usum vitae necessaria provenire dicunt, et metalla omnis generis contineri, et viros, qui eam incolunt, mulierum more comas alere et capitibus circumplectere. Caeterum nostro in mari sita est Cyprus. Summa gentium 153.

CAPUT VII.

Trium continentium comparatio.

Si vero tres continentes inter se contuleris; invenies Asiam esse maximam, proxime Africam, postremam Europam.

Contra si felicitatem et exuberantiam proventuum cum aeris temperie aquarumque assidua copia, quaeque inde nascuntur variam frugum ubertatem, prout in historiis traditur, quis consi-

1) Salice. Geographis et Taprobana veterum, Seilan recentiorum, ut luce meridiana clarius ostendit ὁ πάνυ Bochartus, cui et Nobilissimus Vossius consentit. Tennul. Σαλικὴ malit Vir doctus, eandemque esse insulam existimat, quae in Globis et Chartis Ζαγίαν seu Ceylon dicitur, incolis Selan. V. Notas Cl. D. Hyde ad Peritsolii Itinerarium mundi p. 25. Huds. V. nos ad Marcianum p. 85 sq.

2) Comas alere. Hunc Paulo Veneto et Vartomano incolae huius insulae dicuntur imbellem. Tennul. qui γυναικίαν habet, quod Gronov. mutavit.

τις ἂν μακρῷ πασῶν διαφορωτέραν τῶν ἄλλων τὴν Εὐρώπην· εἶτα τῆς ὅλης Ἀσίας σχεδόν τι τὰ ὑπὸ Ῥωμαίοις μόνα, τῆς δὲ Λιβύης τὰ περὶ τὴν θάλασσαν [2].

Τῶν δὲ ἐν αὐταῖς ἐθνῶν, τῆς [46] μὲν Εὐρώπης μεγίστη ἐστὶν Ἱσπανία τε καὶ Ἰταλία, Γερμανία τε καὶ ἡ Σαρματία. Τῶν δὲ ἐν τῇ Λιβύῃ ἥτε Ἀφρικὴ καὶ ἡ Αἴγυπτος. Καὶ τῶν Ἀσιανῶν παρα πάντα μὲν ἰδίως ἡ Ἰνδικὴ, μεγίστη δὲ καὶ Σκυθία, Σηρική τε καὶ ἡ Εὐδαίμων.

ΚΕΦ. η'.

Περὶ νήσων μεγίστων [1].

Τῶν δὲ νήσων τῶν πάνυ μεγίστων πρωτεύει μὲν παρὰ πάσας ἐν τῇ οἰκουμένῃ ἡ Σαλικὴ [2], δευτερεύει δὲ ἡ Ἀλουΐωνος, τὴ

deraverit; inveniet Europam multis partibus praestare reliquas: dein totius Asiae ferme sola illa sub Romania; Africae nonnisi maritimam oram.

Gentium vero in illis maxima est in Europa Hispania, et Italia, dein Germania, tum Sarmatia. In Africa autem, Africa, sic proprie dicta, et Aegyptus. Inter Asiaticas maxima est India proprie ita appellata, sed et Scythia maxima est et Serica et Arabia felix.

CAPUT VIII.

De maximis insulis.

Inter insulas plane maximas primum supra omnes locum obtinet Salice, secundum Albion, tertium Hibernia. Aliae magnae

2) V. Dodwellii diss. §. 15.

1) Comparationem insularum praebet etiam Marcianus p. 40 sq., quae accurate cum ea congruit, quam in scholiis ad Dionysium Per. v. 2 legimus. Utraque ex Ptolemaeo concinnata est; quare Agathemer, sive qui huius libri autor sit, hic non pure Ptolemaeum reddit. Alias insularum comparationes, in quibus insulae alio ordine enumerantur, reperies apud Scylacem, ubi tamen lacuna explenda est, v. nostrum libellum: Menippus der Geograph aus Pergamon, sive fasc. I. ephem.: Die alten Geographen und die alte Geographie, p. 51 sq.) aliam insularum maris interni, quam Alexis poeta composuit, atque servaverunt Eustathius ad Dionysium 568. Constantin. Porphyr. de themat. II. 10, Siebenkeesii Anecdota graec. p. 26, Schol. ad Platon. p. 392; aliam deinde apud Strabonem XIV. p. 654 ex Timaei historia relatam; aliam apud Diodorum V. 17. Mir. auscultat. 89, de mundo 3, 5 al.

2) Salice. Hinc facile constabit cuilibet, veteribus ignotam

δὲ τρίτη φέροιτ' ἂν Ἰουερνία. Τῶν δὲ ἄλλων μὲν μεγάλων, ἐλαττόνων δὲ ἢ κατὰ τὰς εἰρημένας, πάλιν τετάχεται· πρώτη μὲν ἡ Σικελία [3], δευτέρα δὲ Σαρδωνία [4], τρίτη δὲ Κύπρος, τετάρτη δὲ Κρήτη, πέμπτη ἡ Εὔβοια. Τῶν δὲ λοιπῶν καὶ τρίτην ὥσπερ μεγέθει τάξιν ἐχουσῶν πρώτη μὲν ἂν εἴη ἡ Κορσική, ἣ καὶ Κύρνος, δευτέρα ἡ Λέσβος, τρίτη δὲ ἡ Ῥόδος.

[47] ΚΕΦ. θ'.

Περὶ ὀρέων μεγίστων.

Ἔστι δὲ καὶ τῶν ὀρέων μέγιστα, ἐν μὲν τῇ Ἀσίᾳ ὅ τ' Ἶμαος, καὶ τὰ ἐπ' Ἶμαον, καὶ τὰ Καυκάσια. Ταῦτα δὲ καὶ τὰ Ῥιπαιά φασι παρὰ πάντα ὑψηλότατα εἶναι.

quidem, sed proxime dictis minores, deinceps describentur prima Sicilia, secunda Sardinia, tertia Cyprus, quarta Creta, quinta Euboea. Reliquarum et tertiae quasi magnitudinis insularum prima erit Corsica, quae et Cyrnus, secunda Lesbus, tertia Rhodus.

CAPUT IX.

De maximis montibus.

Maximi quoque montium sunt in Asia quidem Imaus, quique Imao adiacent, etiam Caucasii. Hos enim iuxta cum Ripaeis altissimos omnium esse praedicant.

fuisse insulam Madagascar. Cum enim magnitudine superet Madagascar Salicen multis partibus, Salice iure nequit dici maxima insularum. Tennul.

3) Conf. Scylacem p. 56, et Marcianum Heracl. p. 9 ed. Ox. V. Berkelium ad Steph. p. 358 [s. v. Εὔβοια]. Huds. Stephanus insulam Euboeam breviter sic designavit: νῆσος, μία τῶν ἕκτα, περιμήκης. Berkelius l. l. dicit: „Septem maximae interioris maris insulae a geographis recensentur. . . . Verum insulae maiores, ubicunque in orbe terrarum sint, a geographis in tres classes distribuuntur. Prima continet maximas, inter quas Taprobane sive Salice, Albion et Hibernia: secunda proxime dictis minores, inter quas Sicilia, Sardinia, Cyprus, Creta, Euboea. Inter reliquas, quae sunt quasi tertiae magnitudinis, referunt Corsicam, Lesbum, et denique Rhodum. Adeo ut Agathemerus non septem, sed octo maris interni maiores insulas statuat, nam Rhodus apud alios geographos in censum non venit. Locum v. lib. II. Geogr. cap. VIII."

4) Pag. 40 Σαρδανία. Aliis autem Σαρδώ [sive etiam Σαρδών, Steph. Byz. s. v. Σαρδώ] dicitur. Huds. Steph. l. l. dicit: ὁ κατοικῶν Σαρδώνιος καὶ Σαρδωνία καὶ Σαρδῶος καὶ Σαρδωνικὸς καὶ Σαρδωνική. Cf. Eustath. ad Dionys. Per. v. 82. 458.

Μέγιστον δ' ὄρος καὶ ὁ Παροπάνισος[1], καὶ ὁ Ταῦρος, τῶν τε κατὰ τὴν Ἰνδικὴν τὰ πλεῖστα.

Τῶν δὲ Λιβυκῶν ὑψηλότατα μὲν ὅτε μέγας Ἄτλας, καὶ τῶν Θεῶν ὄχημα[2], μεγάλα δὲ καὶ ἐπιμηκέστατα τὰ Αἰθιοπικά· ἀρξάμενα γὰρ ἀπὸ τῆς μεθορίας τῆς κατ' Αἴγυπτον κάτεισιν ἐπὶ μεσημβρίαν συνεκτεινόμενα τῇ τοῦ Νείλου πορείᾳ.

Ἐν δὲ τῇ Εὐρώπῃ μέγιστά φασιν εἶναι τὰ Σαρματικὰ καὶ τὰ Ἄλπεια, εἴ τις αὐτὰ κατὰ συνάφειαν λαμβάνοι. Ὑψηλὰ δὲ φασιν εἶναι καὶ τὰ Πυρήναια, καὶ τὸν Ἰνδούβαλδα[3] τῆς Ἱσπανίας, καὶ τὸν Μακεδονικὸν[4] δὴ Ὄλυμπον καὶ τὸν Ἄθω, καὶ τῆς Ἠπείρου τὰ Ἀκροκεραύνια· Ταῦτα δὲ ἀπὸ Κανυσίου φασὶν ὁρᾶσθαι.

[48] ΚΕΦ. ι'.

Περὶ ποταμῶν μεγίστων.

Τῶν δὲ ἐν τῇ οἰκουμένῃ ποταμῶν μέγιστοι μέν εἰσιν, ἐν

Summae quoque magnitudinis mons est Paropanisus, ut et Taurus; inque Indicis regionibus plurimi.

Africanorum montium altissimus est magnus Atlas et Deorum currus: etiam magni longissimeque procedentes Aethiopici. Quippe incipientes ab Aegypti confinio descendunt in meridiem Nili alveum comitantes.

In Europa maximi traduntur esse Sarmatici, et Alpini, si quis hos ex continentia consideret. Praeterea etiam Pyrenaeos montes dicunt altos, ut et Indubalda Hispaniae; neque his cedere Olympum Macedoniae aut Athon, aut Epiri Acroceraunia. Haec vero etiam a Canusio conspici ferunt.

CAPUT X.

De maximis fluminibus.

In orbe terrarum sunt maximi fluvii, illique plurimi in Asia;

1) Aliis *Παροπάμισος* dicitur. Huds. Conf. Steph. s. v. *Παροπάμισσος*, Strabo XI. p. 511. XV. p. 699. Rennelii Angli System der Geographie des Herodot im Auszuge, in Bredovii Untersuchungen P. II. p. 451 sqq.

2) V. Hannonis periplum et Ptolemaeum. Huds. Plin. V. 1.

3) *Καὶ τὴν Ἰδούβεδαν* ex Strabone et Ptolemaeo reponendum censet Berkelius ad Steph. v. *Ὄλυμπος*. Huds.

4) Scholiastes ad lib. I. Apollonii Rhodii (ut idem observavit Berkelius) sex hoc nomine montes enumerat in variis regionibus positos, atque unum ex iis in Macedonia. Huds.

μὲν τῇ Ἀσίᾳ πολλῶν ὄντων παρὰ πάντας ὅ τε Γάγγης καὶ ὁ Ἰνδός· οὗτοι γὰρ ἀρξάμενοι ἀπὸ τῶν Βορειοτάτων τῆς οἰκουμένης, καὶ προσλαμβάνοντες σχεδὸν πάντας τοὺς ἀξιολόγους, ὅσοι διαρρέουσι τὴν ὅλην Ἰνδικήν (εἰσὶ δὲ καὶ ὅσοι πλεῖστοι) ἐκδιδόασιν ἐπὶ τὴν πρὸς νότον Θάλασσαν. Τῶν δὲ λοιπῶν κατὰ τὴν Ἀσίαν ποταμῶν ἐμβαλόντων τε εἰς διαφόρους Θαλάσσας Ἰαξάρτης μὲν καὶ Ὦξος καὶ Ῥόμνος[1] καὶ Ῥῶς[2], καὶ Κῦρος καὶ Ἄραξης εἰς τὴν Κασπίαν ἴενται Θάλασσαν. Φᾶσις δὲ καὶ Θερμώδων καὶ Σάγγαρις εἰς τὸν Πόντον. Οὗτοι δὲ σχεδόν τι περὶ τοὺς αὐτοὺς τόπους τὰς ἐκβολὰς ἔχουσι ταῖς πηγαῖς.

Τῶν δὲ ἐν τῇ Εὐρώπῃ πρωτεύει μὲν ἂν εἰκότως ὁ Ἴστρος, ὃς φερόμενος ἀπὸ τῶν πρὸς δύσιν τόπων τοσαῦτά τε διερχόμενος ἔθνη καὶ τόπους ἐκδίδωσιν εἰς τὸν Πόντον· ἑξῆς δὲ μέγιστοι Βορυσθένης, Οὐιστούλας, Τάναϊς, Ῥῆνος. εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλοι μεγάλοι ποταμοὶ πρὸς ταῖς ἐκβολαῖς γινόμενοι, μάλιστα Ἠρίδανος, Ἶβηρ, Βέτις[3], Σηκονάνας, Δορίας[4] καὶ οἱ ἀμφὶ Ῥοδανόν.

[49] Ἐν δὲ τῇ Λιβύῃ μέγιστός ἐστιν ὁ Νεῖλος[1]. Ὁρμώ-

sed in his prae reliquis eminent Ganges et Indus. Hi enim ex partibus terrarum maxime septentrionalibus orti, ubi in se receperunt, quotquot fere per universam Indiam fluunt digni memoratu amnes (sunt autem hi plurimi) exonerant se in mare australe. Reliquorum vero per Asiam fluminum et in diversa maria se emittentium Iaxartes et Oxus, et Rhymnus et Rhos, et Cyrus et Araxes Caspio mari miscentur. Phasis autem et Thermodon et Sangaris Pontum petunt: sed hi non ita longe a suis quisque ostiis scaturiunt.

Inter Europaeos palmam tenet citra controversiam Ister, qui proveniens ex locis occidentalibus tot gentes regionesque transiens se in Pontum condit. Proximi magnitudine Borysthenes, Vistula, Tanais et Rhenus. Sunt et alii fluvii magni circa ostia, praesertim Eridanus, Iberus, Betis, Sequana, Durias atque etiam Rhodanus.

In Africa maximus est Nilus; siquidem ex locis ultra At-

1) Ῥόμμος Ptolemaeo Ῥᾶ dicitur. Huds.

2) Idem forsan cum eo, qui Ptolemaeo Ῥᾶ dicitur. Huds.

